inauditum est extra quadragesimam confiteri praeter senes et deuotas aliquot personas, quae in Natiuitate Domini confiteri solent: aliis temporibus praeter praegnantes fere nullae. Hanc autem negligentiam emendare incoepimus inducentes aliquot ad frequentiorem confessionem, de quibus est Illma. Dna. Comitissa Hoechstratana, cuius exemplum secutae sunt circiter viginti nobiles virgines viduae et coniugatae, tam de castro quam de ciuitatis *primoribus* cum ciuium, uxorum, *liberorum* ac ancillarum frequentiori numero, quae praeter frequentem confessionem, maioribus festiuitatibus ac D. Virgini sacris communicare coeperunt; imo nec ulla transit dominica, in qua non aliquae (etsi paucae) ad sacratissimi corporis dominici *magna* cum deuotione mensam accedant; virorum autem raritas est *maior;* quamuis enim pii deuotique habeantur, et qui etiam *liberos* et uxores ad hoc adhortantur, ipsi nihilominus propter consuetudinem contrariam eas sequi verentur. In festo isto Natiuitatis Domini etiam virorum multi confessi sunt, ita *ut* praeter me, ipse quoque Decanus, cum aliis nonnullis, aliquot dies confessionem audire debuerunt, sicut solitum est fieri in festo paschatis; tantus fuit confitentium numerus: communicauerunt ipso die Natiuitatis circiter mille et ducenti; parum quidem Louanii, sed in hac *ciuitate* adeo a communione frequentiori aliena, quis non multum dixerit? Inter alios, non sine magna aedificatione totius ciuitatis, confessi sunt et communicauerunt omnes nobiles aulae utriusque sexus, et primates ciuitatis omnes, videlicet Illmus. Dnus. Comes Hoechstratanus, Comes quoque noster Culenborgensis, superioribus hisce diebus ad susceptus, Dna. Comitissa Hoechstratana, cum reliquis aulae usque ad 40 aut 50 personas utriusque sexus (ut mihi retulerunt) aulae scilicet superiores omnes ciuitatis, quorum praecipui mihi confessi sunt, pluresque fuissent, si non totus a populo *occupationibus confessionum* obrutus fuissem. Aliqui hanc ob causam usque in diem Sancti Stephani expectarunt; verum aulici isti, tam viri quam *foeminae,* propter mortem Illmae. Dnae. nostrae Comitissae, quae amplam hanc aulam hic fouebat, ad diuersas huius *regionis* ciuitates separantur. Unde speramus bonum hic conceptum odorem *ad alia* quoque *loca* allatu*ros*. Ad haec quoque facit cultus Venerabilis Sacramenti, quem *induximus*, ut more lovaniensium, singulis dominicis diebus,

in usum communicantium expositum seruetur super altari, *cum* debitis luminaribus et pretiosis ornamentis in magnum applausum et aedificationem populi honestissime exornatum; simili etiam deuotione et ornatu portatur ad infirmos tota comitante vicinia, in qua infirmus, *ad quem defertur*, iacet.

Quidam ex nobili genere huius ciuitatis, propria repudiata uxore, ex qua tres *susceperat liberos,* tot annos cum adultera mansit, *ut et ab illa totidem* susciperet; adulteram reiecit, et *filiis* honeste *collocatis,* confessus est, et cum uxore manet. Vir quidam una cum uxore, filiam, quam habent unicam (horribile dictu), in concubinam dederant cuidam Praelato, qui liberaliter puellae cum parentibus vitae necessaria ministrabat, in semetipsum totius sceleris accipiens delictum, illos securos et a peccato alienos affirmabat; audito vero in concione contrario, ad confessionem venerunt: puella, reiectis omnibus donis, in lachrymis et spiritu bono proficit. Duo alii ultra quatuor annos in *concubinatu* vixerunt; alii duo duodecim aut tredecim annos ad scandalum multorum, *qui* statim ecclesiastico transacto interdicto, matrimonia *cum concubinis* contrahent, quod Dominus ad suam gloriam ipsorumque salutem *eis* concedere dignetur, cui me una cum toto huius nostrae Societatis coetu, R.de Pater, unice commendare digneris, quaeso.

Culenborgi, ad Calend. Januar.

V. P. seruus indignus

ARNOLDUS HEZIUS.

CDLXI

Petrus van den Bossche (Sylvius)
Ex commissione Patris Joannis Laurentii Cavallerii,
Patri Ignatio de Loyola.
Tybure, 2 Januarii, 1556 [1].

† IHS

Pax et gratia Domini nostri Jesu X.i sit semper nobiscum. Amen.

Expirat quadrimestre, Parens in Christo optatissime, R. P. Ignati. Cuius rationem redditurus, id primum dicam, non ab his operariis fructus expectandos, quorum proventus apud omnes tuos alios est foelicissimus. Est tamen egregia aedi sacrae reuisendae data opera [2]; quoque maior ea fuit, eo et ad quotidiana sacra confessionesque, et ad dominicam lectionem concursus uberior.

Quod aio communicantium numerum esse quindecim plus minus, id ita accipe, ut celebrioribus festiuitatibus triginta tres, imo et alias uiginti quatuor in festis etiam non maximis dominicum corpus ex omni ordine communicare. Sed et parochianorum [3] confessiones hic non communicantium auditae, cum in xenodochio priuatisque municipum aedibus, tum etiam sacris in ecclesiis. Haec parua non sunt hic, ubi sacramentorum frequentiorem usum Domini gladium credas, ita uel a marito cum reliqua familia separari audet uxor, uel ab uxore maritus non erubescit. Quid dixi cum reliqua familia? imo uero uicinia:

---

[1] Ex vol. anni 1555: autographae in folio unico, n. 50.
[2] Vide Polanci *Chronicon*, t. v, pag. 54, n. 110.
[3] Ubi nos legimus *parochianorum*, quia sensus id expetere videtur, ms. habet *pochiarñ*, littera *p* nonnihil immutata, quod videtur abbreviatum *perochiarum*.

et cum nec hoc satis fuerit, ciuitate dixissem; et utinam non ab iis, quorum orationibus, exemplo, uerbo, id gladii inopum latera accingi debuerant [1]. Perseuerat tamen pusillus ille grex fortiter, pastoremque uia crucis sequitur: 4.or pluresue Domino reconciliatos decessisse, cum maximo nostro gaudio, fere tacui.

Indigentium operibus misericordiae tum corporalis tum spiritualis Collegium hoc commune fuit asylum. Nam, etsi quam sit nobis curta supellex non ignorarent, horum tamen opera sibi consulendum non dubitarunt. Caeterum in maxima nostra laetitia id consolatur, bonorum semper accessionem fieri, quotidianisque auctibus messem Domini fieri meliorem.

De nondum latine discentium puerorum [2] numero sic habe; et esse octoginta, et eius indolis, ut laudandus oppidoque Deus sit: praeceptoresque P. Petrum et Antoninum [3] ita se gerere, ut satisfactum tibi putem. De latinorum [4] naturae gratiaeque praesidiis, qui numero uiginti tres sunt, syntaxi, generibus, et rudimentis distinctorum, aliud defuisse nihil, praeter haec tibi scribentis defectum. Nolo tamen putes oleum operamque perditam, quin potius interdum in Domino non in me gloriari scias. Vt fratris Antonii [5] externa, sed non externi fructus, negotia aliunde tibi nota praeteream, id ingenue fateor, tuis tantum orationibus fore, ut filii poenitendi ne simus. Quapropter quantum huius Reipublicae, cuius et ecclesiasticus et saecularis praefectus nos amore maximo (at quicquid dicere possim parum sit pro eorum charitatis magnitudine) prosequitur, salutem amamus, tantum nos isthis *(sic)* precibus sacrificiisque commendatos supplicamus.

Tyburi, 1556, 4 nonas Januarias.

Jussu Rectoris R.di in X.o Patris Laurentii.

Tuae R. Paternitatis indignissimus filius,

PETRUS SILUIUS.

---

1 Haud satis intelligere valemus quid duabus his sententiis, a vocibus *Haec parva* hucusque, significare voluerit Sylvius; sed nec Polancus ipse fortassis intellexit, qui ea caute transiliit, dum quae in his litteris continentur, in suum *Chronicon*, t. v transcribebat.

2 Eorum scilicet, qui tantum legere et scribere in nostra schola docentur. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 22, n. 26.

3 P. Petrum de Pradene et Antoninum de Henricis.

4 Eorum, qui latinae linguae addiscendae dant operam, quorum scholam regebat ipse Sylvius.

5 Antonii de Robore.

CDLXII

P. N. Carvajal
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 3 Januarii 1556 [1].

†
IHS

Muy R.do en Christo Padre nuestro.

Gratia et pax Christi etc.

Lo que en estos quatro meses de setiembre, octubre, nouiembre, deziembre ai que deçir á V. P. es, en general, que los sólitos exercicios spirituales el Señor con su poderosa mano augmenta y acrescienta de cada día. Frequentan esta pobre casa todos ó los más grandes desta corte, así señores como señoras, ó para oyr missa, por la deuoçion que dello sienten por la quietud de la casa, ó para tractar de sus conscientias en confession y fuera della; desto se sirue nuestro Señor mucho por los effectos que despues se veen. Comúlganse cada domingo y fiesta muy muchas personas, y si ubiese yglesia y quien sembrase la doctrina de Christo [2], no se podría cumplir con todos, porque seria grande el concurso. El Señor, cuya es tanta mies y tan bien sazonada, ordene lo que más á su gloria sea.

En particular puedo escreuir á V. P. lo que en la cárcel de la chancillería [3] se a hecho. Va allí un Padre á predicarles la

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 340, altero non numerato.—Sunt autem hispanicum exemplum earum, quas latine supra dedimus, t. III, pag. 730-732, sed alio auctore alioque die subscriptum.

[2] Concionatorem nullum habebat tunc Vallisoletanum Collegium, praeter ipsum P. Antonium de Araoz, Provincialem, qui ratione muneris quandoque urbe aberat. Vide Polanci *Chronicon*, t. v, pag. 426, n. 1141.

[3] Carcer, in quo illi inclusi tenebantur, quorum causas seu lites Regium Consilium *Cancilleria* dictum judicabat.

doctrina, de que se an consolado mucho y aprouechado, porque notablemente se an corregido de flaquezas que entre sí pasaban, y van cada dia sabiendo de memoria lo essencial de lo que allí se dize, principalmente las 4 orationes [1], los 14 artículos de la fe [2], los 10 mandamientos de la ley, los 5 de la yglesia [3], y los 7 sacramentos, por ser lo neccessario, de que estauan mui faltos. Hanse confessado todas las mugeres y muchos de los hombres, y algunos dellos frequentan la confession. Speramos con la gratia del Señor se hará allí grande fructo.

Entre las mugeres ai vna sentenciada á degollar: tracta este Padre quel marido la perdone; y aunque está muy recio, confíasse en la misericordia de Dios que le ablandará el corazon. Tambien se concluió lo de la monja, que se auia escrito á V. P. la quadrimestre pasada, que estaua fuera de su órden, y por ninguna via queria boluer á su casa [4]. Fué tanto lo que obró en esto nuestro Dios, que al fin boluió á su proprio monesterio, donde permanesce con grande contentamiento suio y del abbadesa y religiosas.

Vna persona principal de fuera del pueblo importunó con perseuerancia ser oida de sus peccados, que más de 14 años auia estado en ellos sin auerlos confessado, cometiendo á dos maridos ya deffunctos grandes adulterios , y despues de viuda, siendo tambien flaca; y confessada a hecho el Señor en ella tanta mudança, quanta hizo en la Madalena, porque no trata ya sino de siempre estar glorificando á Dios, llorando sus caídas.

En la casa real [5] ai tanta perfection interior en quasi las más personas y más principales dellas, que lo exterior les es guarda de lo de dentro, traiéndolo por cumplimiento. Glorifique V. P. á nuestro Dios por en particular escreuir tam pocas cosas, porque con ser tantas las confessiones y tam frequentes, apénas se hallan peccados notables y esperamos en Jesu Christo que verná tiempo que de solo lo general se podrá dar noticia.

---

[1] Dominicam orationem, salutationem angelicam, Apostolorum symbolum et *Salve, Regina*.

[2] Vide *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* t. I, pag. 121, annot. 1.

[3] Etiam in numero horum praeceptorum discrepant diversorum temporum diversarumque regionum catechismi, tum veteres, tum recentiores, sive quia materiem diversimode partiuntur, sive quia speciales regionum usus conditionemque respiciunt.

[4] Vide supra, t. III, pag. 592.

[5] In regia Principis Joannae, regni gubernatricis.

El Señor nos dé su sancta gracia para en todas cosas perfectamente complir su voluntad, y V. P. no se olvide destos sus indignos hijos, en cuios sacrificios y oraciones y de todos los Padres y hermanos de ese Collegio humilmente pedimos ser encomendados.

De Valladolid, á 3 de Enero de 1556.

De V. P. indigno hijo y sieruo en Christo,

† Caruajal.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Christo Padre Nuestro, Maestro Ignacio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus. Roma.

Alia manu: 1556. Valladolid. Quadrimestre de 3 de En.o R.da á 22 de Abril.

Vestigium cerae rubrae sigilli.

CDLXIII

Jacobus Philippus Castellanus
Patri Ignatio de Loyola.
Venetiis, 4 Januarii 1556 [1].

IHS

Pax Christi. Amen.

Quello che in tutto questo quadrimestre qui si è fatto, in breue ho deliberato auisar' V. R. Concio sia che niuna cosa singular' mi occorra scriuer fuori delle ordinarie confessioni delli deuoti, eccetto che li nostri Padri hanno vdite alcune con-

[1] Autographae unico folio, n. 77.

fessione generale con grandissima deuotione delli confitenti et contritione lachrymosa; del che quanto frutto nel spirito per l'agiuto della diuina gratia habbiano pigliato, facilmente si puo comprendere, perciò che li huomini spirituali soliti a venir' alla nostra chiesa, anchora perseuerano con grande feruore, ogni domenica andando alli sacramenti della confessione et comunione, nella qual cosa sia sempre benedetto Nostro Signore.

Al solito ogni festa il P. Cesare [1] fa la lettione dello Euangelio con grande deuotione et numero delli audienti: alcuna volta sta piena la chiesa. Molto sono spesse uolte li Padri occupati nelle confessioni, si come in quelli giorni auante le feste, a tal che è necessario che espettino insino alla sera a pigliare la corporale refettione. Anzi credo molti essersi partiti o differendo le confessione in altro tempo, o uero andando ad altro luogo a confessarsi, non potendo suplire a tutti gli Padri. Molti, li quali non erano soliti confessarsi, hanno promesso di confessarsi più espesso; va crescendo alla giornata più il numero delli spirituali. Ma di questo basti.

Sono alcuni giouani quali fano instanzia per volere intrare nella Compagnia, tra li quali sono dui o tre che (come ho inteso) hanno tanto desiderio, che mai cessano di pregare vno delli fratelli nostri, che voglia ciò dal Padre intercedere per loro.

Gli scholari nostri, anchora, si nelle lettere, come nelli costumi, di giorno in giorno fano tanto profetto quanto è capace il loro debile et giouenille ingegno, il numero di quali va crescendo a pocho a pocho et in tanti tumulti et bisbigli, per li quali molti non veniuano alla schola. Noi tutti stiamo con la diuina gratia sani et faremmo sforzo acciò nell' auenire meglio stiamo nel spirito. Non altro. Attenda la P. V. a stare sana, et la preghiamo ci voglia hauere per raccomandati nelle sue sante orationi, et etiam che ci voglia hauere nel numero (benche indegni siamo) delli suoi figlioli in Christo. Si degni la diuina bontà farci partecipi della sua santa gracia acciò che mai cessiamo cantare le sue lodi.

Di Venetia, il 4 di Genaio 1556.

D. V. P. indegnissimo in Jesu Christo figliuolo,

JACOMO PHILIPPO CASTELLANO.

---

[1] P. Caesar Helmi, Veneti Collegii Rector.

In altera pagina haec leguntur: 1556. Vinegia. Quadrimestri del Collegio di Vinegia etc. 4 de Gennaio.

Alia manu: Lettere quadrimestri di Veneg.

Praecedentium Jacobi Philippi Castellani latina versio [1].

IHS

Pax Christi etc.

Quid toto hoc quadrimestri actum sit, R.^{de} in Christo Pater, paucis te certiorem reddere statui, praesertim cum nihil singulare, nihil extra ordinarias confessiones scribendum occurrat, praeterquam generales quasdam confessiones Patres audiuisse, maxima quidem confitentium deuotione et lachrymosa deuotione; ex quo quantum, diuina fauente gratia, in spiritu perceperint fructus, facile percipi potest.

Qui spirituales ad templum nostrum accedere assueuerant, adhuc magno cum feruore deuotionis perseuerant, singulis dominicis diebus ad sanctissimum sacramentum confessionis et Eucharistiae accedentes. Sunt tamen inter eos alii feruentiores, qui saepius id facere solent, non sine magna deuotione. Audiuntur gemitus et singultus lachrymas fundentium eorum, qui ad sacramenta veniunt; qua in re sit benedictus Dominus in secula. Sicuti consueuit, P. Caesar festis diebus lectionem suam ex euangelio facit, nec sine multa auditorum deuotione et numero: est nonnunquam refertum templum. In confessionibus quoque audiendis saepe sunt valde occupati, sicuti superioribus diebus prope Natalitia festa, quibus ita erant detenti, ut opus fuerit aliquando corporalem refectionem in vesperum differre. Immo cum non possent ipsi Patres omnibus satisfacere, multos discessisse credo, qui vel in alium diem ipsam confes-

[1] Autographa, unico folio, n. 76.

sionem transtulerunt, vel alio concesserunt. Multi quoque, quibus nulla frequens confitendi consuetudo erat, saepius id se facturos promiserunt; sed de his hactenus.

Aliqui sunt, qui Societati se tradere vellent, inter quos duo terue (ut audiui) tanto afficiuntur desiderio, ut nunquam cessent quemdam fratrem nostrum exorare, ut velit pro eis apud Patrem intercedere.

Discipuli etiam nostri, tum in litteris, tum in moribus, quantum eorum debile ac puerile ingenium capax est, in dies magis proficiunt, quorum numerus etiam in tantis tumultibus crescit, quorum causa multi non veniebant. Nos omnes hic diuina gratia optime valemus, et in posterum quo melius [valeamus] in spiritualibus operam dabimus. Tu vero, Pater, interim valeas, nosque ut tuis orationibus commendatos habeas precamur, necnon in numero filiorum tuorum (quamuis indignos) nos adscribas.

Dignetur Dominus nobis omnibus gratiam suam copiose impartiri, ut eius laudes nunquam cantare cessemus.

Venetiis, pridie Non. Januarias.

R. P. T. indignissimus filius in Christo,

JACOBUS PHILIPPUS CASTELLANUS.

In altera pagina haec leguntur: 1556. Venetie. Quadrimestres Januarii.

Alia manu: † Quadrimestres, etc. Collegio Veneto.

CDLXIV

P. Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Hieronymi Bassii,
Patri Ignatio de Loyola.
Billomo, 10 Januarii 1556 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

R.de in Christo Pater Praeposite obseruandissime.

Quae quadrimestri prope transacto Diuina Benignitas per Societatis suae inutiles famulos Aruerniae liberaliter elargiri dignata sit, quemque rerum successum foeliciter prosperatum nostris votis annuere voluerit, luculento compendio singula uniuersim complectar, quae literis menstruis [2] pensiculatius eadem prope omnia expenderim.

Itaque feriis exaltationis sacratissimae Crucis, Biliomi celeberrimis, concione antemeridiana cum frequentissimo auditorio habita, postridie binas habui Issiodori [3] conciones, ciuibus pergratus, quibus in Aduentum nuper elapsum me desiderato Ecclesiaste, ex imperio R.mi D.ni Pontificis Claromontani [4], ex ea vrbe oriundi, alterius anni quadragesimam assignaui, proxima Biliomi transigenda. Hi vero humiles gratias Episcopo, atque adeo mihi, agentes, Aduentum alterum postularunt, cui quidem pio ipsorum voto Episcopus nec suffragari nec refragari voluit. Atqui D.no Cantore claramontanae aedis, cognato,

---

1 Autographae quatuor foliis nn. 266-299. Eas immiti castigavit falce Polancus; et quoniam utilitate sua non caret scire quid suppressit, quid suppressorum loco substituit ille, quales ex ejus manibus evaserunt infra subjungemus.

2 Postremas vide supra, t. III, pag. 700-703.

3 Issoire.

4 Guilielmi de Prat.

patruele ipsius, Episcopo familiaritate ac cognatione iunctissimo, negotii apud Episcopum pollicito patrocinium, haud ambigo quin voti compotes tandem euadant.

Itaque tantum honoris Diuina Maiestas Societati contulit hoc initiali nostrae legationis anno, vt in Aduentum proxime elapsum Biliomi, Ryomi, Issiodori efflagitatus fuerim: in proximam vero Quadragesimam Claromonte, Ryomi, ac Biliomi desideratus. Atqui ex suffragio Episcopi Biliomensium votis annuit Diuina Prouidentia.

Vigesimo primo Septembris a R.mo Domino ad sacerdotii dignitatem euectus fui Claromonte: postridie Biliomi in summo templo primum sacrificium Deo obtuli cum tanta hominum turba, vt supra centum extra fores templi sacrificio illi solenni astitisse feratur a bonae fidei testibus, Collegii canonicorum comitatu decoratus, qui, domo me accersito eodemque reducto, honoris multum mihi exhibuerunt.

Mirantur omnes diuinae gratiae praesidium, quo fretus sacra mysteria diebus singulis frequento, ac professionem theologicam simul et hebraicam prosequor, praeter pias occupationes horis subseciuis subsequentes, quas in visitando xenodochio, aedibus aegrotantium adeundis, confessionibus audiendis, casibus conscientiae resoluendis, caeterisque id genus ex occasione incidentibus negotiis colloco.

Obstupescunt me dona ac munera in sacrificio primo refutasse, quae, si ea admittere voluissem, amicus quidam centum prope capitatorum [1], id est, quinquaginta librarum Turonensium pretio redempturum se offerebat.

Ducatum aureum, a Domina Montis Morini, illustris familiae, missum, remittens, animos multorum attonitos reddidi. Certe mirifica fragrantissimi odoris fama de Societate passim diffunditur, quod stipendii, ministerio verbi ac sacramentorum liturgiae jure meritissimo debiti, Societas expers esse voluerit.

Claromonte summo in templo, praesente R.mo Domino, ac aliis eiusdem vrbis, locis, Castriponte [2], Euscopiae [3], Brocis [4], apud Montem Morinum, in Monasteriis Marsacensi, Veinensi,

---

1 *Capitatum* esse videtur dimidium *librae,* quod appellabatur *marc.*

2 *Pont de Chateau.* Vide supra, t. III, pag. 639.

3 Euscopia, *Beauregard.*

4 Le Broc.

Stellensi [1], denique in pago Soriacensi [2], qui et structura oppidulum est, concionibus ante Aduentum habitis, frugem Euangelii haud vulgarem retuli, mei desiderio ubique relicto, Christo gloria.

Biliomi Aduentum transegi, octo epistolae ad hebraeos capita enarrando, cum tanta auditorum turba, potissimum diebus sacris, vt ipse obstupescerem ob rei insolentem nouitatem. Videas passim nouam ciuitatis faciem, si cum olim consueto more viuendi eam conferas. Jactatur passim myriades vitiorum meis concionibus praepediri. Ipse demiror tantam populi erga me reuerentiam atque adeo obseruantiam. Nemo est qui non vereatur coram me Deum offendere; ac si forte lapsu linguae aut imprudentia juret quispiam, mox vltroneo pudore arguitur suusque sibi judex est. Quoties Biliomi, alio vocatus, non possum concionari, Biliomaei absentiam meam aegre ferunt, meo tamen suum arbitrio submittentes affectum. Aiunt me diuinae gratiae luce splendidiore gloriosius semper perfundi, exornari, illustrari. Deo honor esto.

R.mus Dominus pio vberioris lucri spiritalis studio persuasus, me ad confessiones audiendas hortatus est, parem Episcopali jurisdictioni Ecclesiae clauium potestatem, quantum ad casus reseruatos attinet, in me transferens. R.dus P. Paschasius [3], Episcopi subscribens arbitrio, ea, qua tua auctoritate fungitur, facultate, Societati Apostolicae Sedis priuilegio concessam, clauium administrationem mihi commisit, quam quidem exerceo, quatenus per occupationes licet.

Vigesimoquarto Octobris, in Synodo Claromontana, ad quam Pastores uniuersae Dioeceseos conuocantur ex more orationem de Pastorum officio habui coram Episcopo et aliquot Abbatibus ac frequentissima auditorum corona: quae quidem

---

[1] De iis monasteriis nihil certi statuere possumus. Est quidem, in vicinia oppidi Ambert, oppidulum nomine *Marsac* ("*Puy de Dôme*, c. 3071 hab., sur *la Dore*, cant. et arrond. d' Ambert (9 Kil.), 90 Kil. de Clermont.„ Joanne, *Dictionnaire geographique, etc., de la France*), ubi nunc est monasterium monialium O. S. D.; verum an hoc monasterium, quo tempore ibi fuit Clayssonius noster, extiterit incertum nobis est.—De Stellensi et Veinensi nihil reperimus.—Verum eritne monasterium, quod hic appellat Clayssonius *Stellense*, idem quod *Abbatiam Steensem* appellavit supra, t. iii, pag. 702?

[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. iii, pag. 639, et Polanci *Chronicon*, t. v, pag. 313, annot. 4.

[3] P. Paschasius Broët, nostrorum in Gallia Superior.

imperio Episcopi typis excusa in lucem prodit, quam Romam mittimus [1]. Mirum est quam Episcopo ac doctis placuerit.

Vigesimosexto Octobris P. Hieronymus Bassius ac M.ter Petrus Canalis Claromontem Biliomo ad me peruenerunt, quibus vestitui necessaria R.mus Dominus subministrauit, meque aduersus hyemis armauit iniurias. Patrem Hieronymum apud D.num Cancellarium Claromonte collocauit ad tempus, qui in xenodochio, quotidiano sacrificio, verbi ministerio, ac pauperum cura oeconomica, pauperum consolationi inseruit cum celebri Societatis fama ad stuporem homines excitante [2]. Quem, ob singularem viri modestiam, mansuetudinem ac prudentiam, gaudeo nobis hic praefectum [3]. Concionatus est Aduentum integrum in xenodochio, priorem Petri enarrans canonicam cum tanta auditorum gratia, ob pietatis zelum foris relucentem vt frequentius habuerit auditorium ipso Professore theologo franciscanorum, in sui coenobii aede concionato. Maximam sane venerandus hic Pater apud ciues Claromontanos sui nominis auctoritatem, animorum studio indefesso, conciliat, qui de rebus a se gestis ex obedientiae imperio Paternitatem tuam certiorem exactius reddet. Nam quum diuortio locorum seiuncti simus, negotiorum ipsius spiritalium testis assistere nequeo, quamquam haec, quae de ipso modo retuli, a bonae fidei arbitris didici.

Frater noster Mag. Petrus Canalis, ad sacrum hypodiaconias ordinem ab Episcopo promotus, adhuc Euscopiae in Castro Episcopi, valetudinis resarciendae gratia, moratur, qui pio exemplo ac fraterna monitione omnibus se reddit amabilem, quem decreuit Episcopus mihi proximo Februario iungere. Caeterum quum non modo laboris nostri euangelici rationem Paternitatem tuam exigere a nobis, verum et fructum spiritalem consequentem petere persuasum habeam, quale cum foenore lucrum consecutus in hac vrbe sim, explicabo summatim.

Uniuersi familiae huius [4] domestici mensibus singulis confi-

---

[1] Vide supra, t. III, pag. 701, annot. 2.—Nunc autem dubium nullum esse potest quin oratio haec excusa typis fuerit; ideoque inter Societatis scriptores Clayssonius est annumerandus.

[2] Vide hic solutum dubium, quod proposuimus in POLANCI *Chronico*, t. V, pag. 347, annot. 2.

[3] Vide POLANCI *Chronicon*, t. V, pag. 324, n. 875, et pag. 347, n. 935.

[4] "In qua versabatur P. Robertus.„ POLANCUS, l. c., n. 938.

tentur, non absque virtutum profectu: quorum duos adolescentes, nunquam, ob tenerae aetatis praetextum, sacram qui Eucharistiam antea sumpserant, festis Natalitiis sacra communione sum impertitus cum aliquot aliis domesticis. Diebus singulis pias precationes vespertinas coram Crucifixi imagine vnanimi consortio obseruamus, ex more Parisini Collegii. Eosdem hospitis mei discipulos in christianae doctrinae rudimentis instituo, et in re literaria per otium exerceo. Summarie, vitia in hac familia virtutum gloria offuscauit, ac domum hanc illustrauit.

Quantum ad externos attinet, jurandi consuetudo passim in familiis dediscitur adeo vt, nominis mei interpellata memoria, sese mutuo amici amice moneant ad jurandi inueteratam consuetudinem extirpandam. Scurrarum copia, diebus sacris ludis ac lucris vacare solita, periuriis ac conuitiis execranda, e plateis euanuit, turba vndique confertim ad concionem confluente. Concionum mearum fructus vel his signis elucescit: quod frequentia suspiria coelum penetrent, confessionis antidotum a multis postuletur, sacrificiis meis frequens hominum corona assistat, quorum non pauci horam praestolantur. Non defuerunt qui optabant me diebus singulis ad Epiphaniam vsque concionandi functionem post Aduentum propagare: verum, absque communi cleri ac ciuitatis petitione, votis postulantium subscribere nolui. Sensim conor ad poenitentiae atque Eucharistiae frequentationem utriusque sexus homines adducere.

Matrona quaedam vidua, aetate prouecta, conscientiae deposito meae fidei credito, coelesti consolatione perfusa, est a quodam casu reseruato liberata, cui ab ipsa adolescentia intricata a nullo confessario adhuc se exemptam arbitrabatur. Quidam, me consulto circa restitutionis materiam, conscientiam redimere deliberauit, nec quidem summa est exigua. Resipiscent tandem aliquot Pastores ecclesiastici, cum quibus in concionibus grauis mihi conflictus est, qui, quamquam et negligentes et obstinati prope videantur, me tamen increpantem et amant et venerantur, ac bonam tandem spem praebent. Usurae, periuria, concubinatus grauem huic regioni pestem adferunt. Quorum tamen tyrannis sensim verbi Dei energia expugnatur cum multorum consolatione.

Omitto caetera, quae ex praemissis epistolis Paternitas tua

satis intellexerit. Deo, tantorum bonorum auctori, gloria et gratiarum actio debetur.

Ante Quadragesimam loca aliquot, hactenus mihi inaccessa, adibo vocatus, puta Corpiere [1], vrbem hinc tribus milliaribus dissitam, Lambres [2] (semper hactenus ibidem desideratus) septem milliariorum interuallo distantem pagum, Vertoison [3], Sanctum Julianum. Iterum quoque inuisam Issiodorenses, Lozounenses [4], et quos per tempus licebit alios, precibus victus. Faxit Christus vt verbum Euangelii currat et clarificetur semper.

R.mus Dominus decreuit ad P.tem tuam propediem literas destinare, quibus, assignato viatici impendio, quatuor professores huic Academiae, praeter numerum hunc nostrum ternarium, efflagitet in proximum Majum, quo quidem mense hic expectabuntur [5]. Nam tum scholae omnis cura in Societatis jus transferetur a Canonicorum Collegio, penes quos ea est auctoritas. Aedes quasdam in hac vicinia nobis conduxit Episcopus, quae nostrae seruiant habitationi, donec eo loco, quem incolo, Collegium erectum sit ipsius impendiis. Nam domus, Gibbort [6] cognomine nuncupatae, omnis spes nobis adempta est ob eximium pretium, quo duorum millium coronatorum pretio possessor eam indicauit.

Reditum Lutetiam R.mus Dominus proximo februario adornat. Faxit Christus vt mora omnis quam ocyssime abrumpatur ad augustius Maiestatis suae obsequium.

Biliomaei Societatis nostrae diuortium, Episcopi auctoritate imperatum, aegre ferunt. Claromontani ciues aliquot praecipui R.mum Dominum obsecrare proposuerunt, vt Societatem Claromonte conuocet ac foueat. Caeterum, aut desperato voti sui successu sententiam mutaturos, aut saltem repulsam ab Episcopo passuros spero, Biliomi erigendum Collegium praestolans. Hesterno die a D.no Gubernatore et D.no Procuratore

---

[1] *Courpière,* in veteribus chartis *Croupierre.*

[2] Sic; verum nec in veteribus nec in recentioribus chartis oppidum ita appellatum reperitur. Est tamen in veteribus oppidulum *Vambres,* non longe a *Saint-Julien,* cujus statim fit mentio, situm, quod non meminit JOANNE.

[3] *Vertaison.*

[4] Sic; supra, t. III, pag. 640, *Lozou.—Lezoux?*

[5] Vide POLANCI *Chronicon,* t. v, pag. 348, n. 941. et annot. 1.

[6] Sic; Polanci tamen librarius legit et in *Chronicon,* l. c., transcripsit *Gibot.*

generali comitatus Aruerniae, et consulibus urbis Vicensis [1] rogatus, crastino die iter eo adorno, concionandi gratia die proximo dominico, iam ante quadrimestre ibidem desideratus.

Vale, Pater in Christo obseruandissime, nosque sacrificiorum atque orationum tuarum tutissimo praesidio ad praelia Domini heroice gerenda aduersus hostes veritatis arma atque propugna: ad quorum certaminum prosperum euentum Patrum ac fratrum, qui istic turmatim castrametati sunt, suppetias quoque imploramus. Dominus Jesus, summus Imperator, heroica tua stratagemata, ceu ducis exercitus nostri, prosperare, ac tandem coronare dignetur post militiae exactos longos labores.

Biliomi, decimo Januarii 1556.

Imperio R.di P. D.ni Hieronymi Bassii Praepositi Aruerniani,

R.dae P.tis tuae indignus filius,

Robertus Clayssonius.

Superscriptio in octava pagina: R.do in Christo Patri D.no Ignatio de Loyola Praeposito generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: Jesus. Biliomi. Quadrimestres X Januarii 1556. †

Praecedentes Roberti Clayssonii litterae a P. Polanco emendatae [2].

Quaedam ex literis M. Roberti Claissonii Billiomi 10 Januarii 1556.

Vigesimo primo Septembris a R.mo Domino ad sacerdotii dignitatem, *indignus,* euectus fui Claromonte: postridie Biliomi in summo templo primum sacrificium Deo obtuli cum tanta ho-

[1] *Vic-le Comte.*

[2] Quae suppressorum loco substituit Polancus, *italicis* hic characteribus seu typis describemus.

minum turba, vt supra centum extra fores templi sacrificio illi solemni astitisse feratur.

Mirantur omnes diuinae gratiae praesidium, quo fretus, sacra mysteria diebus singulis frequento, ac professionem theologicam simul et hebraicam prosequor, praeter pias occupationes horis successiuis subsequentes, quas in visitando xenodochio, aedibus aegrotantium adeundis, confessionibus audiendis, casibus conscientiae resoluendis, caeterisque id genus ex occasione incidentibus negotiis, colloco. Obstupescunt me dona ac munera in sacrificio primo refutasse, quae, si ea admittere voluissem, amicus quidam *magno* redempturum se offerebat. Certe mirifica *et* fragrantissimi odoris fama de Societate passim diffunditur, quod stipendii *vel eleemosinae* ministerio verbi ac sacramentorum litourgiae jure meritissimo debitae Societas expers esse voluerit.

Claromonte, summo in templo, praesente R.mo Domino ac aliis eiusdem vrbis *et oppidorum circumiacentium* locis, concionibus ante Aduentum habitis, frugem Euangelii haud vulgarem retuli, desiderio *Societatis* vbique relicto. Christo gloria.

Biliomi Aduentum transegi, epistolam ad Hebraeos enarrando, cum tanta auditorum turba, potissimum diebus sacris, vt ipse obtupescerem ob rei insolentem nouitatem. Videas passim nouam ciuitatis faciem, si cum olim consueto more viuendi eam conferas. Jactatur passim myriades vitiorum *nostris* concionibus praepediri. Ipse demiror tantam populi reuerentiam atque adeo obseruantiam. Nemo est qui non vereatur coram me Deum offendere; ac si forte lapsu linguae aut imprudentia juret quispiam, mox vltroneo pudore arguitur, suusque sibi judex est. Quoties Biliomi, alio vocatus, non possum concionari, Biliomaei absentiam meam aegre ferunt; meo tamen arbitrio suum submittentes affectum. Deo honor esto.

R.mus Dominus, pio vberioris lucri spiritalis studio, me ad confessiones audiendas hortatus est, parem Episcopali clauium potestatem, quantum ad casus reseruatos attinet, in me transferens. R.dus P. Paschasius, Episcopi subscribens arbitrio, *huius sacramenti* administrationem mihi commisit, quam quidem exerceo, quatenus per occupationes licet.

Vigesimoquarto Octobris in Synodo Claromontana, ad quam Pastores vniuersae dioeceseos conuocantur ex more, ora-

tionem de Pastorum officio habui coram Episcopo et aliquot Abbatibus ac frequentissima auditorum corona: quae quidem, *iussu* Episcopi, typis excusa in lucem prodit, quam Romam mittimus. Mirum est quam Episcopo ac doctis placuerit.

Vigesimo sexto Octobris P. Hieronymus Bassius ac Magister Petrus Canalis Claromontem Biliomo ad me peruenerunt. Patrem Hieronymum Claromonte collocauit ad tempus, qui in xenodochio, quotidiano sacrificio, verbi ministerio ac pauperum cura oeconomica, pauperum consolationi inseruit, cum celebri Societatis fama, ad stuporem homines excitante. Quem, ob singularem viri modestiam, mansuetudinem ac prudentiam, gaudeo nobis hic praefectum. Concionatus est Aduentum integrum in xenodochio, priorem Petri enarrans canonicam, cum *maxima* auditorum gratia *et frequentia* ob pietatis zelum foris relucentem. Maximam sane venerandus hic Pater apud ciues Claromontanos sui nominis auctoritatem, animorum studio indefesso, conciliat: familiae huius, *in qua versor,* domestici mensibus singulis confitentur, non absque virtutum profectu. Diebus singulis pias precationes vespertinas coram Crucifixi imagine vnanimi consortio obseruamus, ex more Parisini Collegii. Eosdem hospitis mei discipulos in christianae doctrinae rudimentis instituo, et in re literaria per otium exerceo. Summarie, vitia in hac familia virtutum gloria offuscauit, ac domum hanc illustrauit.

Quod ad externos attinet, scurrarum copia, diebus sacris ludis ac lucris vacare solita, periuriis ac conuitiis execranda, e plateis euanuit, turba vndique confertim ad concionem confluente. *Sensim conor* [1] ad Poenitentiae atque Eucharistiae frequentationem vtriusque sexus homines adducere. Resipiscent tandem aliquot pastores ecclesiastici, cum quibus grauis mihi conflictus est, qui, quamquam et negligentes et obstinati prope videantur, me tamen increpantem et amant et venerantur, ac bonam tandem spem praebent. Usurae, periuria, concubinatus grauem huic regioni pestem adferunt. Quorum tamen tyrannis sensim verbi Dei energia expugnatur cum multorum consolatione. Deo, bonorum auctori, gloria et gratiarum actio debetur.

---

[1] Haec, quia longiuscule excurrente calamo perperam cancellaverat Polancus, manu propria ipse restituit.

CDLXV

P. Philippus Faber, olim Leernus,
Patri Ignatio de Loyola,
Mutina, 10 Januarii 1556 [1].

IHS

La gratia et pace di Christo nostro Signore sempre sia ne i cuori nostri. Amen.

Molto R.do in Christo Padre: Non essendo altro al presente in questo collegio che ciò possa fare, darò auisso soccintamente alla R. P. V. dalcune cuose particolari del diuino seruitio, le quali Sua M.tà questi quatro mesi s' è degnato operare.

Per l' vltimo quadrimestre fù scritto a V. R. P. [2] come per ministerio di Padri di questo collegio il Signore haueua agiutato ad alcune anime: chi retirando dal peccato mortale: chi indrizzando alla uia della perfettione: chi disponendo et agiutando al ben' morire per uia dell' esshortationi, confessioni, comunioni, etc. Il medesimo essercitio questi quatro mesi s' è usato per la Iddio gratia, et fra l' altre cuose, alcune ne scriuo particolarmente, parendomi degne d' essere manifestate acciò si dia laude et gloria a l' authore di esse N. S.

Un cittadino giouene d' una prima casata di questa città,

---

[1] Duplici in folio, primo n. 103, altero non numerato.—Decernere non valemus an autographae sint an vero apographae, tum quia nullam aliam hujus Philippi Fabri certo autographam scriptionem vidimus, tum quia nullum in his litteris vestigium offendimus, cerae, sigilli, etc., quo eas autographas existimare possimus. Adde hunc Philippum belgam natione fuisse (Vide POLANCI *Chronicon,* t. II, pag. 512, n. 241) et scriptionis genus in his litteris valde ab eo differre, quod familiare erat plerisque illo tempore belgis. Verum nec apographas dixerimus, cum asserat ipse Philippus alium praeter se in collegio non esse, qui litteras possit scribere.—Habent etiam hoc singulare, quod scriptae sunt in prima et quarta duplicis folii pagina, altera et tertia nitidis.

[2] Vide supra, t. III, pag. 691-695.

hauendo riceuuto una ferita mortale, non u' era stato ordine per molti giorni d' indurlo al perdonare, dicendo che aspettaua la sanità per fare demostratione a sui nemici etc., il ch' intendendo io da vna sua zia che si confessa con noi, cercai occasione acciò un di nostri potesseli parlare: vnde un giorno, essendo io introdutto a uisitarlo, lo truouai nella medesima dispositione che prima, cioè di uoler' uindicarsi; ma doppo molti raggionamenti pii, ch' il Signore mi fece farli, mi disse al mio partire: "Padre, io vorrei perdonnare, ma non posso dispormi: pregate al Signore che mi disponga„; et così li promessi fare, raccomandandolo poi alli fratelli, etc. Passato un giorno, o forse due, mi mandò a chiamare per confessarsi, uolendo prima vdire la mia messa per meglio disporsi alla confessione, la quale fece, finita la messa, con grande contritione, perdonando alli nemici suoi, dicendo che mai era per farli danno nella persona, ne anche nella robba. Et perche questa perdonanza satisfacesse a lo scandalo ch' egli haueua dato, dicendo di uolere uindicarsi, et anche acciò, se guariua, stesse in ceruello, io li feci fare di ciò protestatione *coram testibus;* finita la confessione, feci (con sua buona gratia) che fosse introdutta la sua madonna (con la quale già era stato 2 o 3 anni in lite dissensioni, odii, etc. tali che ne Vescouo, ne molte altre persone da bene con ogni suo sforzo, mai haueuano potuto accomodare; et lei, partitasi da lui et dalla figliuola, staua con certi suoi parenti, alli quali lassaua per testamento la sua robba con priuarne la propria figliuola); egli li domandò con le lachrime alli occhi perdonanza d' ogni offessa che li hauesse fatto, la quale, uedendo in lui tanta humiltà, se pentì del fallo et errore suo, promettendoli di guastare il testamento ingiustamente fatto, et farne vn' altro in suo fauore. Volse egli che il giorno sequente io li dicessi la messa et lo communicassi, ringratiando Iddio di tanta gratia usatagli: il terzo dì fece il suo testamento, il quarto con la santa ontione ben' disposto rese l' anima al suo Creatore, lassando la moglie con otto figliuoli, la quale, confessatasi da noi con la serua et figliuoli, se contenta de la uoluntà di Dio, et la sua madre è tornata a stare con lei, la quale (stracciato il primo testamento) n' ha fatto vn' altro, come sopra ho detto. Laudato sia il Signore, che per un desordine (poiche desordine lo chiama il mondo) ha ordinato, et accomodato tante cuose.

Vna giouane fanno circa sei anni che s' era posta per serua con marito et moglie molto gioueni, la quale, *pessimo ducta spiritu,* disse alla moglie, fingendolo, che il marito la uoleua intossicare, il che credendo lei, se ne fugite a casa del suo padre; ma partita lei, la detta serua, uoltando carta, disse falsamente al marito che la moglie procuraua d' intossicarlo, et per confirmar' la sua buggia fece certo componimento di yesso et cenere, fingendo de darnel per prouare a vna gatte in presentia del marito, affocando poi la gatte in absentia acciò paresse morta dal tossico. Chiamata adonche questa malitiosa in giuditio, tenette salda la sua falsità con 2 o 3 giuramenti falsi, et con tutto che due uolte li fusse data la corda (perche la cuosa fù appellata d' vno tribunal' al' altro) stete sempre salda. La moglie non hebbe la corda per che staua grauida, ma restò separata dal marito. Et questa serua, partitasi di quella patria, *tandem* m' è capitata nelle mani, doue *ad cor rediens,* m' ha narrato il tutto, domandandomi agiuto a l' anima sua, et confessandosi generalmente di tutta la sua vita, perche le confessioni et communioni, ch' altre uolte hauea fatto, erano state tanti sacrilegii, essendo finte; hora perche qui ci accadeua la restitutione, si della fama, come degl' altri interesse, etc., et essendo lei *non soluendo,* anzi retirata in luoco tale, et essendo persona tale, che la conuenientia non permetteua che lei andasse così lontano a fare tale restitutione, al meno della fama, pensai che sarebbe conueniente ciò fare per lettere; ma perche alle lettere priuate non si sarebbe data fede, io la indussi a farne una confessione publica *coram vicario et notario R.^{mi} Episcopi et testibus,* acciò per attestatione authentica si facesse fede a quelli magistrati della verità. Spero ne riuscirà gloria al Signore, edification' al prossimo, refrigerio al tribulato animo di quella innocente moglie, et finalmente agiuto a l' anima di questa miserella, la quale perseuera nella penitentia del suo grande peccato.

Grande è il zielo che tiene il P. Stephano [1] di agiutar' le anime et tirarle alla perfettione, non mancando ogni domenica et festa di precetto di predicare la verità a chi la uole intendere, a benche non già questi dì, perche, come hauerà inteso

---

[1] P. Stephanus Baroëllus.

la R. P. V., il Duca di Ferrara [1] fidandosi molto delli nostri (come appare), mandaua detto M.^{tro} Stephano a Versello [2], per agiuto d' un' monastero di donne mezo peruertito, et cascandoli il cauallo sopra vna ghamba, gli ha rotta (come si tiene) et già è stato al letto 15 giorni con molti trauagli et pocco riposo di essa ghamba; pur' hora ua megliorando alquanto, et certo ci ha dato assai edificatione in questi suoi trauagli, hauendo quasi sempre le laude del Signore nella bocca *Benedictus Deus*.

Esso Padre passando un giorno appresso dalcuni giocatori, comminciò a reprenderli, et uno di loro, mostrandoli per burla una delle carte depinta, diceua: "eccoti un santo.„ "Mostra„, dice il Padre, et si la stracciò, il che uidendo esso, restò mezo confuso, considerando forse *in qua potestate haec faceret:* ma esshortandolo il Padre a far' il simile dil resto, lo fece, stracciandole tutte.

Mi recordo hauer' più uolte scritto che s' il Signore ci fauorirà in poter' un giorno hauer' vna chiesa nostra, ci è speranza de fare frutto in Modena, et maggiormente che hauendo noi conciato una stanza per capella, doue vno di noi diceua la messa alli fratelli li giorni di lauori (andando la festa alle conuertite), et hauendo quella capella la sua intrata separata da quella di casa, apprendo noi la porta alli forastieri che ui uoleuano uenire, ci sono uenute assai persone, etiam di qualità, fra quali v' e stato un conte, non so che uolte, et altra uolta vna duchezza, et in questo Natale del Signore ui si sono confessati alcuni huomini et donne; hora non l' adoperiamo, essendo io solo che dico la messa alle conuertite. Il terreno che ci haueua donato il Duca per fabricaruisi vn luoco, subito che n' hebbe fatto far' un instrumento, comminciai con li fratelli a lauorarlo, cauando per li fundamenti, et raccogliendo sassi; ma *venit inimicus homo*, il quale vna notte fece rimpire quanto haueuamo cauato per alcuni dì, il che intendendo Sua Ecc.^{cia} commesse al gouernatore di Modena che desse buono castigo a chi ciò hauesse fatto; et acorgendosi che la communità di Modena, sotto certo pretesto, ci uoleua impedire detto luoco, pi-

[1] Hercules d' Este.
[2] Sic; vide tamen Polanci *Chronicon*, t. v, pag. 140, annot. 2.

gliando S. Ecc.[a] nostra protectione ha fatto veder' *de iure* le loro raggioni, per le quali pretendeno detto terreno esser' suo. Quante siano state le contradittioni che dalli maligni habbiamo hauuto sopra questo luoco, non mi basta l' animo a narrarlo adesso; basta che pocco più ci lapidauano alcuni, *cuius rei gratia* ha fatto il desperato demonio (come pensiamo) il suo ultimo sforzo acciò fosse rouinata l' opera, adoperando li suoi scribi et pharisei, *id est*, secolari et religiosi, molto larghamente. At *si Deus pro nobis, quis contra nos?* Speriamo presto la risolutione; et alhora, piacendo al Signore, comminciaremo. M. Hercole Porrino [1] fa tuttauia seghar' legnami d' vna possessione per dar' principio alla casa. Altre persone deuote attendeno a fare qualche denari, acciò alhora possano souuenire. Il Signore condurrà la cuosa a buono termine, la cui M.[tà] saprà cauare bene d' ogni contradictione, et far' ch' il tutto succeda a gloria del suo santissimo nome, *cui honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

All' orationi di V. R. P. et delli charissimi Padri et fratelli tutti molto ci raccomandiamo.

Di Modena, alli 10 di Genaro 1556.

D. V. P. indegno figliuolo et minimo seruo in Christo,

PHILIPPO FABRO.

---

[1] Sic; vide POLANCI *Chronicon,* t. III, pag. 206, n. 88.

CDLXVI

P. Quintinus Charlart
Patri Ignatio de Loyola.
Tornaco, 10 Januarii 1556 [1].

†

Pax Christi nobiscum.

R.de in Christo Pater.

Vt debitum obedientiae praestemus et reddamus obsequium, paucis accipiat R. V. P. quidnam hoc toto quadrimestri dignatus sit Dominus operari per suos inutiles seruos in isto miserandae Flandriae angulo. Imprimis nos non parum exercuit confessio, et quidem assidua; nam ego, qui haec scribo, quotidie et saepe a summo mane etiam ante lucem vsque ad meridiem desedi in templo summo, audiendis confessionibus vacans. Pater quoque Antonius [2] in eodem templo, a me multum semotus, fere quotidie toto illo tempore audiuit etiam confessiones; ex quibus quanta vbertas segetis vitae spiritualis succreuerit, indicant illae voces vulgo iactari de nobis solitae: "o qualis confessarius est ille Pater! o quanta cum securitate conscientiae nunc viuo postquam illis confessus sum! "et„, si talem Patrem non adiissem, iam actum fuisset de vita mea„: sit Dominus benedictus.

Singulis quoque diebus dominicis in quodam sacello summi templi communicauimus plures solito, longeque plures (sat scimus) communicarent, si templum vel sacellum bene amplum nobis destinatum foret, quo populo libere et commode conue-

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 308, altero non numerato.

[2] P. Antonius Bouclier, alias Bouclet dictus.

In questo borgho [1] il numero delle persone che frequentano li santissimi sacramenti va tuttauia crescendo et generalmente il borgho migliorando. Alchuni huomini et donne, sì del borgho, come fuorastieri, si sonno disposti alla Religione, et già cinque sappiamo hauer' mandato in essecutione sua buona dispositione: altri, massime cittelle non poche, restano per manchamenti di dotta; et per esser il borgho picolo non gli potiamo dar' aggiuto. Il simile accade circa le donne peccatrici, delle quali molte ritornano con gran dolor nostro al peccato per non trouare recapito: sapiamo pur che da tre si sian congionte con quelli che le teneuano in peccato, et altri esser stati mossi da Iddio a pigliarle per moglie in penitentia di suoi peccati. Si sonno aggiutati appostate, illuminati heretici, liberati [2] inspiritati; dati essercitii spirituali, visitati infermi etiamdio alli castelli vicini, donde alle volte siamo chiamati per consolar' et confessar li amalati. Si sonno qua parimenti fatte assai pace; et tra l' altre, confessata de vno di nostri che fu vna donna, la quale molto tempo hauea perseuerato nel suo odio, venne a ritrouare sua contraria in presentia di 300 o 400 persone, et gettandosi a suoi piedi, gli domandò perdono con tante lachrime che non solamente l' altra fu commosa, ma anche tutti gli astanti con gran edificatione. Si sonno fatte molte restitutioni d' importanza, et anche hora ne tengo vna tra le mani di più di Δ^{ti} [3] 50, già fatta per maggior parte, che non è poccho in questo tempo ad vna persona pouera.

Col fauor di Monsig.re il gouernatore [4] si sonno uisitati tutti

---

[1] Laureti.
[2] Hic scriptum erat *illuminati;* sed, hoc deleto, scripsit Polancus *liberati.*
[3] *Scuti,* scutata.
[4] Gaspar de Doctis.

gli bisognosi di questo borgho, di dentro et fuori, et scritti in vn cathalogo, acciò a tutti soccorresse questa benedetta casa secondo la loro necessità.

Quanto alla penitentiaria et santa comunione non dico altro che so essersi comunicati in questa santa casa fuora di Pasqua, Natale et giubilei, in 5 o 6 settimane, otto millia et settecento persone. Si predicha spesse volte in chiessa, massime le feste et le domeniche, et anche gli giorni feriali, quando di ciò siamo richiesti da signori o prelati. Queste 4 tempora di Natale s' è predicato nell' tinello della santa casa alli serui et laboranti di quella, che sonno in gran numero, per disporli al santo digiuno et S.mi Sacramenti per più degnamente celebrare le feste: il simile si fece in piazza doue spesso s' è predichato; et comunemente si predicha, quando incommincia fare fine la predicha della chiesa, per riprender quelli che stanno ociosi perdendo col tempo la parola d' Iddio; et acciò non scampi alchuno senza tal ricordo, alle volte si predicha in quel medessimo tempo nelle due piazze.

Ogni dì feriale legonsi gli casi di conscientia in chiesa dal R.do nostro Padre Maestro Montoya [1], soprastante di questo collegio; et io, ogni domenicha et festa, nel medessimo luocho et tempore, finito vespero, la *prima Diui Pauli ad Corinthios;* et di tutto se ne serve molto nostro Signore per sua infinita buontà.

La schola nostra fa tre classi distincte: dua di gramatica et l' altra d' humanità; et tutti tre maestri fanno 4 lettioni diuerse ogni dì senza le compositioni, dispute, et altri essercitii litterali, alli quali si puo ritrouar ogni uno secondo el solito della Compagnia. Al meno ogni 15 giorni si recita publicamente vna oratione suassoria a qualche virtù, o vero dissuassoria del vitio contrario.

Questo quadrimestre sonno stati qui molti prencipi, signori et signore, i quali molto si sonno rallegrati d' hauer qui trouata la Compagnia et quasi tutti si sonno da noi altri confessati, et anche alchuni comunicati, non volendosi altrimenti contentare. Alchuni parimente ci hanno domandato alchuna institutione della sua vita, alli quali s' è sodisfatto secondo no-

---

[1] P. Joannes de Montoya.

stro potere: la più frescha è la principesa consorte di Don Ferrante Gonzaga [1], la quale, dopo essersi confessata et comunicata da me, volendo partirsi, me fece dar promessa publicamente d' accettarla per figliola spirituale et visitarla al spesso con le mie lettere, il che prima hauea fatto il principe suo figliolo [2]. Il Cardinal d' Vrbino [3], che fu visitato da noi altri et mentre che mangiaua, pocho auanti di partirsi, gli fu recitata una ecgloga conueniente alla solennità di Natale la quale se celebraua, et gli fu tanto grata, con altri versi congionti a quella, che ne volse hauere la copia; et già caualcando, mi fece dire anche per il Vescouo di Scutera [4], che staua con sua S.ria R.ma, che più presto che poteuo li mandassi (che già doueria esser detto.)

Nostri padri et fratelli per gratia del Signore vano molto feruenti, et tanto ch' il demonio, del loro profitto sdegnato, s' è sforzato inganar' alchuni con varie fantasie, come apparendoli in forma di puto circa il S.mo Sacramento più et più uolte, o in altre maniere nelle sue orationi; et non potendo venire al suo designo, finalmente è venuto alli tormenti et terrori sensibili de dì et di notte, battendo vno, caminando sopra l' altro tutta la notte, et ogni notte, subito smorzata la lucerna, tirando l' altro pel braccio, et facendo strepito in camera del 4.°, ma finalmente è stato confusso et non ha potuto preualere *aduersus electos*, ne manco retenere forze alchune per più molestarci in qual si uoglia modo esteriore: sia ringratiata sua diuina maiestà [5].

Molte altre cose si potrebbono scriuere; ma fuggendo la prolissità, me retengo; benche non dubbiti ch' habbiamo commessa gran negligentia, non vsando tanto sincieramente et feruentemente la gratia concessa del Signore, che doueressimo hauer fatto; ma speriamo per l' auenire, aggiutati coll' orationi di V. R. P., maggior frutto nel Signore.

---

[1] Elisabeth de Capua. Vide POLANCI *Chronicon*, t. v, pag 93, annot. 4.

[2] Hunc primogenitum vocat POLANCUS, l. c.; erat proinde Caesar, I Dux de Amalfi. CHIUSOLE, *Genealogia delle case più illustri del mondo*, tabula CCXCIX.

[3] Julius Feltre della Rovere.

[4] Haud certi sumus nos bene percepisse quod hic scriptum est. Sunt qui legant *Frutera, Trutera*, etc. Verum nullum his nominibus simile episcopalis alicujus sedis nomen in Episcopologiis reperimus. Quod si legendum tandem sit *Scutera*, hocque positum credamus pro Scutari, *Scodra*, tunc in aliam syrtem incidimus; ait enim GAMS vacasse hanc sedem ab anno 1543 triginta duobus annis.

[5] Haec et plura alia his similia, quae diversis temporibus evenere, narravit ipse Oliverius Manareus in *Commentario de rebus Societatis*.

Qui stiamo quaranta et vno della Compagnia, tra li quali noue sonno sacerdoti, il resto scholari. Non altro. Nostro Signore conserui la R. P. V. in sua sanctissima gratia.

Di Loreto, a dì 16 di Gennaio 1556.

De V. R. P. indeg.mo in X.o figliuolo,

Oliuerio Manareo.

Superscriptio in quarta pagina: Jhus. Al molto R.do in Christo Padre il P.e Mtro. Ignatio de Loyola Preposito General della Compagnia de Gesù, in Roma.

Alia manu: 1556. Loreto. Quadrimestre delli 16 di Gennaio.

Vestigium cerae sigilli.

CDLXXI

P. Adrianus Adriani
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 17 Januarii 1556 [1].

IHS

Gratia et pax X.i nobiscum.

Venerabilis Pater.

Paucis perstringam quae hoc proximo quadrimestri per nos Dominus operari dignatus est. In primis vix labitur dies *qualiscumque* [2], in quo non accrescat nobis nouus vtriusque sexus *confitens* [3]. Augetur et *numerus* frequenter communicantium [4]: duo etiam nobiles studiosi, filii duorum *praecipuorum* [5] in no-

[1] Autographae unico folio, n. 507. — Quae emendans Polancus sustulit, *italicis* describimus; quae pro sublatis substituit, ad paginae calcem damus.

[2] *aliquis.* Polancus.

[3] *confitentium numerus.* Id.

[4] frequenter communicantium *multitudo.* Id.

[5] *nobilium.* Id.

stra aula bruxellensi, cupiunt se Societati adiungere, quos admittere statuimus quam primum opportunum videbitur. Insuper sacerdos quidam, *fortis*, doctus, *repraesentans virum et sonoram habens vocem, etiam* statuit se nobis adiungere. Alius [1] etiam iuuenis leodiensis. Duo *etiam* [2] aut tres filii confessionis *nostro adiutorio* [3] ingressi sunt religionem franciscanorum, quae res non paruam fouet charitatem inter franciscanos et nostram Societatem; heri quoque, propter inuestitionem cuiusdam filii confessionis nostri, prandium sumpsi cum eis in refectorio; *prandio vero* [4] finito, antequam P. Guardianus inchoaret gratias, publice commendauit nos orationibus omnium, addens nostro consilio praesentem nouitium ingressum religionem.

Quod ad nos attinet, singuli manemus in consuetis officiis; Pater vero Arnoldus [5] manet in Culemberch [6] non absque magno fructu. Scripseram ei vt compendiose rationem redderet eorum, quae ibidem egit, quod quia fecit *et justae sunt literae per se,* statui ipsas ipsius literas P. V. transmittere [7].

De R.dis in X.o Patribus P. Petro Ribadeneyra et P. Bernardo [8] *nihil dicam, quia non dubito quin diligentissime singula P. V. transcribant: hoc solum dico, quod bonum Christi et Societatis odorem sparserint. Sit Dominus in omnibus benedictus.*

D. Philippus Knobbaert, *conterraneus meus* [9], P. V. etiam notus, qui diu Romae egit, et ex parte est haeres domus, quam inhabitamus, heri dixit mihi se proximis diebus velle ire in patriam et agere cum reliquis haeredibus vt simpliciter detur Societati eadem domus, vt Societas memoriam suae progeniei in perpetuum habeat [10].

---

1 adiungere, *ut et a*lius. POLANCUS.
2 *praeterea*. ID.
3 *nobis iuuantibus*. ID.
4 *quo*. ID.
5 P. Arnoldus van Hees (Heceus, Hezius).
6 Culenborg. Vide POLANCI *Chronicon,* t. v, pag. 292, annot. 5.
7 Eas dedimus supra, pag. 24.
8 P. Bernardo Oliverio.
9 *antuerpiensis*. POLANCUS.
10 Corrigendane his erunt, an tantum complenda, quae ex DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas*, pag. 8, annot. 3, transtulimus in POLANCI *Chronicon,* t. v, pag. 292, annot. 5?

Haec sunt, P. R.de, quae scribenda occurrunt. Commendamus nos orationibus sanctisque sacrificiis P. V. omniumque Patrum ac fratrum. Raptim.

Louanii, 17 Januarii *anno Domini 1556*.

R. P. V. seruus in Domino,

Adrianus Adriani ab Antuerpia.

Superscriptio in secunda pagina: IHS. Ven.li in X.o Patri D.no Ignatio de Loyola, generali praeposito Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1556. Louanio. Quadrimestres 17 Januarii. Emend.

Et alia: 56. Londini *(sic)* [1].

---

[1] Atque hinc factum videtur quod in Indice, quem volumini anni 1555 praefixit P. Boëro, loco *Lovanii* scripserit *Londini*.

CDLXXII

P. Gundisalvus Gonzalez
Patri Ignatio de Loyola.
Hispali, 21 Januarii 1556 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

La gracia y amor del Señor sea siempre en nuestras almas. Amen.

Hanse continuado siempre los sermones con mucho concurso de gente y moçion y deuoçion particular, que el Señor les da de compunçion y lágrimas hasta no se poder contener; speçial de vnos sermones de muerte y juiçio yban por las calles gimiendo y llorando, concertando sus vidas y aparejándose á penitençia. Aconteció á persona yr á su casa y desentoldalla, conçertándose así en sus trajes y demasías: deuió de creer algo del thema que auía oydo; *dispone domui tuae, quia cras morieris* [2]. Otras embiauan las sayas sobradas de raso y seda para los pobres: otras se determinaron á monjas: y como en las confessiones entendemos, se procuran de estrechar y moderar en traxes y demasías á tanto, que no soliendo baxar las sedas, me dizen a abajado la quinta parte. Ha auido hombres, que, no pudiendo persuadirse tener disçiplinas, acordándoseles que se auía de pagar en la otra vida lo que no se pagase en esta, los mouió nuestro Señor á tomarlas, y repartir con los pobres de lo

[1] Archetypae duplici folio, primo n. 470, altero non numerato.—In iis extrema tantum verba *d. V. P.....* GONZALEZ, sunt manu ipsius P. Gundisalvi. Est et apographum in *Historia Varia,* t. I, pag. 450.

[2] Dispone domui tuae, quia morieris tu, et non vives. Is. XXXVIII, v. 1

que tienen, frequentar los sacramentos, diziendo lo que comunmente se dize, que agora se han confessado.

Han aiudado mucho á esto con la diuina gracia algunos sermones que este Adviento, consultado el P. Prouincial [1] y pareçiendo ansí al Señor Prouisor [2], se an hecho en gradas [3]: y aunque sobre ellos echauan sus çiertas propheçías, segun que esta cibdad ha estado y está sospechosa no les traigan falsas doctrinas, por las caídas con que nos dan de algunos, anlo recibido bien y mouídose de los prinçipales dellos, espeçial[mente] vno que auía sido juez en la condenaçion de otros, que en aquel lugar avían predicado, el qual, ymportunado á que oyese el sermon, respondiendo que para qué eran aquellos alumbramientos, que no sabía en que auía parado los de fulano y fulano. En fin oyó y creyó, y despues nos mandó llamar, persuadiendo de quánta importançia es [4] dar semejantes auisos á los que en aquel lugar se llegan, que son los caualleros y mercaderes de la çibdad, mostrando otro ánimo y boluntad á la Compañía que hasta allí, y ansí se a parecido: despues acá emos insistido mucho contra las casas de juego y deshonestidad, que ay en esta çibdad muchas, en particular, ansí en los sermones como dando dello noticia al S.or Prouisor y fiscales, y ansí deseamos que la justicia seglar cargase la mano en ello. Algo aprouecha, bendito nuestro Señor. Confiamos en su grand misericordia se remediará algo. Libros desonestos, coplas, naipes y otras cosas ansí, que distraen á los hombres, se an quemado y rasgado muchos.

En la cárçel, con la doctrina que de ordinario se haze, no ay tanta soltura en los juramentos y rençillas: acuérdanse de Dios á menudo con las oraciones y letanía. Euítanse hartas offensas de nuestro Señor: anse conçertado algunos en sus rencores y pleitos, y muchos sacado, haziéndoles pagar las debdas que deuían, y encargándolo en los púlpitos acudir allá los que nuestro Señor mouía y sacar vno dos, otro quatro, otro seis, y así otros etc.

---

[1] P. Bartholomaeus de Bustamante.

[2] Dr. Gaspar Cervantes de Salazar. Vide Polanci *Chronicon*, t. iv, pag. 357, annot. 6.

[3] Vide Polanci *Chronicon*, t. v, n. 1335.

[4] Duo sunt hic vocabula emendata, quae legere non valemus.

Algunas vezes de pasada por las abdiençias se les corrige el jurar demasiado, y con mucha charidad el alcalde de corte mandó que nadie jurase en su abdiencia, no siendo neçessario, so pena de vn quarto, y ansí se tiene más quenta: lo mesmo hicieron en el alhóndiga [1], donde concurre grand número de gente. Despues de la primera plática que se les hizo, mandaron pregonar los diputados que allí estauan, que era vn veinte y quatro [2] y vn jurado de la cibdad, que nadie jurase allí so pena de dos marauedís, los quales pagauan con alegría, arrepintiéndose del juramento.

Este auisar de juramentos a sido ordinario de tres meses á esta parte, ansí en las calles como en las yglesias y casas, donde nos halláuamos, á grandes y pequeños, nobles y no nobles, seruando siempre la reuerençia y deçençia, que con discreçion á cada vno se deuía: anlo reçebido muy bien, enmendándose mejor, á tanto que a aconteçido vezes que, jurando y viendo que venía alguno de la Compañía, sin le hablar palabra, como si biera al alguacil de Dios, reçaba su Auemaría sin bonete [3], en pie ó de rodillas: aconteçía algunas vezes en plaça ó calle, donde concurría gente, siendo advertido vno, quedallo todos ayudando con su Auemaría ó Padre nuestro, á la manera que el otro lo reçaua: y lo que pasa en los juramentos se tiene tambien en qualquier offensa de nuestro Señor que sea pública, tanto que no es menester hablar [4], sino quedando como corridos, en biendo alguno de la Compañía se corrijen, haziendo lo mesmo en absencia en sus mesmas casas; que para nuestras almas no es pequeña consolaçion, mayormente viendo esto en las yglesias y ministros dellas, en las quales, oyendo ó viendo que alguno de casa viene, luego se ponen en raçon y modestia, echando de uer que ayan sido vistos con ménos silençio y reposo que el lugar y officio, que tienen, pide.

Los que van á predicar lleuan delante los oçiosos de las calles y plaças, sacándolos de los bodegones, donde nada siruen á Dios, haziendo á los çapateros que dejen de desvirar y vayan á missa, lleuándolos delante como digo, quándo con si-

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon,* t. v, n. 1345.
[2] Vide *ibidem.*
[3] Sine pileo, seu aperto capite.
[4] Ita scriptum videtur; verum, attrita charta, non satis apparet.

lençio, quándo diziendo las oraciones, de lo qual no poco se edifican y mueuen los que en la yglesia están esperando el sermon.

Con los que justiçian se tiene quenta, y con los que le acompañan tambien, exortándoles á penitençia, y á la contínua memoria de su vltimo fin.

Los sermones y pláticas, que se piden, son tantas y tan de atrás, que ya tomamos por medio, y tienen entendido, que no pensamos biuir tan largo, y ansí se conçeden de vn sermon á otro: en algunos monesterios de frailes se an predicado algunos. De la frequençia y fructo de las confessiones en restituçiones y enmienda grande en grandes peccados no escriuo más de lo que por otras se tiene entendido, sino que pareçe que nuestro Señor nos trae los desahuziados y envejezidos en peccados, y nos muestra al ojo lo que con su diuina mano obra para nuestra confussion y humiliacion.

En el mes de Octubre pasado de çinquenta y çinco años, visitamos el P. Baptista [1] y yo á los nuestros que están en Sanlucar, puerto de mar; y como vna flota de más de çinquenta nauios estaua entonçes de partida, vbo bien que hazer con los sermones que en la yglesia y playa se les predicaua, y las confessiones que venían, visitando ya á la partida algunas naos de los soldados, confessando á muchos que se yvan por confessar, como el P. Juan Paulo [2], que allí reside, avrá ya dado notiçia á V. P.

Desde allí fuemos á Xerez, donde no vbo ménos moçion en algunos sermones que se predicaron; y juntándose los prinçipales del cabildo de la çibdad, les pareçió que el mejor medio para çesar sus bandos, que los ay muchos, y remediar otros peccados que ay, era residir allí la Compañía, y ansí lo an procurado y procuran con instançia, como se dará noticia á V. P. quando llegue el effecto. Los que allí residen con el M.tro Gaspar Lopez [3] en el collegio [4], se animaron y consolaron mucho,

---

[1] P. Joannes Baptista Sanchez. Vide infra, pag. 93, annot. 2.

[2] P. Joannes Paulus, olim Alvarez.

[3] Hujus jam saepius facta est mentio in Polanci *Chronico*.

[4] Nondum erat hoc tempore in civitate Astensi (*Jerez de la frontera*) Collegium Societatis institutum; sed Gundisalvus hic *Collegium* appellat domum Gasparis Lopez, qui Societati se suaque dare jam a multo tempore statuerat et quosdam adolescentes domi suae in litteris et theologia exercebat.

y an venido dellos y vendrán casi todos, pocos á pocos, á hazer exercicios, y con liçençia que se les procuró del Sr. Prouisor [1], an començado á confessar y á predicar los que para ello tenían talento. En el ospital, donde estáuamos, con el confessar y ayudar á morir los pobres y enterrarlos, que auía falta dello, se siruió nuestro Señor.

No ménos pienso se siruió en Utrera y Carmona, lugares de quatro y seis mill vezinos, donde diversas vezes auían pedido socorro. Auía mucho concurso en los sermones, perdonáronse algunas injurias, remediáronse neçessidades de pobres, hasta embiar muchos de dos camisas la vna á los pobres del hospital, quemando libros prophanos y mucho número de naypes; tanto que auía hombre que traya veinte varajas. Entendiendo y empleándonos en lo que arriba se ha dicho, pidieron con instançia casa en ambos lugares, dando aparejo para algunos. Tambien, despues del segundo día de pasqua, que se predicó y cumplió con las confessiones en esta çibdad, se fueron á visitar los lugares comarcanos tres y quatro de nosotros, para los quales no fué pequeño consuelo, y para los de acá no poca edificaçion, pareçiéndoles que el fin de la Compañía era más que residir en las çibdades y lugares grandes.

De sola vna necessidad entre otras diré, que nuestro Señor fué seruido de remediar en estas peregrinaçiones, y fué de vna alma, que auia seis ó ocho años que estaua en grauíssimos peccados, y tanto más incurables y podridos, quanto léxos y encubiertos de aquellos, con quien trataua en su conçiençia y auian de ser medio para remediallo: y algunas vezes devia tener dubda el confessor si auia que asolver. Querría no se me olvidase lo que el Señor de aquí sacó, así para no fiar indiscretamente de las personas con quien se trata, como para mucho confiar de la gran bondad y misericordia diuina, que con tanto cuidado y por tantos rodeos remedia lo que el demonio destruye, desata y corta los lazos que él vrde: y tenia en este negoçio tantos tramados que, á podello él hazer público como hera secreto, él sacara otra invençion de las que suele sacar en esta tierra, desdorando con ellas, quanto es de su parte, la gloria de Dios, honra y crédito que á los que á nuestro Señor siruen

[1] Hispalensis, scilicet, Vicarius Generalis, de quo supra.

quiere que se dé. Confessóse pleníssimamente, señalándole çierta penitençia, en la qual se exerçitasse hasta tener más satisfaçion que fuesen más verdaderos los propósitos presentes que los pasados: perseveró en ella, y entendí que se le pasauan muchas de las noches en vela, y muy metida en la llaga del costado de nuestro Señor, esperando que de allí le auia de uenir el remedio, exerçitándose en otras cosas que se le ordenaron: despues de dos meses en vn jubileo plenissimo que vino, se acabó la confesion, y remedió el Señor esta neçessidad, y á lo que entiendo será con mucha nouedad de uida. Sea el Señor bendito y glorificado. Amen.

El Señor Prouissor nos ha siempre faborecido en estos exercicios, quitando los contrarios, y dando calor á los vicarios y curas á la guarda de sus constitutiones, el deçir y declarar la doctrina y otras cosas sanctas, que de constitucion deste Arçobispado están hordenadas, exortando á sus clérigos á la edificaçion y buen odor, que deben dar al pueblo en el bien biuir, hablar y tratar el ministerio que les es encargado: y á los de más necessidad suade á que vengan á recojerse algunos dias, aplicándoles á vezes en las sentençias que hagan esto; y cierto se sirue nuestro Señor, procurando en todo dalles de su parte todo el buen exemplo que deue, acostumbrando de ocho á 8 dias juntamente con el Señor Visitador de la çibdad confessarse con los de la Compañía, y çelebrar más á menudo que fiestas y domingos, que es cosa nueua en esta tierra á gente que tiene officio; y no solamente no faltando ellos, enpero aun haziéndolo con nueua diligençia, charidad y piedad, y dando avn más tiempo que se acostumbra, teniendo special cuidado de los pobres de los hospitales, visitándolos y ayudándolos en sus neçessidades y trauajos, los quales siempre procuramos visitar con pláticas y otras exortaçiones segun sus neçessidades, confessando á algunos de los que siruen y rigen los pobres, que no les es poca ayuda para bien y con amor hazer lo que se deue al officio que tienen, embiando otros muchos nobles y no nobles á les ayudar en ello, y servir á semanas y á dias, en todo lo qual vnos con otros se animan, y el Señor es glorificado y los próximos edificados. Sea por todo el Señor bendito, amen, amen.

En exercicios siempre a auido algunos y se aprouechan; y aunque quasi de todos seria su boluntad quedarse en la Com-

pañía, si los recibiesen, sola la determinaçion de vn maestro en theología y bien ábil creo se admitirá; los demas pasan de 15 y 20.

De Seuilla, mártes 21 de Enero 1556 [1].

De V. P. sieruo inútil en Christo,

†
G.º GONÇALEZ.

Superscriptio in quarta pagina: Jhus. Al muy R.do Padre nuestro en Christo nuestro Señor el P. M.º Ignacio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Ihus, en Roma.

Alia manu: 1556. Seuilla. Quadrimestres de 21 de Enero. †.

Vestigium cerae sigilli.

Praecedentium litterarum latina versio, a P. Joanne Xuarez scripta et subscripta [2].

IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Xpi. sit semper in cordibus nostris. Amen.

Habentur semper solitae conciones, cum tanta auditorum motione ac animorum contritione, vt, non valentes continere affectum, saepe in lachrymas prorumpant. A quibusdam, praesertim de morte et iudicio, dimissi redibant domos tota via gementes et flentes, voluentesque animo cogitabundi de vitae reformatione et praeparatione ad mortem. Hinc quaedam, mente compuncta, domum rediens deponit superfluum vestium domusque ornatum, iuxta fundamentum contionis, disponens domui suae, vt cras moritura: quaedam pauperibus sericas vestes distribuendas erogant, quaedam religionem proponunt; hinc (vt in confessionibus audiendis percepimus) tanta in vesti-

---

[1] Haec *De Sevilla..... 1556* altera scripsit manus, videlicet Patris Joannis Xuarez, quae etiam superscriptionem in quarta pagina exaravit.

[2] Autographa duplici folio, nn. 471 et 472.

bus sericis moderatio, vt (quod antehac non solebat) et vilescat sericum, et fere quarta parte vilius vendatur: hinc ad flagella parati, qui antea vel audire exhorrescebant, memores peccato dignas poenas post mortem mihi luendas, ni illas de meipso in hac vita sumpserim; hinc denique est quod eleemosinas erogant, hinc sacramenta frequentant, acclamantes (vt solent) nunc mihi videor fuisse confessus.

His accesserunt (de consensu Patris Provincialis et consilio D.ni Prouisoris) conciones aliquae tempore Aduentus pro gradibus habitae, quas etsi sunt quidam, qui suspectas habuerint, vt est haec ciuitas exulcerata uariis dogmatibus, et aliorum periculis cautior facta, quorum exemplo nobis quoque praesagiunt ruinam; audierunt tamen attente, exceperunt beneuole, securique aliqui ex primatibus auditorum, et erga nostros bene affecti, recesserunt; quidam praecipue cum sententiam tulisset in alios, qui eodem loco conciones habuerant, primo rogatus a sibi familiari amico, vt audiret, respondit: quo mihi illuminationes istae, quasi ignorem quorsum euaserint antiquae illae talis et talis. Nihilominus acquieuit flagitanti, audiuit et credidit, adeo vt vocatis postea ad se nobis, calcaria addiderit ad peragendum incoeptum, adductisque rationibus probare contenderit, quanti referat aliquoties de futuris honoribus et opibus admonere *nobiles* [1], milites et mercatores illos, qui plurimi quotidie ad hos gradus conueniunt, significaueritque plane multo se alium animum erga nostros ex tunc habiturum, quod quidem postea rei comprobauit euentus.

Sunt hic (miserabile dictu) non paucae domus, aliae, quibus merent occultae meretrices, aliae, quibus aleas et chartas exercent lusores; in has saepe concionibus inuehimur, in has promotores et judices ecclesiasticos concitauimus, iamque secularium auxilium inuocare paramus, sperantes fore, auspice Deo, quo ciuitas his sordibus expurgetur, nam purgari iam coepit, cum amatoria carmina, lasciuae tragoediae et poëtica de hac re figmenta, simul cum chartarum pictarum multitudine, igni consumpta sint.

Apud carcerem habenda doctrina frenantur aliquantulum a jurgiis et juramentis: frequenti orationum et letaniarum recita-

[1] *nobiles* addidit Polancus.

tioni vacantes, cessant a prauis occupationibus; inter aliquos sunt lites compositae; alii (soluto aere alieno) dimissi sunt; nam cum in concionibus de hoc ageretur, properabant ad carcerem aliqui, hic vnius, hic duorum, hic quatuor, illae sex, alii denique aliorum debita exoluentes, vinctos e domo carceris educebant.

Praetereuntes iudicum tribunalia, cum admonerent nostri (vt solent) litigantes de non assumendo frustra nomine Domini, iubet praetor ne vllus id faceret sub poena trium dipondiorum. In horreis similiter (vbi est magna ementium vendentiumque frequentia), habita a quodam ex nostris exhortatione, indixere praepositi, clamante praecone, ne quis assumat nomen Dei frustra sub poena duorum dipondiorum: ita fit, vt iurantes et iurasse doleant et persoluere gaudeant. Fuerunt hae admonitiones abhinc tribus mensibus continuae in ecclesiis, domibus et *viis publicis* [1], ad primates, ad vulgus, ad nobiles, ad ignobiles, seruato cuiusque personae decoro, placuerunt vt plurimum, profueruntque adeo vt iurans, nullo monente, si modo praetereuntem videret aliquem ex nostris, quasi lictorem diuinum praeueniens, solitam orationis dominicae vel angelicae salutationis, nunc stans, nunc flexis genibus et aperto capite, poenitentiam ageret. Cumque publice id fieret, saepe usuvenit plures vnius periculo reddi cautiores, et poenitentem similibus iuuare orationibus. Vt de iureiurando, similiter de aliis peccatis publicis addiderim fieri; peccantes enim, praesente aliquo ex nostris, erubescunt, semetipsos increpant et puniunt: imo, ad maiorem Dei gloriam, etiam absentibus nostris, secreto domi suae peccantes se invicem admonent, corripiunt et mulctant: quod denique est animis nostris maximum solatium, in ecclesiis etiam ministros, cum primum aduerterint aliquem ex Societate adesse, vestes decenter coaptare, vultum componere, denique in ordinem modestum seipsos redigere videas.

Praedicatores nostri, cum festis diebus ad ecclesias concionaturi se conferunt, ducunt a *viis publicis* [2] et plateis ociosos ad diuina, nunc silentes, nunc alta voce orantes, non sine magna auditorum spectantium admiratione et aedificatione, alios

---

[1] *viis publicis* scripsit Polancus ubi scripserat Xuarez *callibus*.
[2] Hic etiam *callibus* scripserat Xuarez.

a ganeis in quibus luxuriantur, alios a tabernis, omissa tunc illicita venditione, educentes.

Eos, qui extrema supplicia pendunt et qui ipsos comitantur, ad poenitentiam et nouissimorum memoriam exhortari de more est. Tam crebra et tam praematura est concionum efflagitatio, vt oportuerit significare non esse nobis tantae vitae conceptam spem, quo liberum esset nobis proximas tantum concedere, ex quibus aliquae in monasteriis monachorum et monialium habitae sunt.

De confessionum frequentia et fructu in restitutionibus et vitae reformatione illud solum dixerim, quod cum in peccatis inueteratos ac fere desperatae salutis animos ad nos trahat Dominus, in his mutationes dexterae suae ad confusionem et humiliationem nostram nobis ostendit.

Praecedenti mense Octobris anni 1555, *inuisimus* [1] P. Magr. Baptista et ego [2] fratres nostros, qui sunt in oppido Santlucar; cumque per id temporis esset classis istinc ad indos nauigatura, fuimus satis occupati concionibus ad nauigaturos, tam in litore quam in ecclesia habendis, et confessionibus, quae sese offerebant, audiendis; denique, cum iam milites naues ascendissent, plurium ipsorum confessiones audiuimus, qui plane videbantur absque confessione vela daturi. Illhinc venimus oppidum Xerez, a quo tam deuote excepta est verbi diuini praedicatio, vt, conuenientibus primatibus populi et de hoc consulentibus, visum fuerit, ad sedandas (quae sunt inter ipsos antiquae) factiones et extirpanda alia peccata, vltimum fore remedium, si qui ex Societate in ipsa ciuitate resederint, quod tunc coeperunt, et nunc flagitare perseuerant; de hoc, dante Domino, certior fies si, eodem fauente, ad effectum *res* [3] peruenerit.

Scholastici quidam, qui ibidem sub disciplina Magistri Gasparis Lopez theologiae incumbunt, non mediocriter sunt animati ad virtutem. Venerunt nonnulli statim ex ipsis in spiritualibus exercitandi, venturi omnes paulatim si Dominus dederit;

---

[1] *visitauimus* scriptum erat a Xuarez.

[2] Qui tandem ii fuere, qui nostros apud *Sanlucar* degentes inuiserunt? P. enim Gundisalvus Gonzalez, supra, pag. 87, ait: "el P. Baptista y yo„; nunc autem dicit P. Xuarez: "P. Magr. Baptista et ego.„—Polancus in *Chronico*, t. v, n. 1348, nodum scindens scribit: "Patres Gonzalez et Suarez. „

[3] *res* additum a Polanco.

alii vero, qui ad id sufficientes visi sunt, accepta a Superiore facultate, praedicare et confessiones audire coeperunt. In hospitali, quo sumus excepti, audiendo infirmorum pauperum confessiones, confortando agonizantes et sepeliendo mortuos (quantum id opus erat) credo praestitum fuisse Domino aliqu*i*d *grati* obsequi*i* [1].

Nihilo minora istis referre possem, acta in oppidis Carmona et Vtrera, quo cum desiderati nostri et saepe requisiti venissent, a magno concursu et cum uberi fructu auditi sunt: postea videres condonantes inuicem illatas injurias, erogantes pauperibus vel alteram tunicam, comburentes chartas et inhonestas et pictas; quibus conspectis vterque populus peturt instanter aliquos ex nostris, offerentes vitae necessaria. Denique secunda die paschatis, peractis hic confessionibus et praedicationibus, profecti sunt quatuor ex nostris *ad* [2] finitima loca, quod et oppidanis fuit magno solatio, et hispalensibus nostris maximae aedificationi, vtpote qui sibi persuaserunt finem Societatis non solum esse residere in civitatibus magnis.

Illam tantum ex multis miseriis, quibus Dominus misericorditer opem ferre dignatus est inter peregrinandum, referam. Computruerat quaedam in grauissimis peccatis, quibus totos octo annos erat irretita et vulnerata, cuius morbus eo erat incurabilior, quo medicis spiritualibus occultior. Vtinam nunquam mihi excidant animo, quae ex hoc collegi, quam caute sit poenitentibus fides habenda, quam indubie sit diuinae miseridiae fidendum, quae sic reparat quae serpens dextruxit, sic vincula soluit quae ille tetendit. Tetenderat autem in hac re tot taliaque retia, vt si publicare potuisset quae fecerat occulta, exhibuisset videntibus mirabile spectaculum, qualia exhibere in his partibus consueuit ad deterendum quod in ipso esset diuinum honorem, et opinionem his debitam, qui virtutum studiis et sacramentorum frequentiae insudant. Sed, Deo melius prouidente, reserauit plenissime omnia peccata praestititque verae poenitentiae signa. Iniunctas enim sibi (quo propositi firmitas probaretur) tam spirituales quam corporales exercitationes accepit humiliter, expleuit perseueranter per duos menses,

[1] *aliquid grati obsequii* scripsit Polancus ubi *aliquod obsequium* litterarum auctor scripserat.
[2] *ad* pro *visitare* substituit Polancus.

totas fere noctes in oratione peruigilans, sacro vulneri dominici lateris inclusa, illhinc vltimum sperans remedium: dum hoc modo se praeparat, ecce aduenit plenissimus iubilaeus, perficit confessionem, accipit absolutionem, quam spero fore ad maximam vitae reformationem et veram proximorum aedificationem.

Dominus Prouisor, locum Archiepiscopi tenens, in his omnibus auxilium nobis praestitit, contradicentes compescendo, animando vicarios et ecclesiarum rectores ad seruandas synodales archiepiscopatus constitutiones in explicanda doctrina christiana aliisque rebus, quas sanctis statutis habent obseruandas; exhortando sacerdotes, vt sic ministerium suum exerceant, ea loquantur et operentur coram hominibus, vt videntes glorificent Patrem, qui in coelis est; si qui vero auxilii egentiores videntur, hos ad aliqua spiritualia exercitia exhortando, et cum opus est sententia praecipiendo, quod quidem non fuit sine magno fructu; suasit enim haec ipse non solum verbo sed etiam exemplo: consueuit namque simul ipse cum visitatore huius ciuitatis octauo quoque die confiteri Patribus Societatis, celebrare autem frequentius quam dominicis et festis diebus, quod est satis nouum munera publica gerentibus; neque his tamen idcirco in vllo deficientes, sed ipsa potius pia ac diligenti feruentique charitate exequentes, et in ipsis plus temporis solito impendentes. Infirmorum denique pauperum solicitam curam gerit, visitando hospitalia in quibus iacent, subueniendo necessitatibus et subleuando labores illorum. Quos etiam nostri saepe, quoad possunt, iuuare conantur, partim exhortando, partim confessionibus, dirigendo ministros, quod multum conducit vt patienter et pie suo quique fungantur munere: partim mittendis aliis multis nobilibus et plebeiis, qui iuuent ministros singulis vicissim hebdomadibus aut diebus: in his omnibus se mutuo ad meliora accendunt: haec cedunt in proximorum aedificationem et in Domini nostri gloriam. Sit illi sane immensa in saeculorum saecula. Amen.

Datum Hispali, 12 calendas Februarii anno 1556.

V.ae P.tis seruus inutilis in Christo,

†
Joannes Xuarez.

Superscriptio in quarta pagina: † Jhus. Admodum R.do in Christo Patri Magistro Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Ihu. Romae.

Alia manu: 1556. Hispali. Quadrimestres 21 Januarii. Emend.

Et alia in tertia pagina: Fiandra, Ferrara, Perugia, Bologna, Ingolstadio, Napoli, Parigi [1].

Vestigium cerae sigilli.

CDLXXIII

P. Joannes de Salvatierra,
Ex commissione P. Joannis Pauli, olim Alvarez,
Patri Ignatio de Loyola.
Sanlucar de Barrameda, 31 Januarii 1556 [2].

†
IHS

Admodum R.de in Xpo. Pater.

Pax Xpi., etc.

Inter ea, quae tuae Paternitati se mihi offerunt scribenda, imprimis illud est, quod cum hispanorum classis, quae ad indos erat nauigatura, in portu hoc ventorum prosperitatem praestolaretur, Patres nostrae Societatis, illorum salutem spiritualem desiderantes, saepenumero eos adhortabantur ad contritionem et peccatorum integram confessionem, non solum priuatis colloquiis et concionibus in ecclesia, verum etiam in ipso maris litore, et in ipsis nauibus, verbum Dei proclamantes, cum magna audientium compunctione ac lacrimis, plurimorum confessionem audientes, fructum copiosum Domino nostro collegerunt.

---

[1] Vide supra, pag. 56, annot. 1.

[2] Autographae duplici folio, primo n. 508, altero non numerato.

Solet etiam frequenter P. Joannes Paulus concionem ad populum habere in ecclesia maiori, vbi et a vicario et clericis efflagitatur, et a ciuibus libenter auditur. Cum autem videretur quamplurimos esse, qui tam in negotiis gerendis, quam in oneribus portandis, in ipso maris litore occupati, raro eclesiasticas conciones adirent, vtile visum est vt ibidem verbum Dei illis proponeretur; et ita, Deo fauente, aliqui moti sunt vt, pristina peccata derelinquentes, deinceps Deo seruire proponerent, ipsius misericordiam confitentes, cuius verba non solum in ecclesiis, sed etiam in viis publicis, ex ore Patrum audirent, veluti repente a somno negotiorum ab eis excitati: vbi cum, inter concionandum, aliquoties exhortaretur omnes vt rosarium Dominae nostrae quotidie recitarent, et multi id exequerentur, fuit homo quidam inter eos qui, sponte discurrens, in noctibus alta voce clamabat, vt omnes rosarii Matris Dei memores essent; et congregans multos eidem deuotioni affectos, confraternitatem apud ecclesiam nostram instituere conabatur atque petebat.

Frequentantur etiam solita exercitia in infirmorum visitatione, ad quorum consolationem et confessionem vocamur: domi autem in confessionum audientia et sanctae eucharistiae ministratione. Valida autem fame et egestate his diebus populum hunc opprimente, necessarium fuit temporalibus etiam eleemosynis pusillorum indigentiae prouidere, non solum exhortationibus publicis, sed etiam priuatis colloquiis ad illustrissimos Duces et Comites istos, quorum deuotio et affectio erga Societatem nostram facile ostenditur, eo quod et frequenter a nostris visitari, et verbis Xpi. exhortari familiariter desiderant, et consolantur atque instanter postulant, et si in tribulatione sint, ad nostros confugiunt. Vnde cum in primogeniti filii Comitis de Niebla [1], breuissima valetudine, atque velocissima et inopinata morte, abundantiore tristitia veluti absorberentur, nullum alium quam Patrem Joannem Paulum habuerunt, qui tam familiariter eos consolaretur, tam in assistendo ipsi morituro et eius animam Deo commendando, quam in viuorum moestitiam subleuando: et cum in coenobio fratrum dominicorum defunctus sepeliretur, et exequiae ab vniuerso populo celebrarentur, habuit

---

[1] Joannes Clarós de Guzman, filius Ducis de Medina Sidonia et Comitis de Niebla.

praedictus Pater de morte concionem cum audientium deuotione et lacrimis, magnam in Xpo. consolationem promittens illis si, diuinae voluntati humilem conformitatem ostendentes, statim sua peccata sacerdoti confitentes, ad Saluatoris limpidissimos fontes, id est, sacramenta confugerent. Videntes autem omnes ipsam viduam Comitissam [1] statim confitentem et sacratissimam eucharistiam communicantem, glorificauerunt Deum, cui sit sempiterna laus in omnibus et per omnia in aeternum, amen, in quo omnes nos Paternitatis tuae sacrificiis et orationibus, et aliorum patrum ac fratrum nostrae Societatis, humiliter commendamus.

Datum Sanlucar, pridie chalendas Februarii, anno vero 1556.

In hac domo sumus quatuor: P. Joannes Paulus, P. Joannes de Saluatierra, Fr. Joannes Gutierrez, Fr. Gonsalus de Valençuela.

Ex commissione P. M. Joannis Pauli,

Seruus indignus et inutilis tuae P.tis in Xpo.,

† JOANNES DE SALUATIERRA. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre en Ihu. Xpo. nuestro Señor, el Padre Maestro Ignatio, prepósito general de la Compañía de Ihs, en Roma.

Alia manu: 1556. Sanlucar. Quadrimestres vltimi Januarii.

---

[1] Eleonora de Sotomayor. BURGOS, *Blason de España,* t. IV, pag. 100.

CDLXXIV

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Septimancis, 28 Januarii 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre mio en Christo.

La gracia y paz de nuestro Señor sea siempre en nuestro continuo fauor y ayuda. Amen.

Ya el mes pasado, por la obligacion que tenemos de auisar á V. P. de lo que acá pasa, screbí lo que entónces se offrecía [2]. Lo que aora tengo que screbir es que, bendicto Dios, todos los Padres y hermanos desta casa están buenos. Trabajan muy de veras (cerrados libros de philosophía y theología, y puestos aparte *ad tempus*) en el aprouechamiento de las virtudes. Dales Dios á entender que es esta la verdadera theología, aprender de morir al mundo y á sí mesmos, y viuir á Christo, sin la qual la otra no vale nada, ántes podría ser occasion de más mal. Y así aprenden de saber tener cada cosa por lo que es y en su valor: la obediencia y humildad por principal, y el otro por accesorio. Y de ay les viene ponerse en una sancta libertad de star tan aparejados para studiar como para no studiar, pues veen que solas las virtudes bastan para yr al cielo sin letras, porque por tenerlas no por eso somos buenos, y no por el contrario. Y así por la bondad de Dios habemos visto que un

---

1 Archetypae duplici folio, primo n. 417, altero non numerato.—In iis tantum postrema verba *De V. P..... Domenech* et superscriptio sunt manu ipsius Patris Domenech.—Non sunt quadrimestres sed menstruae; locum tamen quadrimestrium, quae desiderantur, implebunt.

2 Litterae sub finem Decembris scriptae, quarum hic fit sermo, periisse videntur.

hermano le inuiaron de un collegio á esta casa de probacion. Quando se partió procuraba por vias indirectas que los Superiores lo boluiesen luego á sus studios por mucha affection que tenia á ellos, y despues de haber estado dos ó tres meses en esta casa, puedo yo dezir, porque lo sé, que estaba más aparejado para que le inuiasen á las Indias, ó que fuese cozinero toda su vida, que no para boluer á estudiar; y así la diligencia que ántes ponía en que le diesen studios, la ponía despues en que no se los diessen, bien que con todo eso entendía que, quando se lo mandasen, lo había de hazer de buena gana.

La experiencia nos enseña que es muy grande cosa *ad tempus* poner libros aparte, y entender solamente en mortificarse, y vencer á sí mesmo en todas las siniestras inclinaciones. De lo qual acá, bendicto Dios, se tracta mucho con toda abnegacion y resignacion y prontitud en la obediencia; en la qual les da Dios á entender que está todo en dexarse á sí mesmos y su propria voluntad, y ser de otro á toda disposicion del Superior; y así procuran de exercitarse en eso con grande prontitud, de lo qual por la bondad de Dios yo los puedo alauar. Diré solamente algunos casos de los quales se podrá conoscer que ay algo desto.

Este inuierno, por estar el camino del pie de la cuesta cerca de nuestra casa muy malo, que quasi todas las carretas ó caualgaduras, que pasaban por allí, atollaban, y viendo nosotros esto de los corredores de nuestra casa, con deseo de ayudar en algo á nuestros próximos, baxábamos allá muchas vezes con açadas todos los de casa á echar lodo en el rio, y algunas veces a acaescido, por estar algunas azémilas caydas en el rio, correr allá algunos de nosotros, que de los corredores los veyamos, y calçados y como se estaban meterse en el rio hasta la rodilla por ayudar á sacar las acémilas, de lo qual se edificaban mucho los de la villa, que esto veyan, y así acaesció una vez que, stando nosotros cabando y echando lodo en el rio, dixo un hermano á otro que no ahondase más, que aquello ya era suelo, y el otro dezía que no: y estando ellos en esta contienda, dixe yo que sí, que era suelo; respondió luego el que dezía que no: digo que es suelo, y si V. R. dice que es cielo, digo que es cielo.

Acaesció poco despues con el mesmo hermano que, estando

allí tractando si dentro del rio si estaba firme el suelo, ó si habria lodo, dezía él que no había lodo; díxele yo burlándome que lo viese: no lo ube dicho, quando se ubo metido dentro del rio calçado y como se estava: y si no que le hize salir, allí lo andaba probando todo, si habia lodo ó no. Acaescióme tambien un dia con un hermano de casa, que en el mundo era sastre, y acá en casa tiene el mesmo officio de remendar las ropas de los hermanos, que le occupamos en no se qué cosa, que era fuera de su officio, la qual la acabó así como el sol se ponía. Vínome luego á dezir si yría á coser; díxele que se fuese á los corredores á pasear, queriendo dezir que ya por aquella noche no cosiese, porque solemos nosotros en aquella hora salir á los corredores á recreacion. Y el hermano tomólo tan de veras, que anocheció, y todos se recogieron á sus cámaras, y despues tocaron á meditacion y todos estubimos allá una hora: despues llamaron á cenar y él siempre se stubo paseando en los corredores, hasta que los refitoleros, viendo que no había stado á la primera mesa, ni venía á la segunda, ni le hallaban en su cámara, ni por casa, porque estaban bien descuidados que en aquella hora, haziendo buen frio, él estubiese al sereno: y así me lo vinieron á dezir que no le hallaban; y acordándome que le había dicho, ántes que anocheciesse, que se fuese á pasear á los corredores, dixe que fuesen á ver si le hallaran allá, y halláronle paseándose en los corredores quitado el bonete; y pregúntole que por qué había stado allí tanto tiempo: dixo que yo se lo había mandado. Pregúntole que qué habia hecho en tanto: dixo que siempre se había paseado rezando; y que quando tocaron á meditacion, que tubo su meditacion paseándose. Este tiene muy edificados á todos los hermanos. Dixo que ya tenia offrecida toda la noche á nuestro Señor destar allí de buena gana. Es muy simple: á los hermanos les parece que lleua el camino de S. Pablo el simple. Es pobríssimo: la más ruyn cama y más pobres vestidos son los suyos, y con esto tiene una grande alegría con toda modestia. En tanto que si por casa vey alguno que á él le parece que no está alegre, teniendo licencia de hablarle, con una simplicidad de mochacho le va á preguntar: “qué tiene, hermano? por qué no está alegre?„ Dice él que cierto no tenemos ninguna razon de estar tristes, porque dice que aun del mesmo llorar los pecados abríamos de estar ale-

gres, y de la muerte más que de todo, y otras cosas: que cierto nos espanta lo que Dios le da á entender con toda su simplicidad.

Acaescióme tambien una cosa con otro hermano, y fué que estando todos subiendo agua del rio por la cuesta arriba á trechos, porque habemos hallado esta grangería, que, partiéndonos entre todos la cuesta á pedaços, sin ningun cansancio, ántes cierto con recreacion de todos los hermanos, en ménos de una hora llenamos dos tinajas grandes, subiendo los cántaros llenos, y bajando vacíos de mano en mano. Y así habiendo ya una vez llenado dos tinajas (que es lo que de una vez solemos hazer), dixe yo que ninguno se mudase de su lugar, queriendo que no quedase ningun cántaro, que le hubiese de subir un hermano solo, porque más cansa eso, que no ayudar á subir veynte. Un hermano no sé si oyó esto, sino viendo que ya no habian de bajar más vacíos, fuese de su lugar, aunque con buena intencion, que era de subir agua de media cuesta para el seruicio de casa: llaméle y díxele que haberse mouido presuponia que uno solo ubiese de subir un cántaro, y que para que él otra vez no se mouiese de su lugar sin licencia, que tomase un cántaro, que quedaba lleno, y que lo subiese arriba hasta encima los tejados de casa, entendiendo que lo subiesse del todo hasta arriba sin que ninguno le ayudase: y así él tomólo tan literalmente, que aunque con harto trabajo le subió hasta el más alto tejado de casa. Y despues yo, viéndole bajar cansado, díxele que entrase al refitorio á merendar, que despues subiria á regar y varrer los tejados: y esto dixe reyéndome de lo que habia hecho, no nada con intencion de dezirle que lo hiziesse, y así á cabo de un rato, estando yo muy descuidado, me vinieron á dezir que aquel hermano andaba regando y varriendo los tejados de casa.

Muchas otras cosas podría screbir cerca desta prontitud y simplicidad en la obediencia, y de otras virtudes, en que por la bondad de Dios estos Padres y hermanos desta casa se exercitan. De todo sea gloria á su diuina Magestad que da para ello la gracia.

Nuestro P. Francisco [1], por importunacion del pueblo y del

---

[1] P. Franciscus de Borja.

Patribus fratribusque nostris haec una cura animo insidet, ut possint, quoad eorum fieri potest, orationibus, confessionibus, spiritalibusque colloquiis, saluti omnium consulere; nec operam suam perdunt, *immo Deus Opt. Max. eorum precibus adesse dignatur,* quod uel frequens ad nos hominum concursus confirmat, qui in dies singulos collegii nostri limina magis atque magis terunt, octauo quoque die, uel frequentius, *crimina Patribus nostris detecturi* [2], *et* sacram Eucharistiam suscepturi, quorum uitae mutationem plerique admirati, eamdem quoque ingrediuntur uiam, eumdemque uiuendi ritum amplexantur, inter quos sunt etiam ciues *et* [3] reipublicae lumina, qui-

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 117 et 120. Quae a Polanco sunt deleta vel immutata, *italicis* characteribus in textu indicabimus; emendationes vero Polanci in annotationibus subjiciemus.

[2] *post confessionem.* POLANCUS.

[3] *primarii et huius.* ID.

bus hic uiuendi modus maxime probatur opereque confirmant, ex quo non parum emolumenti ad reliqua reipublicae membra peruenturum arbitramur. Caetera huius generis praetereo; nec commemorare aggredior numerum eorum, qui Patribus nostris confitentur; cum enim in dies crescat, Dei beneficio, certus numerus assignari non potest. Hoc tamen confirmare possum, in Natali die Domini ducentos homines, pluresque in Beatae Virginis Purificatione in ecclesia, in qua nostri Patres celebrant, sacramentum [1] sumpsisse.

R. Pater Dr. Loarte [2] interpretatur Evangelium Diui Matthaei in templo *maiori* [3] huius urbis, tempore pomeridiano, maximo cum applausu, vixque dici potest quantos in italica lingua fecerit progressus ex eo tempore, quo hic apud nos commoratur, adeo ut liceat nobis *augurari* [4] breui posse publice concionari, quamquam id etiam nunc efficiat: nam ita legit, ut lectio nomine tantum a concione differre uideatur; in ea siquidem uitia acriter insectatur, in foeneratores, qui plurimi hic sunt, uehementer inuehitur, ad morum denique probitatem *omnia* [5] dirigit.

Idem hactenus *legit* [6] doctrinam christianam, in collegio nostro, scholasticis, diebus veneris: modo tamen, nonnullorum ciuium rogatu, incoepit eamdem interpretari in aede Diuae Mariae, quae haud procul a collegio nostro distat, ut sic non solum scholasticorum, uerum etiam omnium, qui interesse uoluerint, saluti consulatur.

P. Joannes [7] octauo quoque die concionatur in xenodochio quodam, in quo etiam a nostris fratribus frequentes fiunt cohortationes, qui diebus dominicis, dum uacant, illuc se conferunt, consolaturi pauperes illos, qui maxima afficiuntur laetitia, dum tempus aegritudinisque dolorem, nostrorum fratrum spiritalibus colloquiis fallunt.

---

1 *eucharistiae* sacramentum. Polancus.
2 P. Gaspar Loarte.
3 in *summo* templo. Polancus.
4 *coniicere*. Id.
5 *omnes*. Id.
6 *explicauit*. Id.
7 Fuere hoc anno Genuae P. Joannes Baptista Viola et P. Joannes Catalanus, qui etiam Castellanus dicebatur. Sermo autem hic esse videtur de illo; hic enim litteras domi docebat; ille Collegii superintendens erat et consuetis Societatis ministeriis operam dabat.

Aliquando etiam itur in triremes, ut ubique possint uerbum Dei disseminare et christianorum cordibus infigere. *Vbi enim amor emergit diuinus, ibi desiderium humanae salutis ferri non potest, sed per omnes diffunditur.* Omitto plurimos, qui uerbo Domini inescati, ita constanter hamum tenuere, ut suorum scelerum conscii, ad Patres nostros accesserint, quorum auxilio, diuina praestante gratia, ab impudicis perditisque moribus abducti, iter salutis ingressi, sedulo, maxima cum perseuerantia prosequuntur. Sex uel septem iuuenes sunt bonae indolis, qui iam diuturno atque ardentissimo tenentur desiderio deuouendi se Deo in hac nostra Societate, quibus aditus ad nos ita facilis non praebetur, ut melius eorum appareat constantia. Vnus modo admittetur, qui prae caeteris desiderio ardet; reliquis uero protrahetur tempus usque ad pascha Resurrectionis Domini. Interim tu, R.de Pater, Deum ora [1] constanti fortique animo sint, ut ad te possimus quasdam quasi primitias collegii nostri mittere.

Cogitanti mihi quonam pacto possim amorem, quo nos ciues hi prosequuntur, ostendere, nihil commodius uisum est quam si diligentiae sollicitudinisque fieres certior, quam cum in nostris rebus, tum uero maxime adhibuere in quaerenda domo, in quam Patres [2] nostri, qui Hispaniam uersus nauigauere, diuertere possent (Collegium siquidem nostrum eos haud capere poterat): uideres namque, mi Pater, eos ita nostrarum rerum sollicitos, ut suis rebus *implicari non possent, ne nostris deesse* [3] uiderentur: nec destitere donec inuenirent pulcherrimam quamdam domum, in quam attulere etiam lectos reliquamque supellectilem, qua Patres indigere poterant. Ita denique omnia constituere, ut domus Patres, non ipsi domum expectarent: commorati sunt hic per duos fere menses: deinde profecti, flante secundo uento (ut accepimus), quatuor dierum spatio in Hispaniam peruenere, atque ita Deus optimus maximus moram conscendendi nauim celeri nauigatione compensauit: sed de his hactenus. Nunc, R. Pater, accipe, quae ad literarum studium, scholasque nostras attinent.

Duabus potissimum rebus (ut opinor) soles delectari, spiri-

---

[1] ora *vt*. POLANCUS.
[2] Patres *ac fratres*. ID.
[3] *deesse, ne* nostris *deessent*. ID.

tali nimirum discipulorum profectu, et literarum maximo progressu; quae omnia, Dei beneficio, in nostris minime desiderantur; ita enim splendent ac elucescunt, ut confirmare non possim, utra in re maiores faciant progressus: cum enim mentis oculos ad bonos eorum mores uitaeque integritatem conuerto, uideo illos a uita illa, quam, priusquam ad nos uenirent, agebant, abhorrere, ut eam exuisse nouamque sumpsisse uideantur. Neque hoc solum nobis, sed et parentibus quoque idem uidetur, qui, cum in filiorum mentionem incidunt, gloriantur quod liberos suos in bonam receptos frugem uideant, quod miraculum a quibusdam appellatur.

Quod si literarum incrementum scire exoptas, hoc habeto. In studiorum renouatione defensae sunt a quodam scholasticorum nostrorum in aede Diui Laurentii, in qua P. Doctor Loarte (ut iam dixi) legit, quaedam *grammaticae* [1] theses, quae triduo ante disputationem affixae fuerunt in aedibus sacris aliisque in locis huius urbis, ad quos frequens hominum coetus conuenire solet, ita ut liber cuilibet pateret aditus eas impugnandi. Cumque iam dies designatus aduenisset, fuit maximus hominum concursus propter rei nouitatem (nihil enim simile, ut a plurimis accepimus, Genuae uisum fuerat): interfuit Episcopus [2], necnon uniuersus Senatus cum Ill.mo Duce [3], qui maxima cum attentione audiuere praefationem quamdam habitam a primae classis praeceptore ante ipsos literarum conflictus; alteram deinde eiusdem defensoris: *porro* argumenta, *quae* profligata fuerunt *a* [4] duodecim ex nostris scholasticis, qui huius rei gratia argumentorum telis instructi uenerant [5]. Vix queo dicere quanta fuerit hominum admiratio, quanta attentio: mirabantur siquidem pueros, qui nondum duodecimum annum attigerant, ita audacter atque perspicue argumenta in medium proferentes, propugnatorem quoque ita constanter eorum conatibus obsistentem, ut cum scopuloso difficilique loco uersaretur, per tres horas (hoc enim tempus consumptum est in disputationibus) ne uerbum quidem extra

---

1 *ex humanioribus litteris.* Polancus.
2 Aegidius Falcetta, Caorlensis vel Caprulensis Episcopus, Genuensis Archiepiscopi Suffraganeus.
3 Augustino Pinello. Vide Polanci *Chronicon,* t. v, pag. 105, annot. 1.
4 *a quo* argumenta profligata fuerunt, *quae.* Polancus.
5 uenerant, *proposuerunt.* Id.

rem proferret: quanto autem gaudio ab uniuersa ciuitate, praesertim a Senatu, excepta haec fuerint, eiusdem rei euentus declarauit; absolutis namque disputationibus, Dux cupidus cognoscendi iuuenem, qui positiones tutatus fuerat, nobisque gratulandi desiderio inflammatus, eum, una cum praeceptore, accersiuit, atque comitate quadam confirmauit gratissimas sibi fuisse disputationes; adolescentem uero ad maiora studia capessenda animauit, promittens se nunquam eius commodis defuturum, si, quo coepisset pede, pergere uellet.

Postridie huius diei, quo haec acta sunt, eodem in loco habita fuit oratio in laudem eloquentiae a quodam ex nostris discipulis, qua perorata, recitata etiam fuere quaedam carmina in laudem urbis Genuae; quae omnia non minori applausu uel frequentia quam caetera, quae superius commemoraui, audita fuere. Nam ut omittam Ducem, una cum Senatu, Episcopumque interfuisse, multi, ad quos hesterni certaminis fama peruenerat, frequentes uenere. Tandem (ut multa breuiter attingam) ita se prospere res habuere, ut per totam urbem fama collegii nostri, quod antea ueluti in tenebris latebat, emanaret. Eo ipso die, quo renouata fuere studia (haec enim omnia quatriduo ante renouationem acta sunt), antequam lectiones praelegerentur, scholastici omnes conuenere in aedem Diuae Mariae, audituri sacrum solemne Spiritus Sancti, quod cantatum fuit a quibusdam sacerdotibus nostrorum Patrum rogatu, quo Spiritus Sanctus nostra studia ad laudem et gloriam omnipotentis Dei dirigere uellet; cumque iam ad medium sacri peruentum esset, offerendique tempus adesset, scholastici omnes cereolos quosdam accensos manibus ferentes singuli, suos praeceptores secuti, qui etiam candelas ferebant, maxima astantium admiratione atque laude cereolos suos obtulere; quibus rebus *foeliciter* peractis, quidam noster discipulus suggestum ascendit habuitque orationem quamdam, quae per horam durauit, coram Episcopo, aliisque quamplurimis ciuibus, quam summis ad coelum laudibus extulere; praesertim Episcopus alta uoce coram uniuersa multitudine aegre ferre se dixit, quod non fuisset frequenti senatu habita: fuit deinde precatio quaedam ad Beatam Virginem carmine decantata.

His iactis fundamentis, eodem ipso die singuli praeceptores auctores nouos interpretari aggressi sunt, praemissa oratiun-

cula quadam, quibus lectionibus multi, qui scholas nostras non frequentabant, interfuere. Auctus fuit ex eo tempore scholasticorum numerus, qui etiam in dies singulos ita crescit, ut non desit praeceptoribus materia, in qua ingenii atque industriae suae uires exercere possint; de quorum quidem diligentia, studio charitateque erga discipulos, non est quod hic multa dicantur, cum praesertim scholasticorum, cum in literis, tum uero maxime in morum integritate, profectus tacitus clamet, meque tacente, curam sollicitudinemque eorum omnibus commendet, qui si torpescerent, non ille, qui in scholasticis apparet, uirtutis literarumque splendor elucesceret. Benedictus sit Dominus, qui illis hanc mentem donat, discipulorumque animos ita tractabiles reddit, ut bonitatis sigillum facile suscipiant. Nihil noui accidit ex hoc tempore, sed omnia in scholis pro more fiebant.

At postridie Natalis Domini habita fuit oratio eodem in loco quo caeterae, a quodam puero de paupertate Domini nostri Jesu Xpi., quam ipse a teneris annis tanquam filiolam est amplexatus suam; fuit ita frequens hominum concursus, ut affirmare non dubitem quatuor millia hominum affuisse; fuitque uniuersa ciuitas tanto erga nos studio accensa, ut die postero, qui fuit Diui Stephani, plures adhuc conuenerint in eumdem locum, ad audiendum eclogam de Natali Domini, quae simul cum carminibus aliis de paupertate exhibita fuit, atque in tanta multitudine ne minimus quidem tumultus fuit excitatus; quinimo ita auide audiebant, ut, peractis rebus omnibus, immoti adhuc permanserint aliquid aliud expectantes: adeo erant stipati, ut Episcopo, interesse cupienti, prae hominum caterua aditus non patuerit. Rem hanc animos ciuium commouisse hoc tibi argumento esse potest, quod tunc temporis multi liberos suos sub nostra disciplina erudiendos tradiderunt, aliorum praeceptorum arguentes ignauiam, a quibus nunquam quid simile actum est. Nec deest qui, habens domi praeceptorem, qui liberos suos erudiat, quotidie ad nos maiorem natu filium mittat. Scholastici omnes ducentesimum adimplent numerum, qui in quinque classes sunt diuisi; pluresque essent, si locum commodiorem haberemus, quem, Deo dante, breui [1] adepturos speramus; in maxi-

---

[1] breui *nos*. Polancus.

mam enim ingressi sumus spem *occupandi*[1] locum illum (de Carignan), ut te iam scire arbitror; quem si assecuti fuerimus, nihil collegio nostro unquam defuturum existimamus.

Haec sunt, Pater admodum obseruande, quae nos offerre tibi possumus: precor ut haec, quae minima esse non me praeterit, benignus accipias, Deumque depreceris, ut in dies in nobis amor crescat diuinus, quo in uinea Domini nostros exerere conatus, *mirificos*[2] colligere fructus possimus. Vale.

Genuae, idibus Februarii, anno Domini 1556.

R. P. T. filius et seruus inutilis,

jussu R. P. Rectoris,

ALPHONSUS HERNANDEZ.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in X.o Padre il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia de Jesu.

Alia manu: 1556. Genua. Quadrimestres 13 Februarii.

Praecedentes Alphonsi Hernandez litterae italico sermone a P. Hieronymo Galvanelli exaratae et subscriptae [3].

†
Jhus.

Gratia et pax X.i etc.

L'ordine et instituto della Compagnia nostra, et il tempo istesso, R.do in X.o Padre, pare richieda che ubedendo al santo uoler della R.a V., et non derogando al pio instituto, in breue scriuiamo ciò che il Signor ha operato per noi, uili instrumenti soi, in questi 4 mesi nella sua vigna. Primamente adunche intenderà come qui per gratia del Signore li Padri et fratelli si

---

[1] *obtinendi.* POLANCUS.
[2] *et vberes.* ID.
[3] Autographae duplici folio, nn. 115 et 116.

sforzano quanto pono et sano con orationi, confessioni et spirituali ragionamenti, giouare al proximo; a i quali certo pare che il Signore fauorisca grandemente, il che si uede nel frutto che riesce dell' anime che uengono ogni giorno al Collegio, et di quelle che ogni otto giorni si confessano et communicano da nostri Padri; percioche assai persone spinte dal buon essempio, et mutatione de vita et costumi loro, hanno mutato anchor essi maniera de uiuere, fra i quali ui sono alcuni cittadini, i quali approuano cotale instituto, et molto li piace, et con effetto lo seguitano, dil che speriamo n' habbi a reuscir grande frutto nelli altri, perche de giorno in giorno cresce il feruore dello Spirito Santo nell' anime loro; et nella chiesa doue confessano et celebrano li nostri Padri si stima si communicaressero nella festa di natale 200 huomini, et altri tanti et più nella festa della Purificatione della Madonna, il che altre uolte non era di costume uedersi.

Il R.do P. D.re Loarte espone l' euangelio di S.to Matteo nel domo di questa città, doppo il uespero, con molta sodisfattione delli audienti, et con suo grandissimo profitto nella lingua italiana, di modo che già assai liberamente commuta la lettione in predica, reprendendo et essortando il populo a leuarsi dall' usure et altri uitii, et retirarsi in sulla strada del ben uiuere. Il medesimo Padre anchor, per le rechieste d' alcuni cittadini, ha transferito la lettione della dottrina christiana, la quale per auanti faceua ogni uenerdì nel Collegio alli scholari, alla chiesa della Madonna delle Gratie, uicina al Collegio, accioche non solo si giouassi alli scholari, ma anchora ad altri che ui si troueranno presente. Il P. Giouanni predica ogni otto giorni in un spedale, doue anchora li fratelli alle uolte uanno a consolar gli infermi che iui sono, con le cui consolationi, et spirituali colloqui essi solleuano le loro graui infirmità, et restano molto contenti et allegri nel Signore.

Parimente anchor si ua alle uolte alle galere; acciò per tutto si spargi la parola del Sig.re in aggiuto de fideli, perche, doue abunda l' amor de Dio, iui non si può trattenere il zelo della salute dell' anime, anzi bisogna si sparga sopra tutti. Unde molti, hauendo gustato del succo della parola del Signor, talmente si sono attaccati all' hamo, et commossi interiormente, che, stimulati dalla consciencia et pentitisi delle proprie scele-

ragine, sono uenuti a confessarsi dalli Padri, con l' aggiuto de i quali (mediante la gratia del Signore) hanno lassato li lor mali costumi et uitii, hora uiuono christianamente et temperatamente.

Qui sono 6 o 7 giouani di buona presenza, et speranza, i quali hanno grandissimo desiderio di dedicarsi al seruitio diuino nella nostra Compagnia, i quali, quantumque importunassino per esser riceuuti, non si sono però admessi, per prouare la lor virtù; hora se ne piglierà uno, il quale auanza gli altri in desiderio, gli altri non si riceueranno insino alla Pasqua della Resurrettione: però tra tanto V. R. P. li raccomanderà al Signor, acciò li dia fortezza per resistere al nemico et costanza per perseuerare nel desiderio, sperando che questi habbino ad esser primitie del nostro Collegio.

In oltra non saprei in qual maniera meglio dechiararli la charità et amoreuolezza, la qual mostrano et in effetto usano questi cittadini uerso di noi et di tutta la Compagnia, se non gli esponessi la solicitudine, diligentia et charità, che hanno usato in ritrouar casa per li Padri et fratelli che uenero da Roma per passar in Spagna, perche non poteuano alloggiar commodamente nel nostro Collegio; però essi, spinti dalla solita charità, lassando da parte le proprie facende, ritrouorno la casa commoda, et li mobili necessarii per fornirla, et tutti li pigliorno dalle proprie case: finalmente ordinorno le cose di tal maniera, che la casa aspettò li Padri per allogiarli, non loro essa, doue furono riceuuti con grandissima accoglienza dalli medemi cittadini; quiui restorno circa doi mesi spettando passaggio, pur si partirno con buon uento; et com' intendessimo alli passati, gionsessero in Hispagnia in 4 giorni; così il Sr. ricompensò la tardanza del passaggio colla prestezza del giongere.

Ma per non fermarmi tanto sopra ciò, passo auanti ad esporli il felice successo delle schole. Due cose principalmente pretende cauar la R. P. V. da queste schole, cioè, che li scholari facciono frutto notabile, sì nelle uirtù, come nelle letere, le quali cose per gratia del Signore non accade ricercarle rigorosamente nelli nostri scholari; imperoche tanto chiaramente appagiono in essi, che dubito in qual di queste due cose facciono maggior profitto; perche mentre uolgo gli occhi della mente mia a considerar i lor buoni et santi costumi, et la vita loro tanto pura, simplice et candida, ueggoli essersi totalmente leuati

dall' antiqui costumi et fugire le male usanze, che seguiuano de prima che fossero resignati dalli loro padri nelle mani nostre, et pigliar un nouo modo di procedere in tutte le loro attioni. Ma non solo a noi par ciò sia, ma li stessi padri ne rendono buon testimonio, gloriandosi di ciò, et benedicendo il Signore, uedendo come li suoi figlioli si siano così redotti a ben uiuere, il che molti reputano per miracolo.

Ma se pur desidera la R. P. V. intendere qualche cosa circa li studii, sappi come nella renouatione di essi uno delli nostri scholari sostentò conclusioni in grammatica, nel domo doue legge il P. Dottor (come detto è), le quali furno attaccate inanzi le chiese et lochi publici della città 3 dì auanti la desputa, acciò uenessero argumentar chi li paresse dir contra. Essendo dunque uenuto il giorno designato per far ciò, ui si trouò molta gente per la nouità della cosa, perche, come ci fu detto da molti, non si era mai ueduto simile cosa in Genoua: vi fu presente il Vescouo, la S.ria, et insieme l' Illustrissimo Duce, i quali con grandissima attentione udirno una prefattione fatta dal M.tro della prima classe inanzi l' abattimento *(sic)* delle dispute, et dopo questa un' altra dal defensore: finito ciò, 12 delli nostri scholari, i quali ueniuano bene instrutti nelli argumenti, cominciorno oppugnar le conclusioni. Unde fu tanto grande l' attentione et marauiglia de gli huomini, che per 3 hore continue restorno senza far strepito alcuno, gli uni marauigliandosi che puti, i quali non haueuano anchor 12 anni, argumentassero con tanta audacia et proponessero gli argumenti con tanta gratia et chiarezza, gli altri si stupiano uedendo il sustentatore come posto in un grandissimo pericolo, nondimeno non dir pur una parola for di proposito, anzi ualorosamente defendersi da tutti. Hor quanto siano state accette queste cose, non solo alla città, ma principalmente al Duce, la felice reuscita bene lo dimostrò, perche esso subito fece chiamare ad se il M.tro et il sustentatore, facendoli molte carezze et proferte, animandolo alli studii, dicendo anchora come le dispute gli erano molto piaciute.

Il giorno seguente, nel medesimo luogho, un altro delli scholari hebbe un' oratione in laude dell' eloquenza, doppo la quale furno recitati certi uersi in laude della città, doue, oltra il Vescouo, il Duce et la Signoria, ui fu presente assai più populo che alle dispute. Finalmente il Signore prosperò ogni cosa di

modo tale, che la fama di nostro Collegio, il quale per auanti non era cognosciuto, hora si è sparsa per la città. Quatro giorni doppo queste dimostrationi, inanzi che se cominciasseno le lettioni ordinate nelle schole, tutti li scholari andorno alla Madonna delle Gratie ad udire una messa dello Spirito Santo, la quale, a richiesta de nostri Padri, fu cantata solemnemente dalli sacerdoti nella chiesa, i quali, essendo gionti nel mezzo della messa, si uolgettero a far l' offerta, et tutti li scholari seguendo ciascuna schola il suo Mastro, offersero al sacerdote una candela accessa per uno, con grandissima edificatione del populo che ui fu presente. Fatto ciò, un' altro de nostri scholari hebbe un' oratione in presentia del Vescouo et molti altri cittadini, che durò un' hora, la quale fu molto accetta et da tutti somamente laudata, ma principalmente dal Vescouo, il quale, in presenza de tutto l' auditorio, disse che molto li doleua che non si fosse hauuta dinanzi il senato: dipoi questa ne fu recitata un altra in uersi alla Madonna con molta deuotione.

Inuocato adunque il Spirito Santo in fauor nostro, ciascun Mastro cominciò nuoue lettioni, hauute prima le breui prefattioni come è di costume, doue si trouorno presenti molti forastieri. Unde da quell' hora cominciorno a crescere li scholari, et ogni dì uengono nuoui, di maniera che li M.tri hanno grande materia d' essercitare l' ingeni, destrezze et arti sue nel insegnare: della diligenza, solicitudine et charità de' quali uerso li scholari non accade a parlare conciò sia che quel effetti, ch' appagiono nelli scholari, ne diano buona testimonianza, i quali certo s' altramente facessero, non si uedria nella giouentù quel frutto di letere et costumi che si uede, dil che sia lodato il Signore, il qual per sua bontà così ordina gl' animi et menti delli M.tri et dispone quelli de' scholari a riceuere facilmente l' impressioni della uirtù et buoni costumi.

Oltra di ciò il giorno di S.to Giouanni, doppo il Natale, si hebbe un' altra oratione nel Domo in laude della pouertà del Signore, la quale esso sempre sino da bambino ha abbraciata come propria figliola, alla quale tanta moltitudine fu presente, che si stima passassero 4.000 huomini, per il che la città ci pigliò grande affettione, per che il giorno seguente, cioè di S.to Stephano, si trouò assai più gente ad udir una ecloga della

Natiuità del S.[r] , con molti altri uersi, che fu rapresentata nel medesimo loco; et tutto questo fu fatto con tanta quiete et attentione che, sendo finito ogni cosa, gl' animi dell' audienti restorno anchor suspensi, spettando anchor altra cosa; et tanta era la folla della gente che il Vescouo in modo alcuno potè intrare per uedere, ne ancho udire: pare che gl' animi di questi cittadini assai si siano commossi per queste cose, perciò che molti hanno menato li suoi figlioli a noi pregandoci ne uolessimo hauer cura come degli altri, riprendendo la poca solicitudine degli altri M.[tri], i quale giammai hanno fatto simile cosa. Vi è anchora uno di questi Signori, il qual, quantunque habbi M.[tro] in casa, non dimeno manda il figliolo maggiore al nostro Collegio. Li scholari passano 200, i quali sono diuisi in cinque classi, et più sarebbeno s' il luogho fosse più commodo; et col fauor diuino speriamo ottenerlo di corto. Imperoche habbiamo speranza che sua Maestà ci darà quel luogho di Carignano (come penso sappia V. R. P.)

Questo è, R. P.[e] , quanto potiamo offerirli, il che preghiamo l' accetti con la solita charità, et ci raccomandi al Signore acciò che l' amor diuino creschi più in noi, acciò potiamo meglio trauagliare nella vigna sua et cauarne grandi frutti. Amen.

13 di Febraio 1556.

Per comissione del P. Rettore,

D. V. R.[da] P. seruo inutile,

Girolamo Galuanelli.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.[do] in X.[o] P.[e] il Padre M. Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia de Jesu.

Alia manu: 1556. Genoua. Quadrimestre delli 13 di Febraio.

CDLXXXI

P. Dr. Joannes de la Plaza
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 20 Februarii 1556 [1].

IHS

Mui R.do Padre nuestro en Christo.

Pax Christi.

Oy se cumplen quatro meses, que há que nuestro Señor tuuo por bien instituir y ordenar esta casa de probaçion, en los quales se ha mostrado tan liberal con los que en ella tiene recogidos, quanto plega á su diuina maiestad aya de nuestra parte agradable reconocimiento de tan grandes benefiçios, para que con esto seamos dispuestos á que conserue lo que hasta aora ha comunicado, y de aquí adelante lo augmente para su maior gloria y seruiçio, de lo qual me da mucha confiança ver los biuos deseos y la diligençia en executarlos, que hasta aora han tenido y tienen los que tan dulcemente han sido preuenidos con los beneficios del Señor. El principal fundamento, y en lo que solamente han tenido puestos los ojos y su principal cuidado, ha sido çerca la perfecta guarda de las constitutiones y reglas de nuestro instituto, lo qual (después de auerlos dispuesto para reçibir la gracia que nuestro Señor ha comunicado) ha hecho mui fácil y ligero el modo de proceder por ellas; de manera que la esperiençia ha mostrado que más suauemente se guardan vnas reglas guardándose todas, que se guardarian las mismas, si en otras ouiesse descuido: y esto ha causado en ellos grande

[1] Autographae duplici folio, primo n. 485, altero non numerato.

alegría y deseo de obedeçer, con firme crédito de que van seguros por este camino.

Es grande y de marauillar el desasimiento que tienen de las cosas del mundo, que ni pena de lo que dexaron, ni deseo de tornar á ello, hasta aora no se ha sentido, con auer venido algunos, que ha poco tiempo que dexaron el mundo, teniendo en él cosas con que lícitamente se pudieran bien recrear estando en él: y quando alguno viene de nueuo, en mui pocos dias se oluida de todo quanto ay en el mundo; porque es tanto el cuidado que tienen, quando alguno viene, de ayudarle para que se anime al seruiçio de nuestro Señor, que con grande instançia piden mortificaciones por él, y para quitarle el temor, que á los nueuos suelen poner obras tan al reues de las que en el mundo se vsan; y ansí aconteçe que dentro de quatro ó ocho dias vienen á quietarse tanto, que dan gracias á nuestro Señor por la merced, que les ha hecho, de abrirles los ojos para conoçer su camino en la tierra: y esto especialmente se ha mostrado esta semana, en que oy ha ocho dias que vino aquí á entrar en nuestra Compañía, admitido por nuestro P. Prouincial [1], el P. Doctor Auellaneda [2], que era cathedrático de vísperas de theología en Osuna: y con traer grandes temores de poder lleuar este camino adelante (aunque con firme determinaçion de hacer lo que pudiesse), visto quán hollado está entre estos hermanos el mundo, se ha movido tanto, que ha hecho mortificaciones públicas en casa, y pedido que se le concediessen de fuera para que fuesse tenido por loco del mundo; y está tan alegre y contento, que desea saber en qué se podria emplear para agradeçer á nuestro Señor tan grande beneficio como le ha hecho en traerle aquí; y pide que por amor de Dios le exerciten mucho en mortificaciones y obediençia, porque le pareçe que está occioso y que no haze cosa en seruicio de Dios.

Ayúdanse mucho con los compañeros que se les dan en las póliças [3], declarando cada vno á su compañero no solamente los defectos en que cae, pero aun á los que tiene inclinaçion; y ansi están tan concertados, que es menester andar muy menu-

[1] P. Bartholomaeus Bustamante.

[2] P. Dr. Didacus de Avellaneda. Santibañez, *Historia ms. de la Provincia de Andalucía,* t. I, fol. 3 v.°

[3] *Póliza*; hic significat relaxationis seu recreationis tempus.

damente mirando lo que hazen para tomarlos en algun defecto pequeño: y de aquí nace que, quando hacen alguna cosa con alguna difficultad ó repugnançia, sienten grande pena, como si offendiessen á Dios en ella, pareçiéndoles que debrian hazer lo que saben ser voluntad de Dios con mucha alegría y contentamiento, como se suelen hazer otras cosas por otros respectos ménos que Dios.

Son tan continuas las mortificaciones, que es menester aguardar tiempo para no salir todos juntos: y quando, por pedirlas tan continuamente, no se les conceden todas, vienen á mortificarse en pedirlas muchas vezes; y pareçe que han çerrado la puerta á las penitençias, que se les pueden imponer por sus defectos, acudiendo ellos á manifestarlos y pedirlas, sin que alguno les aya visto caer en ellos; y ansí pareçe verdaderamente que se ha cumplido en ellos lo que nuestro Señor prometió en el euangelio á los [que] tomasen su iugo, diziendo: *iugum enim meum suaue est* [1], pues se han venido á tomar por recreaçion y con tanta alegría cosas que los hombres iuzgan por tan pesadas: y esto causó grande admiracion al P. Doctor Auellaneda, viendo á vn hermano alegre y riendo en la quiete, auiendo hecho vna mortificaçion en el refitorio; porque dize que se le representaua que auia de quedar por ella tan triste, que no osase pareçer por algunos dias.

Y lo que más yo siento para mí y más me edifica de vellos es el continuo estudio y exámen, que tienen cerca los movimientos interiores de sus ánimas; porque es tan grande el cuidado, que en desechar vanos pensamientos tienen, que ansí se acusan de los primeros movimientos, y tanta quenta hazen de vn iuizio que se les offreçe, como si ouiessen consentido en él; y de las distractiones que tienen en sus officios ó en otros ministerios sienten tanta pena, como si todos naciessen de su negligençia, y no echan la culpa á la flaqueza de nuestra naturaleza, y esto les haze andar mui auisados: tanto que, preguntados en la quiete si han hecho exámen en el fin de todas las obras que han hecho, para lo qual solia aver vno que les auisaua, dizen ahora (sin ser auisados) que ordinariamente no hazen obra, en el fin de la qual no examinen las faltas ó descuidos.

---

[1] Matth. XI, v. 30.

que en ella han tenido, con propósito de se enmendar en la que comiençan.

Verlos juntos en el officio manual es cosa de mucha consolaçion y alegría, viendo tantos juntos y con tanto sosiego y silençio, que solo mirarlos causa deuoçion en los que de nueuo vienen. Házense esteras y diçiplinas, encuadernan libros para aquí y para las casas desta provincia: házense tambien çapatos, y saldrán muchos con este officio, porque ay vno que lo sabe bien, y lo enseñará á los demás: y de aquí tambien se proveerá la provincia de çapatos. Saben algunos bien coser, y ay vn buen sastre y bonetero; de lo qual confio en nuestro Señor que en algun tiempo ha de ser mui seruido y glorificado en estos sus sieruos, reluziendo en ellos tanto el zelo del aprouechamiento de las almas de los próximos, con cuidado [de] descargarlos de los fauores temporales, que dellos podieran reçibir, procurando ántes ayudarles en todo. Nuestro Señor, que á este instituto nos llamó, nos dé la graçia para le seruir en los ministerios dél como fieles criados; para lo qual pedimos con mucha instançia el fauor y ayuda de las oraciones de V. P.

De Córdoua, 20 de hebrero 1556.

De V. P. indigno sieruo en Christo,

J. de la Plaça.

†

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo, nuestro P. M.º Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús, en Roma.

Alia manu: † 1556 † Cordoua. Quadrimestre della casa di probatione 20 di Febraio. R.ta alli 27 d' Aprile.

Vestigium cerae sigilli.

CDLXXXII

P. Aloysius Napi
Patri Ignatio de Loyola.
Patavio, 21 Februarii 1556 [1].

IHS

Pax Xpi.

Etsi post alias, quas proxime ad te misimus, quadrimestres [2] (R.de P.) non multa notatu digna acciderint, eo quod omnibus fere in locis eadem vel similia non raro accidant frequenterque eueniant, nihilominus, tuae R.tiae vt morem geramus, ea pauca, non tamen minima, quae optimus maximusque Deus per Societatis Patres operari dignatus est, quam breuissime succincteque, vt par erit, explicabo.

Te latere non arbitror, R.de Pater, anno superiori hanc ciuitatem pestifero exitialique laborasse morbo, eamque ob causam pene omnes e ciuitate discessisse, alios ad alias ciuitates, alios ad villas se recepisse, aliosque a publicis negotiis abstinuisse; nam eos ingens ac repentinus timor inuaserat ac terror, ita vt nec domo egredi multi auderent. Verumtamen tunc semper temporis Patres in templo fuerunt occupati, vel in audiendis confessionibus, vel in sacratissimo Xpi. corpore ministrando; quo quidem tempore alii sacramenta haec ministrare nolebant. Eodem item tempore multi ad templum nostrum concurrebant, maximo perculsi timore, ac metu trepidantes, ac si

[1] Autographae duplici folio, primo n. 84, altero non numerato.

[2] Vide supra, t. III, pag. 659-661.—Illae Venetiis datae sunt, hae Patavii. At meminisse oportet valde inter se connexa illis initiis haec duo Collegia fuisse et Patavinum etiam hoc tempore a Veneti Rectore aliquo modo pendere. Vide POLANCI *Chronicon*, t. II, III et IV, ubi de his Collegiis agitur.

illis mors impendisset, vt aliquo ex suis molestiis angustiisque leuarentur Patrum solamine [1].

Accedunt etiam multi frequentissime ad Patres, consilii capiendi gratia, atque animos, moerore aerumnisque afflictos ac confectos, releuandi, recreandi atque reficiendi. Multas quoque confessiones generales audiuerunt Patres, alias annorum decem, alias viginti, magna quidem poenitentium consolatione et gaudio: iidem Patres multis, qui spem fere omnem amiserant, opem tulerunt, summaque charitate auxiliati sunt: qui homines, vbi Patrum consilia sunt secuti, eorumque remediis usi, multi sunt calamitatibus et angustiis liberati, multaque consolatione et laetitia affecti.

Hoc praesertim de quadam nobili matrona dicendum esse existimo, quae, Patrum consiliis obtemperando, se magis impii ac crudelis mariti gladio interfici malebat, quam summum Deum offendere turpiterque agere: quam tandem Deus sua pietate ac clementia ex illius foedissimis manibus mirabiliter eripuit, eaque angustia et afflictione liberauit: quae modo cum aliis, eiusmodi calamitatibus et tribulationibus per Patres liberatis, nomen Societatis praedicant propagantque; qua fama ac rumore multi impulsi accedunt ad Patres vt sua peccata confiteantur, et in hoc frequenter occupantur. Dederunt praeterea operam vt mulier quaedam, quae per duos annos in peccatis fuerat, maxima illorum, qui eam nouerant, aedificatione exiret, vtque patres filiis, matres filiabus, aliosque permultos cum suis inimicis conciliarent.

Reliquum est vt R. Paternitatem tuam certiorem de scholasticorum numero fructuque faciam. Numerus porro scholasticorum non est satis frequens, propter morbum, qui in hac fuit ciuitate. Sunt enim 55: crescit tamen, atque in dies augetur numerus. Fructus autem est magnus, maiorque fuisset, nisi haec calamitosa tempora obstitissent: nam ex iis, qui superiori anno primae classis praeceptori operam dederunt, quinque sexue publicas lectiones [2] audire coeperunt. Ex iis autem alii iuri ciuili, alii philosophiae operam sedulam nauant: qui, etsi artium hoc anno cursum agere coeperint, accedunt tamen ad colle-

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon,* t. v, pag. 157, n. 449.

[2] "lectiones publicas universitatis (patavinae)", POLANCUS, l. c., pag. 159, n. 451.

gium singulis diebus, vt saltem aliquam rhetorices vel humanitatis lectionem audiant. Immo cum non teneantur, cum aliis, qui rhetoricam audiunt, frequentissime disputant, et compositiones corrigendas praeceptori tradunt. Maxima afficiuntur homines admiratione, et praecipue eorum parentes, praesertim cum videant illos pauco temporis spatio tantam in literis fecisse promotionem; nam ex his aliqui superiori anno grammatices principia ignorabant: quare minime nobis mirum visum est quod aliqui, hac fama moti, filios, qui etiam logices principia audire coeperant, ad nos miserint, vt eos doceremus illa, quae humanitatem spectant.

Excitantur plurimum scholastici crebris orationibus; nam singulis diebus dominicis aliquis ex iis, qui rhetoricam audiunt, habet orationem; qua finita, solet reliquos ad disputandum prouocare: in his autem disputationibus illos plurimum proficere animaduertimus; in caeteris uero classibus fructus etiam apparet non exiguus: missi enim sunt ex his, qui in secunda erant classe hoc anno, ad primam aliquot optimae spei adolescentes, qui his paucis diebus (vt mihi quidem videtur) magnam fecerunt in literis promotionem, nam adferunt aliquando longissimas orationes, quas ipsi suo marte composuerunt.

De rebus vero domesticis nihil est quod scribam, nam nihil immutatum est. Superest vt nos in tuis, R. Pater, orationibus sacrificiisque aliorumque patrum ac fratrum in Xpo. commendatos habeas.

Patauio, nono calendas Martii 1556.

Tuus minimus ac indignus filius,

ALOUISIUS.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do in X.o Padre il P. M. Ignatio de Loyola, Praeposito generale della Compagnia di Giesù; in Roma, a S.ta Maria della Strada.

Alia manu: 1556. Patauio. Quadrimestres 21 Februarii.

Vestigium cerae sigilli.

CDLXXXIII

Leo Lilius
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 21 Februarii 1556 [1].

†
Jhus Maria

La gratia et pace di Christo S. N. sia sempre con tutti. Amen.

Molto R.do in Christo Padre: dirò breuemente quello che mi ha parso scriuer' alla R.da P. V. delli 4 mesi passati: et prima del studio delle letere, dipoi del essercitio spirituale.

Nella rinouatione delli studii oltre alcune dispute grammatichali, furno recitati diuersi colloquii latini, et un dialogo uolgare della dottrina Xiana., il quale tanto piaque, che molti hanno uolluto hauerne la copia: altri hanno esortato il R.do P. Ludouico [2], autor di esso, che lo facesse stampare [3]. Cerca la gente che uenne a udirli, oltre gli figliuoli di SS. EE. [4] et molti altri nobili, non fu mai in simil negocio tanta frequentia. Siche uedendosi il buon soccesso del detto dialogo uolgare, parue bene che S. R. a publica edificatione ne componesse alcuni altri, di modo che il dì della Concettione per prouare che la Vergine Maria fu senza peccato conceputa, et la festa di Sto. Giouanni Euang.a del dispreggio del mondo, furno recitati duoi dialogi con molta sodisfattione et diuotione di tutti gli uditori, delli

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 49 et 50.

[2] P. Ludovico de Coudret (Codretus vel Coudretus) et etiam du Coudrey.

[3] Excususne tandem hic dialogus fuit? Nescimus. Certe in Bibliothecis Scriptorum Societatis Jesu, auctoribus Rivadeneira, Allegambe, Sotwell, Backer, Sommervogel, nomen Patris Ludovici du Coudrey non apparet, sed tantum ejus fratris Annibalis.

[4] *di SS. EE., Sue Eccellenze,* Ducis et Ducissae Florentiae.

quali fu tanta la moltitudine, che non bastando la chiesa, bisognaua star di fuori a chi udir uoleua.

Delli scholari n' habbiamo assai, et per gratia del Signore assai modesti a rispeto dell' altri giouani. Fra loro sono tre, che già molto tempo desiderano essere della Compagnia, et l' uno, non potendo ciò fare per gli parenti che lo impediscono, mosso dal gran desiderio che tienne di quella, ha fatto uoto di intrarui, dandogli il Sr. la gratia. Et questo quanto alla prima parte.

Quanto al resto, doppo che venimmo in questa città, mai hanno manchato alli Padri confessioni: adesso il numero di quelle è grandemente aumentato, crescendo insieme il frutto. Molte persone che si confessauano spesse uolte, et communicauano con peccato etiamdio mortale, confessandosi nuouamente con gli nostri, alli quali il Signore dona spetial gratia, hanno liberamente scoperto le puzzolente piaghe. Un' altra persona, non pensando far' errore, s' era separato dalla consorte; così rotto il matrimonio, l' uno et l' altro a suo modo faceua; ma auissato del peccato da un delli nostri Padri, per mezzo di esso di nuouo si accompagnò con la sua moglie. Una matrona nobile et riccha, hauendo hauuto un figliuolo di adulterio, l' ha sempre alleuato come proprio del marito, il quale non sapendo tal cosa, uolleua hereditar' il bastardo, l' altro legitimo che haueua, pensaua arricchirlo de molti beneficii. Il che giudichando cosa ingiusta detta matrona, se ne uenne al P. Giouan Battista [1] et confessatasi con S. R. intesse quel che in simil caso far douessi: de maniera che persuase al marito che il legitimo del tutto fusse herede, l' altro si facesse religioso. Un' altro hauendo trouato la moglie in adulterio, pensaua di ucciderla; pur confessatosi col detto Padre, con la gratia del Sig.re s' è mitigato. Molte altre cose simili sono accadute, per le quali speramo ch' il Signor se ne sia assai seruito, et il prossimo molto aggiutato.

Ne solamente in casa gli sacerdoti hanno attesso alle confessioni, ma chiamati più uolte alla carcere, non hanno manchato di confessar' et consolare quelli afflitti, gli quali anchora uno delli nostri fratelli suole uisitare, et con buone essor-

---

[1] Hujus, cognomine suppresso, jam mentio facta est supra, t. III, pag. 536. Existimamus autem illum esse, quem Baptistam Firminium appellat POLANCUS in *Chronico*, t. VI, de Collegio Florentino agens.

tationi aggiutarli alla salute, et ciò ha fatto anche il Padre Gio. Battista in diuersi monasterii et luoghi pii, essendone spesse uolte ricchiesto. S. R. predicha le domeniche et feste nella nostra chiesa, doue similmente il P. Don Diegho Gusmano [1] dechiara la dottrina christiana, la quale acciò sia intesa et imparata dalli huomeni et donne, dimanda conto dalli scholari delle cose che hanno udito. S. R. ha dato gli essercitii spirituali a duoi gentil huomeni spagnuoli, uno de' quali si è già determinato per la Compagnia: l'altro che anchora fa li essercitii si ua disponendo a quella: sono nobili, assai prouetti nelle lettere, et molto ben inclinati.

Il R. P. Ludouico, che già molti dì andò a Arezzo, doue era desiderato alcuno della Compagnia, è ritornato per gratia del Signore sano. Quanto frutto habbia fatto, et che buona speranza sia, V. R. P. intenderà per le sue: dico solamente che è statto al proposito per l' edificatione et salute di molti, et anchora per il buon nome della Compagnia, S. R. habbia fatto questo breue uiaggio.

Insin qua ho detto generalmente di molte cose, hora dirò particolarmente della Sig.ra Duchessa [2]; la quale ben che si demostri fauoreuole et liberale uerso noi tutti, non dimeno ama specialmente il R. P. Laynez; perciò s' è molto sforzata per hauerlo da S. Santità, il che non potendo ottenere, tanto più se ne dolse, quanto più temeua di quella infirmità morire, nella quale all' hora si ritrouaua, et specialmente per tal effetto desideraua hauer' detto Padre, acciò si potesse confessare con sua R.a et assettare le cose sue secondo il consiglio di quella.

Et questo è quanto ci occorre scriuere per adesso. Non accade accusarsi di negligentia; assai si uede quanto habbiamo di bisogno delle orationi delli R.di Padri et fratelli. Si degni perciò la R. V. P. preghar' il Signore di continuo per noi, acciò per l' auenire siamo più diligenti nel suo diuino seruitio. Amen.

Di Fiorenza, a 21 di Febraio 1556.

D. R. P. V. indegnissimo seruo,

Lione Giglio.

---

[1] P. Didacus, seu Jacobus, de Guzman, Florentiam anno praecedenti missus "ut Florentiae Ducissae aliquo modo satisfaceret" propter absentiam Patris Laynez iratae» Polancus in *Chronico*, t. v, pag. 42, n. 78.

[2] Eleonora de Toledo.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo P. il Pre. M. Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia di Giesù, in Roma.

Alia manu: 1556. Fiorenza. Quadrimestri 21 di Febraio.

Praecedentium Leonis Lilii litterarum latina versio [1].

Gratia et Pax Domini nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

Quae ex effluxo quadrimestri scribenda uidebuntur, dicam quam breuissime potero: et primum quidem de literarum studio, tum uero de confessionibus, concionibus ac reliquis spiritualibus exercitiis. Pro studiorum igitur renovatione, ad quasdam in grammaticam disputationes accesserunt colloquia aut dialogi latine compositi, quibus auditores plurimum delectati fuerunt. Eorum unus in christianam doctrinam, uulgari editus sermone, tantum habuit utilitatis, ut multi eius exemplar expetiuerint, atque hortati sint ut ad communem frugem publicaretur. Spectantium uero numerus, praeter Ducis liberos et nobiles complures, nunquam frequentior. Non praetermittam hoc in loco, quod ad pietatem atque animos recte instruendos plurimum ualuit: nan uulgaris dialogi felici exitu admoniti, animum induximus, ut alia similia similique argumento exhiberemus spectacula. Itaque sacro Conceptionis die, ad Immaculatam Virginis Mariae Conceptionem approbandam, feriis deinde S. Joannis Euangelistae, de mundi contemptione, aliquot nostrorum discipulorum inter se iocunde magnoque applausu disputarunt; multitudo autem tanta rei accita rumore conuenit, ut eam templum non caperet. Numerus porro eorum, qui et literis bonis et moribus ad nos ueniunt excolendi, est satis copiosus, sed prae reliqua deprauata juuentute minus corruptus. Ex hoc scholasticorum numero tres adolescentes iamdiu in Socie-

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 56, altero non numerato.

tatem postulant admitti, quorum unus, magno religionis accensus desiderio, ac proprio quodam motus instinctu, Deo uouit se in eam ingressurum, ubi primum nactus fuerit occasionem. Atque haec de re literaria.

Nunc addam pauca, quae prioribus adscribenda duximus. Quamuis enim a nostro huc aduentu confessionum audiendarum quotidiana pene fuerit occupatio, ea tamen a paucis diebus maxime creuit: neque de numero tantum gauderemus, nisi par fructus, Christi gratia, sequeretur. Multi fuerunt deprehensi, qui, confessionis atque Eucharistiae sacramenta saepius adeuntes, capitalia etiam peccata, uel metu uel pudore prohibiti, aliquot annos reticuerint: sed nostris demum confessi sacerdotibus, ueluti fidis atque opportunis medicis putrida uulnera detexerunt. Quidam, christianae disciplinae ignarus, facto diuortio, vxorem deseruerat, atque ita, iure matrimonii crassa quadam ignorantia soluto, ex uoluntate uterque uiuebat; uerum unus ex nostris Patribus hominem de commisso scelere admonens, effecit ut in sanctissimum foedus de integro redirent. Nobilis quaedam ac diues matrona ex alieno uiro filium susceperat, eumque quasi mariti proprium eduxerat. Maritus igitur, rei nescius, spurium haeredem facere decreuerat: alterum uero, quem ex vxore habebat, legitimum, Ecclesiae redditibus cumulare cogitabat. Quod iniquum credens vxor, P. Joannem Baptistam adiens eique confessa, didicit quae humano atque diuino iure fieri oportebat. Itaque confessarii edocta consilio, marito persuasit ut legitimus bonorum haeres relinqueretur, spurius autem religioni addiceretur.

Alter vxorem in adulterio deprehensam occidere constituerat; sed eidem Patri sua peccata confitens, mitiori animo factus, illatam sibi iniuriam obliuioni tradidit. Pleraque alia contigerunt, ex quibus ad Deum non exiguam laudem, et ad proximos multam utilitatem prouenisse confidimus.

Nec solum domi huic sacerdotes uacarunt muneri, sed ad carceres accersiti confessiones audiendo, hortandoque afflictos, nulli charitatis officio defuerunt. Praeterea unus ex fratribus nostris illo solet itare, eaque omnibus in unum uocatis profari, quae ad salutem prosint. In aliquot etiam monialium coenobiis et religiosis aedibus id P. Joannes Baptista saepe rogatus fecit. In nostro uero templo dominicis ac festis diebus habet concio-

nes. P. Jacobus Gusmanus doctrinam christianam exponit, dictorum a nostris discipulis exigens rationem, quo uiri ac mulieres ea audiendo retractandoque perdiscant. Idem Pater duobus nobilibus hispanis spiritualia exercitia proposuit, quorum alter ingrediendae Societatis magno tenetur desiderio: alter, qui adhuc piis exercetur meditationibus, ad eam propenso animo fertur: nos quidem de utroque optimam spem concepimus. Porro praeter generis nobilitatem sunt in literis satis uersati, modestia uero et probis moribus decorati.

R.dus Pater Ludouicus, qui ante multos dies profectus erat Aretium, quod in ea urbe e Societate aliquis desideraretur, diu optatus rediit. Quid egerit boni, quidue futuri sit spei, ipsius literae declarabunt. Illud tantum dicam, multorum deuotioni, plurimarum saluti animarum, Societatis quoque optimo nomini latius diffundendo aut confirmando, eius profectione fuisse consultum.

Hactenus de omnibus generaliter: nunc priuatim de vxore Ducis, quae quidem bono ac liberali erga nos est animo, Patrem tamen Laynez imprimis amat; ideo non parum laborauit ut eum sibi a Pontifice impetraret. Quia uero uoti compos fieri non potuit, eo grauius tulit, quo magis ualetudine corporis ac mortis formidine terrebatur: hac enim potissimum de causa Patrem Laynez praesentem optabat, ut illi confiteretur, atque, rebus omnibus ex ipsius sententia compositis, placide decederet.

Haec sunt de quibus T. R. Paternitatem admonendam censuimus. Non est quod nos desidiae accusemus; ipsa res docet quantum alienis orationibus indigeamus. Roga igitur, R.de Pater, pro nobis Dominum Jesum, ut quae eius sunt uoluntati consentanea, diligentius in posterum perficiamus.

Florentiae, 8 Calend. Martii 1556.

T. R. P. seruus indignus,

LEO LILIUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Admodum R.do in Christo Patri Ignatio Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556. Florentia. Quadrimestres 23 Februarii.

CDLXXXIV

Dominicus,
Ex commissione Patris Cornelii Gomes,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 3 Martii 1556 [1].

Jhus.

R.do en Christo padre.

Pax X.i etc.

Del mes de Febrero [2] se offresce escreuir á V. P. cómo los hermanos por bondad de Dios N. S. uan en continuo augmento de las uirtudes, y tiénese mucha diligentia que las reglas se guarden muy interamente. Luis Gonzallez [3] con los hermanos, que V. P. nos embió, llegaron aquí mui bien dispuestos; estuuieron aquí algunos 4 ó 5 dias: mucho se alegraron los hermanos con su uista y conuersacion: uno solo dellos quedó doliente en el camino, y llegó aquí aurá ocho ó diez dias, y ya ua conualesciendo: mañana parte para Lisbona.

Dia de la Purificacion de nuestra Señora se empeçó á dezir missa en nuestra Iglesia; predicó un padre de casa por la mañana, y hizo tambien á la tarde doctrina con mucha satisfaction de los oyentes: un hidalgo, que se llama Don Diego de Crasto [4],

[1] Autographae unico folio, n. 571.

[2] His evidens fit has litteras non quatuor mensium sed unius tantum mensis spatium respicere, ideoque vere *quadrimestres* dici non posse. Eas tamen hic, ut similes alias quandoque in praecedentibus voluminibus, inter quadrimestres inserimus 1.° quia inter quadrimestres insertae sunt in *Rom. collec.* 2.° quia quadrimestres declarant et earum locum, dum eae desiderantur, supplent. 3.° quia cum paucae admodum numero sint, vix aptior ad eas edendas locus hoc esse potest.

[3] P. Ludovicus Gonzalez de Camara Roma in Lusitaniam missus. Vide Polanci *Chronicon,* t. v, pag. 40, n. 72.

[4] Sic; *Castro?*

mandó el mismo dia dezir al padre Rector [1] que determinaua ser mui deuoto de la Compañía y continuar las prédicas en nuestra yglesia, y assí lo haze. En los domingos ay prédicas por la mañana en casa, y á la tarde doctrina á los studiantes, adonde uiene tambien otra gente de fuera; y segun creo uan satisfechos y se aprouechan bien dellas. Los scholares de nuestras scuelas continuan en sus studios y acostumbrados exercicios. Algunos de la primera clase andan con deseos de entrar en la Compañía, y son de los que mejor entienden, y tienen buen ingenio y otras buenas partes para la Compañía: un dia destos recebimos un otro tambien de la primera; tiene buenas partes y conuenientes para nuestro instituto.

El obispo [2] es mui afficionado á la Compañía: uiene muchas uezes á nuestro collegio: un dia destos le lleuaron una uestimenta con otros ornamientos para que los bendixiese, y él dixo que no curassen de lleuarlos la, mas que quando algo quisiéssemos, mandássemos una cédula ó recado de lo que teníamos necessidad, y que él vernia [á] hazerlo; y assí un otro dia le fué [á] auisar un hermano cómo teníamos algunas uestimentas para la quaresma por bendezir, y que las lleuarian allá. El no, sino que él uendria [á] nuestro Collegio; y assí al otro dia las uino [á] bendecir. Tambien un día destos uino [á] dar órdenes de epístola á dos hermanos en nuestro collegio; y segun creo, cedo les uendrá [á] dar las demas.

Porque, segun me dixeron, aún no saben allá de los ornamientos que el Cardenal dió para nuestra Iglesia, daré quenta deso á V. P. Primeramente para la quaresma nos dió 7 vestimientas con todo lo necessario, tres de tafetan prieto con bar-

---

1 Hujus nomen novimus ex his ipsis litteris scriptis *por comission del Padre Cornelio;* cognomen autem scimus ex TELLEZ, *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal,* part. II, lib. V, cap. XVI, n. 11.—Est igitur P. Cornelius Gomes, qui ex Congo Ulyssiponam insperatus appulit decima quinta Augusti anni 1555. POLANCI *Chronicon,* t. V, n. 1684.

2 Sermo hic procul dubio est de Episcopo, Cardinalis Henrici, Evorensis Archiepiscopi, Suffraganeo vel Coadjutore, qui ejus loco in dioecesi episcopalia munera exercebat. De eo, in epistola, quam infra edemus, 10.ª Maji hujus anni Evorae data, haec Franciscus Morales: "Episcopus Targensis, qui hoc tempore Eborae episcopali munere fungitur quique te ipsum, Pater R.de, Lutetiae Parisiorum cognovit atque, ut arbitror, tecum nonnullam habuit consuetudinem...„ Hic autem erat Emmanuel Sanchez, vel potius Santos, ad quem datae sunt litterae, quas habes in *Cartas de San Ignacio,* t. I, pag. 362, ubi librarii errore dicitur *de Braga.*—Sed de his plura in *Nova Serie litterarum Sancti Ignatii.*

ras de cetin [1] prieto, con franjas de retros [2], y quatro de chamalote [3] prieto con barras del mismo cetin y franjas de retros, y 7 frontales, tres de la manera de las tres uestimientas y quatro como las otras quatro. It., para por la semana 7 uestimientas con todo lo necessario y 7 frontales de chamalote branco con barras de tafetan cremesin [4] y sus franjas de retros uermejos. It., para los domingos 7 vestimientas con todo lo necessario y 7 frontales de tafetan cremesin con barras de ueludo uerde. It., para algunas fiestas más principales, 7 vestimientas con todo lo necessario, tres de terciopelo uerde con barras de tela douro [5], et quatro de damasco uerde con la mesma tela doro, y 7 frontales, tres de la manera de las tres uestimientas, y quatro como las otras quatro. It., para las fiestas de nuestra Señora y pascoas, tres uestimientas, todas de brocado de mucho precio, con unas barras (que ellos llaman randas) de prata [6], las quales randas solamente costaron setenta y tantos ducados, y tres frontales de terciopelo cremesin auelutado, y brocado á quarteles, con franjas de tela douro, assí frontales como uestimientas. It., tres paños de púlpito, un de tafetan de terciopelo uerde para los domingos, otro de terciopelo cremesin auelutado y brocado á quarteles con su franja de tela doro; y allende desto, dió otras muchas cosas, como son 16 casticales [7] y quatro cálizes (y aún ha de dar otros 4), misales, sobrepellizes y otras cosas menudas, que, por no ser prolixo, dexo de screuir; y esto, assí dado en tanta habundantia, fué con dezir que por ahora daua esso, que despues proueeria mejor.

Los dias passados, andando aquí el prouisor [8] (que es muy uirtuoso y amigo nuestro), viendo los ornamientos, dixo riendo que se esquecia [9] el Cardenal de la yglesia mayor por nuestro Collegio. Estos dias se pusieron muchas uidreras, y con seren

---

1 *Cetin*, id est, *saten* vel *satin*.

2 *Retrôz* lusitanice, pluribus filis seu liciis intortum sericum.

3 *Chamelote* et *camelote* hispanice, pannus e villis hircinis undulatus.

4 *Cremesin*, obsoletum vocabulum pro *carmesí*.

5 Id est, *de oro*, ex auro.

6 Hispanice *plata*, argentum.

7 Ex lusitano verbo *castiçal*, quod significat candelabrum.

8 Voce hac *provisor* venire potest aut Episcopi Vicarius Generalis aut qui Episcopi domesticis seu familiae rebus praeest et providet. Uter autem hic veniat haud facile est decernere.

9 Desumptum est hoc verbum ex lusitano *esqueçerse de alguma cousa*, quod significat *aliquid oblivioni dare*.

la metá de las que se han de poner, custaron (haziendo cuenta con el uidriero) cerca de ciento y cinquenta ducados, fuera las redes de arambre, que se han de poner en muchas dellas.

Por ahora no ocurre otra cosa que escreuir á V. P. Todos los hermanos se encomiendan en sus orationes y sanctos sacrificios.

De Euora, 3 de Março 1556.

Por comission del Padre Cornelio,

DOMINICUS.

Superscriptio in secunda pagina: Al R.do en X.o padre el padre Micer Ignacio Praeposito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Euora. Di Domingo, 3 de Marzo. R.da á los 24 de Mayo. Edific.

CDLXXXV

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Septimancis, 30 Martii 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.

Pax Christi.

Lo que en la presente se me offrece auisar á V. P. es que, bendito Dios, todos estamos con salud corporal, y en la spiri-

[1] Autographae duplici folio, primo n. 418, altero non numerato.—Licet inter quadrimestres positae, nullum prae se ferunt indicium quo vere quadrimestres existimari possint; earum tamen defectum supplere possunt.

tual trabajan los hermanos desta casa, no, por la bondad de Dios, á ratos perdidos, sino como quien no tiene otro en que entender ni professa otra cosa; entendiendo que ha de venir tiempo, en el cual no han de entender sino en la de los próximos; lo qual no lo podrán bien hazer, si primero no han entendido de veras en la suya propia. Y así como no tratan de otra cosa y están apartados de todas occasiones, por la bondad de Dios con poco tiempo hallamos en ellos tanta mutacion, que nos espantan. Sea gloria á Dios por todo.

Más con todo eso nos confunden y espantan los deste pueblo con ver la mutacion que hay en él, que con estar en medio de las occasiones, y no estar libres de los cuidados, de que á nosotros Dios por su bondad nos sacó, tienen muchos dellos tanta cuenta con los mandamientos de Dios, ques para alauarle. Ay muchos que comulgan á menudo; mas á lo ménos á las fiestas principales, como Pascuas ó de nuestra Señora, pasan de 100 los que comulgan; que para este lugar, que no tiene 400 vezinos, es mucho, que ántes dizen ellos que apenas veyan que uno comulgase sino por la Pascua.

De los moços, hijos de los principales del pueblo, ay mas de 30, que como fuesen de los que todas las noches andaban por las calles, agora comulgan á menudo. Tienen mucha cuenta con los juramentos y hablar de próximos, y con que ninguno se esfrie y buelua atrás; y desto tienen dado cuidado á uno dellos que ande animando á los otros, y, si alguno cae, procurar que no se esté en el lodo; y así acaesció que vno cayó, y luego acudieron los otros animándole, y nunca le dexaron hasta que se ubo confesado.

Los que ántes por los caminos y en el campo no hazian sino echar pullas, agora no hablan sino de Dios: los domingos y fiestas, si no es al tiempo de los officios y sermon y plática despues de comer, se están en nuestra casa: yo les doy un Padre que les tenga buena conuersacion; y así ellos andan tan heruorosos que es de alauar á Dios. Acaesció que uino una fiesta, que aquí la guardaban por deuocion, porque en aquel dia un Rey de Castilla les habia dado muchos priuilegios: un deuoto nuestro pidió licencia para que sus moços y los de algunos otros deuotos fuesen despues de comer á cabar un pedaço de nuestra viña: diéronseia, y así fueron. Súpose en el pueblo, y luego sa-

lieron más de setenta ó ochenta personas con sus açadas, y así aquella tarde nos la acabaron de cabar. Salieron á verlo muchos hombres y mugeres, dando gracias á Dios, y holgándose de todo lo que hazian por nosotros.

Plega á Dios á ellos y á nosotros nos dé conozcamos quán ruin fundamento somos nosotros, en quien Dios por su bondad empieça de edificar el fundamento de las virtudes, para que, desconfiados de nosotros, solamente confiemos en su bondad, de la cual nos ha de venir el lleuar adelante lo començado. Y V. P. para ello nos fauorezca con sus sanctos sacrificios y oraciones, y de los charíssimos Padres y hermanos.

De Simancas, á 30 de Março 1556.

De V. P. indigno hijo y sieruo en X.°,

DOMENECH.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M.° Ignacio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Simancas. De Domenech 30 de Março. R.da á los 25 de Mayo.

CDLXXXVI

Stephanus,
Ex commissione Patris Joannis Laurentii Cavallerii,
Patri Ignatio de Loyola.
Tybure, 11 Aprilis 1556 [1].

JHS

Gratia et pax, etc.

Quae a quatuor mensibus, Reuerende imprimis Pater, tuae nobis Reuerendae Paternitati scribenda acciderint, hic paucis, quae pauca sunt, de more solito exponemus.

Ac primo quod ad discipulos pertinet, dehinc de caeteris omnibus ordine prosequemur. Discipulos hic habemus numero circiter 120; plures hactenus habuimus; multo in dies plures habituri, nisi ludimagister quidam nouus conductus huc fuisset nuper, ad quem nonnulli ex discipulis nostris, non absque parentum suorum consensu, cito discesserunt. Quos adhuc retinemus, hisce a nobis lectionibus exercentur. Ante prandium, audito singulis diebus summo mane sacro, et praemissa breui ante lectionem oratiuncula, auditisque discipulorum omnium lectionibus iis, quas hesterno die didicerunt memoriter recitandas, oblatisque in ipso ludi ingressu materiis, quas quotidie italice a nobis excipiunt, latino sermone in scriptis reddendas, aggredimur pro inferiori classe de generibus Despauterii [2] lectionem, qua saepius repetita, examinata, ac denique absoluta, alteram pro aliquantulo prouectioribus lectionem, nempe de praeteritis ac supinis eiusdem, eodem modo, quo priorem, dis-

[1] Autographae duplici folio, n. 14 et 15.
[2] Joannes van Pauteren (Despauterius).

cutiendam declaramus. Tertiam uero lectionem, quae ferme omnibus discipulis communis est, scilicet, familiares Ciceronis epistolas, non tamen ab omnibus memoriae mandandas, interpretamur, atque eodem modo, quo priores illas duas, excutimus. Quartam denique lectionem, quam supremae classi exponemus de syntaxi illa, quae istic nuperrime excusa est [1], die lunae proximo auspicabimur. Postremo, singulas omnium compositiones emendamus. Quibus omnibus exercitiis trium horarum spatio absolutis, fusis de more precibus, et quibusdam aliis, quae in doctrina christiana omnes memoriter didicerunt, domum dimittuntur.

A prandio uero, uespertina hora, prece praeuia, caeterisque omnibus, quae ante lectiones omnes mane, ut iam diximus, fieri solent, bucolicorum Virgilii lectionem pro rudioribus, eiusdemque Aeneidos alteram pro doctioribus, suo ordine praelegimus. Catonis quoque moralia disticha [2] iis, qui uix primas constructionis regulas attigerunt, declaramus; dehinc, facto examine, unusquisque iuxta regulas quas audiuit, siue Guarini [3], siue Cantalycii [4] siue Despauterii, excipiendis italice reddendisque latine memoriter sententiis breuibus exercetur. Illi uero, qui iam omnia de grammatica praecepta aliquoties audierunt, ornatiori dicendi modo quotidie insistunt, propositasque sibi Hadriani Cardinalis elegantias [5] aliis uerbis inter se referre nituntur; iisdem quoque interdum, animi causa, scandendi componendique carmina rationem ostendimus. Cuius rei studio mirum est quantopere delectentur.

---

[1] Sermo hic procul dubio est de Syntaxi, seu Grammaticae Despauterii compendio, Romae a P. Andrea Frusio concinnato. Vide POLANCI *Chronicon,* t. IV, pag 235, n. 522, et annot. 3.

[2] Vide supra, t. III, pag. 174, annot. 5.

[3] Vide *ibid.*, annot. 6.

[4] "Baptista Cantalicius (de quo Toppius in *Bibliotheca Neapolitana,* pag. 130, et Nicodemus in ejusdem Bibliothecae additionibus, pag. 46), Sabinus, Pennensis Episcopus. Is ille qui *Rudimenta grammatices* scripsit, vir utique eruditus ac sapiens." UGHELLI, *Italia sacra,* t. I, col. 1150, n. 44.—LAROUSSE, *Grand Dictionnaire universelle du XIX.e siècle,* t. III, pag. 287, ait hunc Baptistam Cantalicium scripsisse "un poëme intitulé *De Parthenope bis capta Gonsalvio Duce* (Naples 1506, in fol.) et *Canones grammatices et matrices* (1509 in 4.°); verum mire, sed pro more, errat dum hunc Baptistam unum eumdemque facit cum ejus nepote et successore, Valentino, eumque asserit non solum Episcopum sed et Cardinalem fuisse.

[5] "Hadriani (Castellensis, Cornetani), S. R. E. Presbyteri Cardinalis, tit. S. Chrysogoni, Botoien. *(sic) De Sermone latino et modis latine loquendi.*" *Catal. librorum Doctoris D. Joach. Gomez de la Cortina,* t. II, pag. 179.

Quod ad uitae eorum mores attinet, unum hoc affirmabo, me nullos alibi unquam his uidisse modestiores. Idque de omnibus generaliter dixerim, tametsi non omnes aeque hoc semper fideliter praestant. Nemo tamen omnium est, in quo graue aliquod uitium notari possit. Tractabiles enim sunt, et ad omnia, ut pueri, cito imbuenda promptissimi. Sunt tamen ex maioribus natu, qui singularem quamdam uitae suae innocentiam ac puritatem prae aliis sibi uindicent: ex quibus unus est, qui se concionatorem fore testatur, licet pater eius, alioqui bonus, aliter sentiens, ab eo animi proposito eum saepius deterrere uoluerit, quod nunquam hactenus potuit. Hic dicit se, postquam idoneus per literas fuerit, istuc Romam ad Collegium nostrum studii causa uenturum esse; ipse iam annorum est plus minus 12: tantum unicuique nostrum exhibet reuerentiae, ut si quem audierit nos dicere theatinos, statim arguat, atque adeo commoueatur ac si blasphemiam aliquam protulisset. Alius quidam, annorum circiter 14, tanta cum deuotione ac pietate accedit sponte sua ad confessionem, tantaque cum cordis contritione peccata sua exponit ut senex potius quam puer haberi possit: iam saepius factum periculum in eo est, num uapulandi metu illud se fecisse negaret, quod aliunde nobis ab eo factum esse innotuerat. Neque ullum adhuc in eo mendacium deprehendere potuimus; si enim fecisset, silentio se ac lachrimis cito reum esse indicabat.

Quidam alius iam septennis cum aegrotare coepisset, doctrinam Xpianam., quam suos domi docuerat, interdiu saepe recitabat, ne forte obliuisceretur: consueuerat enim dicere cum sanus esset: "heu his ego diebus festis obliuioni tradam quae hactenus didici:„ doctrinam itaque semper prae manibus habebat; sed cum morbus quotidie magis ingrauesceret, se nihil timere dicebat, immo potius mori cito desiderare, quo citius hinc coelo *(sic)* euolaret, suisque interim parentibus praedicebat ne se uellent superiniecta humo sepeliri, sed magis capsula aliqua includi: quod postea factum fuit. Sed iam de nobis dicendum uidetur.

Hic sumus quinque: R.s, scilicet, P. Rector Laurentius, M.ter Petrus, Antonius, Antoninus et ego [1], quorum vnicuique pro

---

[1] P. Joannes Laurentius Cavallerius, Rector, P. Petrus Pradene, Antonius de Ro-

necessitate diuersa incumbit cura. Pater enim Rector in hoc maxime occupatur, ut plures semper quocumque modo ad sanctae confessionis ac communionis frequentationem inducat, inductosque in dies magis ad perseuerandum confirmet. Quod si quis propter negocia alia aliquando destiterit, statim ad reducendam ouem ad foelicia pascua proficiscitur. Qui etiam diebus dominicis post prandium in templo nostro euangelium illud exponit, quod eodem die fuerit recitatum: quo absoluto Doctrinam Christianam a puero illic immediate recitatam interpretatur: quibus duabus lectionibus absolutis, pueri omnes quotquot ibi interfuerunt, qui omnes interesse debent, ad uesperas audiendas mittuntur.

Ipse etiam Pater, prout necesse fuerit, xenodochia interdum uisit, ubi si quem inueniat, qui non sit adhuc confessus, ad confessionem inducat; quod saepe accidit. Nam etsi non desunt illic qui audiendis confessionibus uacent, non tamen frustra illuc se Pater confert; quandoque enim accidit, ut qui nemini alio confiteri uoluerit, ipsi id facere non recuset. Infirmos adhuc per alias domos curandae animae causa inuisit: inimicitias multas in amicitias et sua et aliorum opera uertit. Multi quoque concubinas, quarum causa per aliquot annos a confessione abstinuerant, demum relictis illis, hoc anno confessi sunt [1]. Idem quoque fecerunt qui, ob capitale inter se odium, confiteri per annos multos peccata noluerant, et qui ab uxoribus suis seiuncti non paucis annis uixerant, denique ad eas se redituros post factam peccatorum confessionem promiserunt.

Sed unum illud mihi imprimis mirandum uidetur, quod dextera Domini per ipsum P. Rectorem nostrum operata est superioribus diebus ante quadragesimam: fuit enim quidam in xenodochio S.ti Joannis aegrotus, qui, ut quidam dicebat, a multis annis egressus fuerat religionem *(sic)* ac diu pessimam uitam suam sub militis habitu ita duxerat, ut nullum prorsus in eo religionis uestigium amplius appareret. Hic igitur cum iam in morbum incidisset, et de confitendis peccatis quaesitus esset, neque id facere uoluisset, accitus tandem illuc Pater se contulit,

---

bore, Antoninus de Henricis et Stephanus, harum litterarum auctor. Postremi hujus cognomen ignoramus. Tantum ex POLANCO in *Chronici*, t. VI, accepimus eum hoc anno Tybure Magistro Petro Sylvio successisse.

[1] Sic periodus haec perspicue in ms.

quem statim ut uidit aegrotus, se libentissime ipsi confiteri uelle peccata inquit. Quod statim, propter instantis mortis periculum, non distulit: confessus itaque, ac pollicitus se, cum primum per ualetudinem posset, ad religionem unde discesserat rediturum, absolutus tandem, cito postea migrauit ad Dominum: jam quadragenarius erat, ut dicebatur, nec minus foetebat iam quatriduanus. Deo nostro semper sit gloria, cuius misericordiae non est numerus; non enim laetatur in perditione morientium, sed magis gaudet in conuersione peccatorum.

M.ter Petrus [1] docet plusquam centum discipulos, quorum doctissimi concordantias discunt et rudimenta memoriter: ipse quoque domi ediscendo grammaticam et componendo materiam aliquam latine uacat. Antonius uero et mendicandi et emendi, quae uictui necessaria sunt, curam habet. Antoninus quoque circa ea, quae ad coquinam pertinent, quotidie uersatur. Nonnunquam tamen et Antonius et Antoninus et ipse P. Rector M.tro Petro subsidium ferunt, cum nullum maius negocium tenent. Mihi quoque interdum laborem leuat idem ipse P. Rector, dum per horam singulis fere diebus partem discipulorum, quos ipse doceo inferiorem, examinat circa ipsorum compositionem, qui nostra sub disciplina sunt numero circa uiginti: quos omnes diebus saturni inter se disputare iubemus de rebus iis, quas per totam illam hebdomadam inter legendum notarint. Nulla mihi praeter hanc alia incumbit cura; neque hanc tamen solam tam sedulus curo, ut satis debito [2] mihi fecisse uidear: sed nec ipsa nobis in melius aliquando proficiendi spes defuit: contra me ipsum pugno, donec uincam.

Sed iam de templo nostro dicamus. Iam dealbatum est ex magna parte, ac cito erit, ut speramus, totum: locus, qui proximus est altari summo, lateritio pauimento substratus est, inde usque ad fornicem, qui est in medio templi, asseribus quoque complanatum est solum: astruentur simul sedilia, cum asseres fuerint siccati magis. Superioribus diebus hebdomadae sanctae D. ille Laurentius [3], R. P. T. notissimus, crucifixum donauit

---

[1] P. Petrus Pradene.

[2] Vox haec *debito*, si quidem ita scriptum est, atramento fere cooperta non satis apparet.

[3] Laurentius de Virilibus, quem vix dubium esse potest unum eumdemque esse cum Laurentio de Castello (*di Castello, del Castillo*). Vide POLANCI *Chronicon*, praesertim t. IV, pag. 23, n. 27 et annot. 3.

nobis altitudine circiter trium ulnarum cum dimidia. Altari summo, ut ipse voluit, imposuimus, et parietem a tergo nigro uelamine operuimus, unde magnam intuentibus excitat deuotionem. Idem quoque D. Laurentius linteum tegmen, quod supracoelum uocant, dedit, quod nunc ipsi altari imminet suprapositum. Candidum illud est, in medio habens nomen Jesu intertextum, una cum geminis utrinque angelis. Quam ob rem nunc multo maior est in templo nostro frequentia eorum, qui se illuc ad audiendum sacrum mane conferunt. Communicantium illic numerus frequentius esse consueuit uiginti octauo quoque die, licet plusquam triginta quandoque fuerint: speramus multo plures cito fore, praestante Domino. Maior fuit hoc anno populi ad templa omnia in hac urbe concursus, quam unquam fuerit a multis annis, ut dicebatur, propter iubilaeum tunc temporis a Summo Pontifice [1] huic urbi concessum. Neque etiam parum uidentur hominum hic mutati mores, ut magnopere Dominus laudandus sit: non enim audiuntur amplius tot blasphemiae, tot sexcenta alia mala, quae (ut audimus) in hac urbe aliquando inuenta sunt. Deo iterum gratias, qui plebem suam uisitasse uidetur.

Reliquum illud est, ut de R. D.ni Episcopi [2] urbis huius, nec non et Excellentissimi Gubernatoris ipsius [3] erga nos propensitate animi dicerem: sed iam tempus est, ut his modum imponam. Unum tamen hoc prius dixerim, nos cum ipsis, tum pluribus aliis ciuitatis huius primoribus, plurimum profecto debere. Quos omnes R. P. Tuae, nosque imprimis singulos, meque ante alios multo magis indigente, quam maxime commendamus, vt suis nos apud Dominum precibus ita sibi commendatos uelit, ut fieri inde cito mereamur tales, quales ipsa nos cupit in Domino, cui soli laus, honor et gloria per infinita secula. Amen.

Tyburi, die XI Aprilis 1556.

R. P. T. indignissimus in Xpo. filius,

Ex mandato R. P. Rectoris.

STEPHANUS.

---

[1] Paulo IV.

[2] Joannis Andreae Croce. Vide POLANCI *Chronicon*, t. IV, pag. 25, n. 31 et annot. 3.

[3] Tyburtinae civitatis gubernatores hoc anno fuere, a *Populi Romani Conservatoribus* electi, primo Angelus Paluzzi de Albertoni, et paulo post Hieronymus Altieri. GIUSTINIANI, *De' Vescovi et de' Governatori di Tivoli*, pag. 161-166.

CDLXXXVII

Georgius Mercato
Patri Ignatio de Loyola.
Syracusis, 20 Aprilis 1556 [1].

†

La gratia et pace di nostro Signore Jesu X.° sia sempre con noi. Amen.

R.do in X.° Padre.

Per osseruare il bono et solito costume della Compagnia, per il quale la R. V.a è auisata di tutte l' opere pie, le quale Iddio opera per li Padri della compagnia, m' ha parso cosa conueniente scriuere alcune cose, le quali Iddio ha monstrato nel principio di questo nouo collegio: et anchor che molte cose siano da scriuer', pur mi forzarò dire quanto più breuemente potrò, perche chi basteria mai dire quanta sia stata la constantia delli padri et fratelli in sopportar' le persecutioni volontariamente prese, le quale sono state tante ch' anchora non hauendo passato l' una, sopraveniua l' altra: et tanto più grande quelle sono state, quanto da huomini di magiore reputatione si excitauano: non si diceua altro per tutto se non che noi eramo sensuali et che cercauamo rendite et voleuamo vestirci di veste mole et mangiar et beuer' delicatamente, la vnde molti diceuano noi essere la causa [della pouertà] [2] di questa città, per la qual causa erauamo a tutti in odio; alcuni diceuano che noi ingannamo la gente, altri ci chiamauano ippocriti, superbi, et sopra tutto, del che pensano farci gran ingiuria, ci domandino Theatini; et questo non solamente li secolari, ma anchora li

[1] Autographae quadruplici folio, nn. 184-187.
[2] Vide infra, latinam harum litterarum versionem.

monachi, li quali hanno fatto grande resistentia al P. Rettore [1] per essortar' tutti alla confessione et communione. Vnde volsero prohibir' alle loro monache dell' tertio ordine che a noi non venissero a confessarsi, con le quale cose pensauano retinirse *(sic)* dalli soliti essercitii: ma noi ci ricordauamo di quello che dice l' Apostolo: *si Deus pro nobis, quis contra nos?* [2] Et però quanto più loro di noi diceuano male, tanto più ci rallegrauamo; ma pure non è marauiglia per che all' hora l' edificio spirituale è ben' fundato quando sta sopra la pedra della tribulatione et persecutione, et in quello si conosce esser' opera di Jesu X.°; et questo si dimonstra in tutti li luoghi ch' entra la Compagnia, per che mai li manca persecutione; ma poi il Signore che dispone suauemente di tutto, ne caua grandissimo frutto del santo suo seruicio et agiuto dell' anime: imperoche questo successiuamente in questa città è successo che quelle persone che mormorauano contro di noi, hora ci defendino, et quelli che contradiceuano al frequentare li santi sacramenti della confessione et communione, ora li frequentano, li lodano, et animano li altri a questo bene per li frutti che dicono che loro sentono nella reformatione della vita loro.

Quando incomminciò a predicare il R.do P. il Padre Philippo Cassino, il quale nel mese di Marzo del 1555 [3] fu mandato Rettore di questo collegio, incomminciò a predicare nella madre chiesia, acciò si manifestasse l' opera del collegio et per tirare il populo alla nostra chiesia di Sto. Joseph, la qual cosa fece con grande satisfattione. Si marauigliaua la città che fuora della quadragesima si predicasse, il che qua non era solito; ma quando incomminciorno a gustar la parola d' Iddio, è cresciuto il numero dell' vditori, li quali alcuna volta erano tanti, che impiuano la strada. Molte volte è uenuto alla predica l' Illustre Sr. Suero di Vega con li jurati et magistrato della città, et molto si sono mossi a deuotione. Anchora delle donne vengono alla nostra chiesia molte signore di qualità, le quali non solamente vengono alla predica, ma anchora si confessano con li padri del collegio, per l' admonitioni delli quali fanno molte buone opere. Queste, vedendo la moltitudine delli poueri, sono

---

[1] P. Philippus Cassinus.

[2] Rom. VIII, 31.

[3] "Sub initium Aprilis." POLANCUS in *Chronico*, t. V, pag. 221, n. 637.

andate domandando l' eleemosina per quelli di casa in casa, et essortauano tutti all' opere della misericordia. Mirabile è la mutatione di queste gentil donne, ch' hanno lassato l' ornamenti loro et che si sianno messe in abito abietto et basso, et questo mediante la continuatione delle prediche doppo la gratia diuina.

Grande è l' amore de tutti verso il Padre nostro Rettore per molte cause et principalmente perche non sparagnia *(sic)* trauaglio alcuno per la salute dell' anime; vnde fu chiamato da certi confratri della charità, quali hanno vfficio di confortar' quelli ch' hanno di morire per giustitia, et hauendosi da giustitiare vn soldato di qualità, li detti confratri chiamorno il Padre per esser' agiutati, per che non si poteua ridurre alla confessione; et cossì il detto Padre andò, per la presentia del quale si consolò assai il soldato, si comminciò a disponere a confessarse. Il detto pregò il Padre che non l' abandonassi. Vnde tutta quella notte stette con lui et smorzati li lumi fece vn sermone della passione di Jesu, del quale molto si commosse a compuntione, perche subito si spogliò, et acerbamente si disciplinaua, la qual cosa vista, l' altri fecero il medesimo. La mattina il Padre, per gli preghi del soldato, celebrò la messa della Madonna; dopoi quello accompagniò fin allo luogho della morte: la qual cosa molto edificò tutta la città: et tuttavia sta molto contenta dell' opera del collegio, la qual cosa molte volte l' ha dimonstrato, vnde sono alcuni che dicono Syracusa hora incomminciar a esser' città: il che più si moueua a dire per il felice successo delli studii, alli quali il mese di Nouembre dettimo principio.

Puro alli 20 d' Ottobre si feci vn' oratione publica nella madre chiesa, alla quale furono presenti il Sr. Suero di Vega, il magistrato, et li Dottori et medici della città et molti monachi di tutte le religioni, che qua sono; furono anchora li maestri de la città, emuli nostri; puro per la gratia del Signore tutti stetero satisfatti. Nel medesimo loco quello giorno si possero molti versi greci et latini, della qual cosa molto si rallegrorno li cittadini. Il che demonstrorno il sono delle campane, et delli masthji [1] et organi, finita l' oratione, il che fu vn grand applau-

---

[1] Sic; *mastii;* infra, latine *bombardae.* Verum, quia emendatum est, legi etiam posset *mascli,* quae vox valde accedit ad catalaunicum *mascles,* quod idem significat.

so: oltra di questo grande fu la congratulatione delli dottori et gentili huomini al Sr. Suero, ringratiandolo ch' haueua fatto venir' questo collegio tanto vtile a questa città.

Dipoi alcuni giorni, per dar principio alle lettioni, si fece vn' altra oratione in laude della lingua greca, la quale s' haueua di leger', alla qual lettione vennero molti dottori et maestri, li quali, doppo che venimo, dettero licentia alli loro scolari. Quel giorno si sono recitati all' Ill.re S.re Suero et allo magistrato molti versi: per la qual cosa sono venuti molti scholari, figliuoli di dottori et di gentili huomini, delli qual' alcuni grandemente desiderano intrar' in la Compagnia.

Tutti li cittadini sono affettionati verso il collegio perche vedeno gli figliuoli esser' tanto bene insegnati et che tanto volentieri et spesso si confessano, et perche mai si vedino otiosi; imperoche gli giorni di lauoro legghiamo nelle scuole, le feste et le domeniche andiamo alle perrochie della città, et là insegnamo li figliuoli la dottrina Xiana., alla quale lettione sono constretti venire tutti, di sei anni sina a XV, per il commandamento di Sua Ecc.a [1]. Vengono anchora molti huomini et donne a intendere la dottrina Xina., la quale cantano li figliuoli, la qual cosa molto a commosso tutta la città in beneuolentia del collegio. Sogliono anchora gli fratelli andar a predicar' alle Abbatie di monache, et ciò con grande satisfattione. Vnde molti marauigliati ci chiamano cauaglieri di X.o, altri ci assomigliano all' Apostoli per li essercitii che si demonstrano; del tutto sia ringratiato il Signore, dal qual procede ogni bene.

Questa quadragesima il giorno di Sto. Joseph, al quale è dedicata la nostra chiesia, il R.do P. Philippo predicò, come anchora tutti li altri giorni della quadragesima: gli fu presente l' Episcopo [2], molti dottori, et il magistrato, et restorno tutti molto satisfatti: si recitorno quello giorno molti inni et epigrammati grechi et latini: si fece anchora vn' oratione, la quale recitò vno scolaro in laude di Santo Joseph, dalle qual' cose molto si rallegrò il Vescouo et tutta la città per veder' queste

---

[1] Intelligendus hic videtur non Suerus de Vega, Syracusanae civitatis praefectus, sed ejus pater, Joannes de Vega, totius Siciliae Pro-rex, qui hanc legem, ut christianae doctrinae cognitionem promoveret, tulerat. Vide Polanci *Chronicon*, t. v, pag. 185, n. 533.

[2] Hieronymus de Bononia.

cose nuoue: si messero anchora molti versi in publico. Il medesimo quasi si fece il giorno di Sto. Thomas d' Aquino nella chiesia di Sto. Domenico, dil che molto ne restorno contenti, alle quale cose non fu presente l' Ill.tre Suero di Vega per non si trouuare nella città. Pur non si potrebbe dire quanto amor' porta verso tutti quelli del collegio, per che rari sono quelli giorni che lui non viene a visitarci: mangia anchora molte volte con li padri et fratelli senza cerimonie seculare. Parlando lui alcune volte col R.do P. Filippo, Rettor' nostro, della vanità del mondo, gli disse che l' haueua molto in abominatione, et che desideraua lassarlo, et che non sarebbe male che poi che ha fatto il collegio, entri in quello, et gli ha con molta instantia pregato che faccia oratione per lui, acciò lassi il mondo et entri in questa santa Compagnia, nella quale non vol far' altro officio che la cucina et le cose vile et basse. Lui ora continuamente, studia, et gli va un fratello ogni giorno a legger', et si porta con lui in tanta humiltà che fa marauigliar a tutti.

Monsignor Rmo. di Saragoza porta anchora grande amore al collegio, per che oltra d' hauer' dato al collegio la chiesia, et il sito, et alcuna casa di quello, ha procurato alcuna parte della rendita, ha agiutato d' alcuna buona eleemosina: oltra di questo ha scritto per tutta la diocesi de la fundatione di questo collegio, acciò che tutti venghano a studiare in esso. Ora tratta dell' accrescimento della rendita, per accrescere da 118 a 200 vncie; si pre[sta] anchora gli suoi libri et ci offeriscie qual si vog[lia] fauor' et agiuto. Laudato sia il Signore che tanto buon animo ha dato a tutti verso l' opere sue.

Adesso non scriuo altro alla R. V. per non esser' troppo longo, se non che tutti gli padri et fratelli molto si ricomandano alle sante orationi et sacrificii di V. P. acciò il Signore si degna accrescere la sua gratia in tutti noi, acciò possiamo far' la sua santa voluntà.

Da Siracusa, a li 20 di Aprili del 1556.

Della Reuerentia V. indigno seruo in Xpo.,

Georgio Panormitano [1].

---

[1] Sic, cognomine non expresso; verum vix dubitandi locus est quin ille sit Georgius Mercato, quem anno praecedenti Syracusas missum ait Aguilera, *Ortus et res gestae Provinciae Siculae Societatis Jesu,* cap. iv, n. xxvii. Vide Polanci *Chronicon,* t. v, pag. 221, annot. 4.

Superscriptio in octava pagina: † Al molto R.do in X.o P., il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia de Jesu, in Roma.

Alia manu: 1556. Siracusa. Di Giorgio Palermitano a 20 d' Aprile. R.ta a 13 di Maggio. Q. S.

Vestigium cerae sigilli.

Praecedentium Georgii Mercato litterarum latina versio [1].

† IHS M.a

Gratia et pax Domini nostri Jesu Xpi. sit semper in cordi bus nostris. Amen.

R.de in Xpo. Pater.

Vt consuetum et optimum Societatis morem, quo de omnibus pietatis operibus R. V.tram certiorem facere consueuit, obseruaremus, *quae Deus opt. max. per Patres Societatis operatur* [2], expedire visum est, si, quae hic Deus principio huius recentis collegii ostenderit, scriberemus. Et licet multa sint, quae scribi possent, conabor tamen, quoad fieri poterit, breuitatem *praestare.*

Quis enim vnquam modum his literis inueniat [3] qui sciret quanta fuerit Patrum ac fratrum constantia in iniuriis aequo animo ferendis, quae tot et tantae fuere, vt aliae atque aliae *semper illas praeteritas accederent. Itaque nunquam (quamuis immerito)* [4], quod nobis obiiceretur, deerat. Atque eo maiores *in nos* insectationes fuerunt, quo a maioris sanctitatis, vel existimationis saltem sanctimoniae, viris commouebantur. Non

---

[1] Autographae quatuor foliis, nn. 182-184, quarto folio non numerato. Quae a Polanco vel deleta vel emendata sunt, *italicis* characteribus in textu indicantur; emendationes vero in annotationibus reperientur.

[2] *quae Deus per Patres Societatis operatur* addidit Polancus.

[3] *retinere, quamuis difficile quis* modum literis *inueniret.* POLANCUS.

[4] *subinde illatae praeteritarum obliuisci facerent;* nunquam (quamuis *omnino* immerito). ID.

aliud hic passim ab omnibus ferebatur (et maxime ab his, quibus vulgus non mediocrem fidem adhibebat), quam nos *sensuales* [1] esse et qui redditus quaereremus: praecipuum nostrum studium in hoc collocatum, vt mollibus indueremur, laute et opipare epularemur; vnde inopiam et huius ciuitatis miseriam (qua hi ciues maxime opprimuntur) ex nobis prouenisse clamitabant. Quo fiebat vt omnibus essemus odio, paucique admodum essent, qui nos toruis oculis non respicerent. Ad haec *nos plebem seducere* non verebantur in os nostrum dicere [2]: quin et ipsi monachi, nedum seculares, nobis summo conatu resistere nunquam desistebant, a quibus contra vulgi rumores nos defendendos *non absurdum erat sperandum* [3]. Illi ergo imprimis R. P. Rectori [4], frequentanda esse sacramenta ecclesiae suadenti, magnis viribus restiterunt. Quid quod et ipsis tertii ordinis habitum gestantibus foeminis interdixerunt, ne huc ad confitendum accederent? *Quid plura?* [5] Ab iisdem palam superbi, hypocritae nominamur, quibus uerbis nos a quotidianis exercitiis perturbari posse existimant; sed recte meminimus quod dixit Apostolus [6]. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Quo fit, vt eo maiori laetitia afficiamur, quo maiori nos aliis uidemus esse ludibrio: nec hoc quidem est admirandum; nam tunc spiritalis domus firmum *est aedificium* [7], cum supra firmam *tribulationis* [8] petram iactum est. Atque in hoc Dei opus esse cognoscitur. Quod [9] omnes, quas vnquam adiere Patres Societatis, ciuitates testantur: omnia *enim* [10] collegia a persecutionibus sumpserunt initium. Verum postea Dominus disposuit omnia suauiter, et malas de nobis conceptas e mentibus hominum opiniones euulsit. Quod nobis usu venisse quis non videt? Siquidem vbi veritatem coeperunt indagare, et rem vt sese haberet cognoscere, quicquid odii in nos *conflauerant* [11], deposuerunt: et quo nos

---

[1] *delicatos*. Polancus.
[2] *quod plebem seduceremus* addidit Polancus.
[3] *sperandum erat*. Polancus.
[4] P Philippo Cassino.
[5] *Demum*. Polancus.
[6] Rom. viii, v. 31.
[7] *fit fundamentum*. Polancus.
[8] *afflictionum*. Id.
[9] Quod *fere*. Id.
[10] *que propemodum*. Id.
[11] *conceperant*. Id.

antea *capitaliori* [1] odio, hoc incredibiliori amore nos modo prosequuntur: qui nobis prius detrahebant, nunc nostrum acerrimi sunt defensores; quique negabant frequentanda sacramenta, puta confessionem et communionem, nunc maximo animi ardore non solum illa ipsa frequentant, sed alios etiam ad idem cohortantur. Verum ne quod primo fuerat dicendum omisisse videamur, quale habuerit hoc collegium exordium, paucis accipe.

Principio enim R.dus P. Philippus Cassinus, cura et precibus Illustris [2] Sueri de Vega (qui huius ciuitatis est praeses), mense Martii 1555, vt Rector huius noui collegii esset, missus est: hic statim in summo templo incoepit concionari, vt opus hoc *conducibile* [3] futuri collegii omnibus innotesceret, et quo simul omnes huius vrbis incolae omnia, quae a nobis in eos essent collocanda munera pietatis agnoscerent. Quod noster P. Rector magno omnium applausu *praestauisse* [4] neminem latet. Mirabatur vniuersa ciuitas quod extra tempus XL.mae [5] esset qui populo concionaretur. Erat enim hoc nunquam antea visum. Vbi vero populus (cui nescio quid pietatis supra caeteros siculos a natura videmus insitum) fructum, qui ex Dei sermone procedit, coepit praegustare (*mirabile* [6] dictu), vsque adeo creuit hominum multitudo, quae ad conciones *P. Rectoris* confluebat, vt cum tantae turbae templum capax non esset, cogerentur homines extra templum stare, quos tot aliquando fuisse vidimus, vt transeuntibus transitus occluderetur. Saepissime Illustris [7] Suerus, qui author est, vt Paternitati V. non latet, huius Collegii (si illum vnum omnium bonorum authorem excipiamus), et reliqui huius ciuitatis rectores affuerunt concionibus, ex quibus non nisi magnis cum lachrymis discesserunt. Quid de aliquot nobilium mulierum admiranda pietate recenseam? quae R.di P. *Philippi* [8] adeo commotae sunt sermonibus, vt non sumptuosas solum vestes et reliquos corporis ornatus deponerent, verum etiam, quod hic nunquam fuerat visum, fuerunt nonnullae, quae, omni

---

1 *magis capitali.* POLANCUS.
2 *viri* addidit. POLANCUS.
3 *perutile.* ID.
4 *praestitisse.* ID.
5 Quadragesimae.
6 *mirum.* POLANCUS.
7 *Dominus* addidit Polancus.
8 *Rectoris.* ID.

deposito pudore, in pauperum subuentionem ostiatim eleemosynam petere non vererentur. Imo vero caeteras mulieres ad idem opus misericordiae adhortarentur. Difficile dictu quanta sit facta tam breui tempore omnium immutatio, nam quae quondam pompas et huius fallacis mundi illecebras sequebantur, nunc, his omnibus contemptis, tantum, quae ad animae salutem pertinent, diligenter *perquirunt* [1]. Tantae praeterea est existimationis P. Rector omnibus ciuibus, vt ad illum in rebus arduis tanquam ad asylum, post imploratam opem diuinam, confugiant: *quo fit vt* [2] confratres, quos dicunt charitatis, qui id oneris assumpserunt, vt eos consolentur, qui criminum causa [3] poenas luunt. Cum enim quidam non vilis conditionis miles esset suspendendus, cumque non posset ad veram peccati cognitionem reduci, accersitus est praedictus Pater a confratribus charitatis, vt tanta in re illis esset adiumento. Illico Pater eo se contulit, cuius aspectu non mediocriter refectus est miles, et statim Patris monitis ad confessionem animum, et ad ipsam mortem, preparauit: hic postea Patrem supplex, ne se relinqueret, rogauit. Quo *fit* [4] vt ea nocte cum reo manserit in carcere, vbi diuinum officium cum reliquis sacerdotibus recitauit, quo absoluto, extingui iubet lumina, atque sermonem fecit, quo admirandum dominicae passionis beneficium explicauit, et hoc magnis cum lachrymis [5] et illorum omnium, qui aderant: vnde et ipse reus cum quanta pro se Xpus. esset passus, audiuisset, non solum eius amore et propriorum criminum causa mortem aequo animo ferebat, sed illico se vestibus exuit, et flagellis corpus affligere non cessabat: quo viso, idem omnes fecerunt. Rogauit deinde miles ille Patrem, vt sacrum Beatae Mariae mane celebraret, quod illi Pater non denegauit. Tantus erat amor, quo erga Patrem ferebatur, vt nonnisi illo praesente mori voluerit. Vnde Pater illum, donec spiritum emisisset, non dereliquit; quod malam de nobis suspicionem e populi animo eripuit. *Quo uiso*, multi conciones coeperunt frequentare, et piorum hominum non mediocriter auctus est numerus. Atque vniuersae ciuitatis amor in nos admodum creuit.

---

[1] *consectantur.* Polancus.
[2] *etiam ipsi.* Id.
[3] *capitis* addidit Polancus.
[4] *factum est.* Id.
[5] *suis* addidit Polancus.

Quem et auxit foelix studiorum nostrorum successus, quibus (vt de illorum ratione aliquid dicamus) mense nouembris post Sanctae Catharinae festum dedimus initium. Verum habita fuerat antea oratio publica in summo templo sub finem mensis Octobris, ibique affixa fuere plurima variorum *generum carmina* [1] tum graeca, tum latina. Affuerunt orationi Illustris D. Suerus de Vega, et magistratus ciuitatis, vicarius, omnes theologi, et plurimi omnium religionum monachi, ipsi etiam praeceptores, qui nostro labori non cessant obstrepere; *quae* [2] non mediocriter omnibus placuit, *quod recte* [3] totius populi applausus declarauit; *absoluta enim oratione* [4], magnus auditus est bombardarum strepitus, campanarum, necnon organorum sonitus, quibus admirandam laetitiam, quam mente conceperant, explicabant. Ad haec omnes doctores et praecipui ciues Illustri D. Suero arridentes, maxime congratulabantur. Post aliquot vero dies, festo videlicet Sanctae Catharinae, habita est et altera oratio in graecae linguae laudem, quae erat publice legenda, in cuius studium plurimi doctores, et praeceptores etiam, quorum disciputi omnes ad nos pene venerant, animum appulerunt. Recitata sunt et eo die a quibusdam adolescentibus praesidi Suero et magistratui plurima epigrammata. Quo fit, vt multorum doctorum et virorum nobilium filii ad nostras scholas venerint, quorum aliqui Societatem ingredi vehementer exoptant; nec exoptant solum, sed etiam maximeque perquirunt. Discipulorum autem in dies augetur numerus.

Omnes huius vrbis incolae erga Patres et fratres huius collegii sunt valde affecti, quod videant pueros bonis moribus institutos, quique tam libenter singulis mensibus confiteantur; sed magis quod nunquam nos ociosos potuerint offendere. Profestis enim diebus in scholis publice legimus, diebus uero dominicis et festis in statuta quaedam templa conuenimus, quo omnes, qui decimum quintum annum non egerunt, ire tenentur, vbi quid xpiana. doctrina praecipiat docemus, ad quam lectionem multi viri et non paucae mulieres venire consueuerunt; solent etiam fratres in *abbatiis* [5] ad moniales concionari

[1] *carminum genera.* POLANCUS.
[2] quae *oratio.* ID.
[3] *vt.* ID.
[4] *ea enim absoluta.* ID.
[5] *monasteriis.* ID.

Quae omnia mirum in nos amorem populi conciliarunt; qui quidem tantus est, vt nos xpi. milites, immo Apostolos, vocant. Hac quadragesima, die S.ti Joseph, cui nostrum templum dicatum est, R.dus P. Philippus (vt singulis etiam quadragesimae diebus) concionatus est; affuerunt concioni multi doctores et nobiles viri, magistratus ciuitatis, et ipse etiam Episcopus, quibus omnibus illa non mediocriter placuit: recitati sunt et plurimi hymni et epigrammata, tum graeca, tum latina, a pueris: habita est et oratio a quodam adolescente in laudem Diui Joseph: quibus omnibus praesul et omnes, qui huc conuenerant, admodum laetati sunt, quod a nostris discipulis aliquod futurae eruditionis specimen praeberetur. Idem in templo Diui Dominici, die Angelici Doctoris Thomae Aquinatis, actum est. Sit Deo honor et gloria.

Dici vix potest, R.de Pater, quanto nos amore Illustris Suerus prosequatur, quem saepe declarauit, et singulis diebus apertius declarat. Quotus enim quisque dies est, quo nos ille visum non veniat, domestice etiam cum fratribus comedat? Quid quod Societatem ingredi mundumque relinquere vehementer desiderat? neque enim putat esse factu difficile vt, constructo collegio, illud ingrediatur; vbi hunc sibi vellet concedi honorem, quo nihil praestabilius existimat, vt fratribus inseruiret. Huius etiam ciuitatis R.mus Praesul [1], quis verbis posset consequi quam sit erga hoc collegium affectus? siquidem, praeter ecclesiam et situm collegii, non mediocri opitulatus est eleemosina: ad haec nobis libros accommodat, et omnia sua hilari animo offert, atque diligentissime curat vt in praecipuis huius dioecesis ciuitatibus Societatis collegia construantur.

Haec sunt, R.de Pater, quam breuissime fieri potuit, quae scribenda censuimus, licet multa, breuitatis causa, sint omissa. Nunc autem omnes huius collegii Patres et fratres Paternitatis Vestrae orationibus se magnopere commendant. Vale.

Datum Syracusis, XII Calend. Aprilis [2] 1556.

Reuerentiae Vestrae indignus seruus,

Georgius Panormitanus.

---

[1] Hieronymus de Bononia.

[2] Sic perspicue in Ms., manu ipsius Georgii. At certum fere est dormitasse hic bonum Georgium et loco *Maii* scripsisse *Aprilis*. Nam 1.° italicae litterae datae certo

Superscriptio in octava pagina: † Admodum R.do in X.o Patri M.tro Ignatio de Loyola Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556. De Siracusa. Quadrimestres XII Calend. Aprilis. Emendata et An. Q V.

Vestigium cerae sigilli.

In ima parte septimae paginae haec leguntur: Fiorenza, Ferrara, P.e Franc.o, Parigi, Fiandra, Ingolstadio, Perugia, P.e Fran.co [1]

CDLXXXVIII

Jacobus Puellas,
Ex commissione Patris Christophori Rodriguez,
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 20 Aprilis 1556 [2].

†

Muy R.do en Christo Padre.

La gratia y paz de Christo sea con V. P. y con todos. Amen.

Con la presente daré auiso á V. P. breuemente de las cosas más señaladas, que el Señor se ha dignado obrar por medio de los padres y hermanos deste collegio de Gandía.

Y començando por las communes, sepa V. P. cómo por órden del P. Francisco [3] predicó la quaresma passada aquí en Gandía el P. Gouierno [4], los domingos y fiestas en la Seo [5], y

---

sunt 20.a Aprilis. 2.o In his narrantur quae die Sancti Joseph, scil., Martii 19.a, Syracusis gesta sunt, et vix credibile est Georgium, qui humaniores litteras docebat uno die has litteras exarare potuisse; praesertim si, ut fieri solebat, superiores lingua ipsi vulgari primo confecit easque deinde in latinum convertit.

[1] Vide supra, pag. 56, annot. 1.

[2] Autographae duplici folio, nn. 459 et 460.

[3] P. Franciscus de Borja.

[4] P. Michaël Govierno.

[5] In sede, seu primario templo. Vide supra, t. I, pag. 742, annot. 1.

[1] Autographae unico folio, n. 406
[2] P. Alphonsus Lopez.
[3] P. Gundisalvus Pertusa.
[4] Dr. Alphonsus Ramirez de Vergara.

al teniente cura, donde estuuo hasta despues de pascua: predicaba los domingos y fiestas á la missa, y cada noche la doctrina christiana, acabando la salue. Tambien salió el P. Licenciado antes de quaresma á vn lugar vnos pocos dias á instancia de vn clérigo, grande amigo nuestro: vbo grande mouimiento, y se hizo mucho fructo: entiende en hazer amistades, y por la gratia del Señor se han concluydo algunas bien difficultosas.

En nuestra iglesia no falta el ordinario exercicio de los sacramentos y es mucho, segun está tan apartada y á trasmano de todo el concurso de la ciudad, por el qual inconueniente no se haze en ella la doctrina christiana y sermones ordinarios que se podrían hazer, y se hazen en otras iglesias, donde occurre el auditorio; todavía los que toca el Señor no lo tienen por trabajo, y ha auido algunos exercitantes y confessiones generales. Por todo lo que se haze bueno sean dadas infinitas gratias á la infinita bondad de Jesu Christo bendito, nuestro Dios y Señor, author de todo bien. Él por su infinita misericordia nos dé su sancto spíritu para que en todo acertemos en el cumplimiento de su sanctíssima voluntad, amen.

De Cuenca y de abril 29, año 1556.

De V. P.

Hijo indigníssimo y sieruo en Christo,

P.º de Falces.

Alia manu in altera pagina: 1556. Cuenca. Quadrimestres de 29 de Abril.

CDXCIV

(Antonius de)? Rueda
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 30 Aprilis 1556 [1].

IHS

R.de in X.o Pater.

Gratia et pax Christi.

Obedientiae morem gerens, V.tram Paternitatem certiorem reddam de his omnibus, quae his quatuor mensibus acta fuere, quorum multa adeo praeteritis similia esse apparent, vt fere in idem coincidere videantur. Nos etenim omnes vigesimum octauum numerum explemus, nouem videlicet patres, et undeuiginti fratres. Vsque adhuc (Dei nutu) mediocriter valuimus, ita vt, nullo ingruente morbo, a solitis exercitiis praepediti fuerimus: fratres vero iam alacres mortificationibus et regularum obseruatione induti, quasi quibusdam aculeis ad virtutis calcem *(sic)* peruenire properant: literarum exercitationem continuo fieri curatum est, ac etiam conclusiones istarum facultatum singulis quibusque dominicis diebus habitae sunt, quadragesimae tempore dempto, quae *(sic)* tantum priuatim factae sunt, patris cuiusdam gratia, qui diebus dominicis doctrinae christianae erat verba facturus; id autem primo in ecclesia nostra, sed tanta populi multitudo confluxit, vt postea demum necessum fuerit alibi prosequi, vbi semper magnus hominum coetus conuenit, cui vehemens intercessit affectio, licet etiam ipsa hora

[1] Autographae duplici folio, primo n. 367, altero non numerato.

egregii et praecipui ciuitatis concionatores sermonem facerent. Vnde manifeste liquet Dominum nostrum omnium animos ad confessionem impulisse, quibus vehementer et obnixe aduer sarius noster obsistebat.

Praedictus pater concionatus est etiam quadragesima in quodam monialium monasterio, et in oppido, huic ciuitati proximo, primogeniti [1] Comitis Monte Rei [2], qui quidem nos magno amore prosequitur, et non solum ei, sed eius familiae frugem magnam fuisse factam credimus, ob idque maxime quod sacerdos quidam, bonis literis moribusque ornatus, qui curam illius populi gerebat omnesque patres hospitio excipiebat, summis votis efflagitat recipi, brevique ei concedendum credo; quamuis enim multa sibi obiecta, vt fieri assolet, omnia tamen procliuia esse ei apparent. Hac etiam quadragesima sermones habiti sunt in carcere et aliis proximis oppidis, quibus quamplurimi nostrae Societati affecti sunt.

Hoc temporis curriculo fuit a diuinis imposita cessatio in ciuitate; quapropter patres necessitate compulsi fuerunt in ecclesia procul ciuitate diuina peragere mysteria; ingens quippe labor, sed hoc dignum admiratione esse judico, quamplures vel hoc labore ad confessionem concurrere. Eorum, qui domi assidue confitentur, centesimus fere numerus esse creditur: eorum autem, qui vnaquaque hebdomada sacram eucharistiae communionem participant, quinquagesimus, vel saltem quadragesimus, censetur. Praedictorum centum, octoginta sunt scholastici: reliqui autem, huius vniversitatis ciues et oriundi. Fiunt etiam aliquae confessiones illustrium et optimatum, atque etiam aliquae confessiones generales eorum vltra qui exercitia spiritualia fecerunt, et aliorum insignium casuum, vbi Dominus noster suam ineffabilem misericordiam patefecit, aliquorum miseras peccatis obrutas animas ad magnum virtutis profectum traducendo, et quasi ui quodam modo trahendo; inter quos vnus sane annumeratur, qui (quod mirum est) triginta annos nunquam confessus est, vel si forsan aliquando, id in maximam sui perditionem fecerat.

Aliqui patres propter delicta ad ultimum suplicium damna-

---

1 Hieronymus de Acebedo.

2 Alphonsus de Acebedo et Zuñiga. Vide t. III, pag. 24, annot. 9.

tis adfuerunt, id potissimum et obnixe conantes, vt foelicem vltimum clauderet quisque diem; similiterque omnibus, maxima populi satisfactione, cui ministerio vehementi desiderio patres fratresque expostulantur.

Patres etiam huic operi aliquando vacant, reducendi scilicet aliquas meretrices, quae publice prostant, ad poenitentiam, et vt Deo, religioni addictae perpetuo vitam degant, quibus solum quoddam monasterium designatum est. Modus autem, qui cum eis seruatur, is est: primo namque exponuntur in domo cuiusdam mulieris, oratione *(sic)* satis prouectae: inde singulis diebus in nostram ecclesiam adducuntur, vbi eis ordo et modus traditur confessionem generalem faciendi, et oratione aliquo modo instruuntur. Ac proinde quamplures in hoc monasterium tanquam in tutissimum asylum reductae atque receptae sunt: quae omnium expectationem ita vincunt, vt maximam religionem et poenitentiam redolere videantur. Contradictione vel reclamatione quorumdam patrum, beneuolentiam et affectionem proximorum extinctam esse aliquo modo non existimamus: id inde liquet quod duo praecipui proceres in domo nostra confessi sunt; quorum alter rectoratus dignitatem obtinuit, alter autem insignium, qui hic degunt; licet ambo cum Patre Magistro Cano [1] circa res Societatis versati fuerunt, adeo ut vnus in eius opinionem suis rationibus pene adductus, et quodam modo prolapsus fuerit.

Hoc tempore missus est quidam pater, mediocri literatura praeditus, in collegium, quod comes Monte Rei suo municipio construit.

Venit huc frater quidam; reliqui autem iidem, qui quadrimestri proxima scripti fuerunt [2]; ac propterea de eorum qualitatibus verbum non amplius addam, quippe quod fusiori sermone ibi recensitae sint; eorum, qui theologicae facultati operam nauarunt, quatuordecim sunt; summulistae [3] autem et logici sex.

A vestra igitur paternitate vehementer exoramus vt Deo optimo maximo nos omnes commendet, vt eius ignito amore

---

[1] P. Melchior Canus, O. P.

[2] Periisse hae videntur.

[3] Scholares, quibus *Summulae*, seu compendia philosophica traduntur. DU CANGE, *Glossarium*.

flagremus: id ipsum exposcimus a patribus fratribusque nostris in X.° charissimis, qui ibidem adsunt.

Salmanticae, pridie Kalendas Maii 1556.

Indignus filius,

Rueda [1].

Superscriptio in quarta pagina: † Jhus. Al muy R.do Padre nuestro en Xpo. el P. M.° Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Salmantica Quadrimestres 30 Aprilis.

Manet vestigium cerae rubrae sigilli.

CDXCV

Franciscus Adornus
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 30 Aprilis 1556 [2].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

La summa gratia y amor de nuestro Señor more de continuo en nuestras ánimas. Amen.

Para complir lo que V. P. nos tiene mandado acerca del screuir de 4 en 4 meses lo que el Señor por su bondad se dina obrar por estos sus hijos, en esta breuemente le daremos cuenta destos últimos 4 meses pasados; é primeramente hablando de

---

[1] Videtur esse P. Antonius de Rueda, qui anno praecedeti Salmanticae Societatem est ingressus.

[2] Archetypae duplici folio, nn. 547 et 548. In iis alia manus epistolam exaravit, alia postrema verba, *de Coimbra.....—Odorno;* haec autem certe non est Francisci Adorni, sed ejus qui versionem latinam, mox a nobis transcribendam, subscripsit, scilicet, Antonii Andrade.

los hermanos, el proceder dellos es en los exercicios, que V. P. para mayor gloria diuina y prouecho de sus ánimas escogió, y en la obseruancia de las reglas a auido mucha diligentia con nueuos medios para ello, hasta muchos estudiarlas de cor [1]. En esta parte mucho nos edifica el buen exemplo de los hermanos, que, estando aún en la probacion, estudian; los quales con modestia y otras señales de virtud dan esperanças que á su tiempo darán el fructo que dellos sespera muy copioso. El hablar dellos, así en sus reposos [2], como quando pueden con licencia, es de la obseruancia y perfection de sus reglas, de la sancta obedientia, á la qual procura nuestro P. Rector [3] afficionar todos los que entran en la Compañía. Algunas cosas de mucha edificacion acontecen entre ellos á este propósito, que no scriuo por ser muchas, y creo que esto en todas las casas y collegios de la Compañía es acostumbrado.

El exercicio del studio tambien se continúa con mucha diligentia y no ménos provecho: los theólogos y artistas, y tambien humanistas, tienen todos los exercicios de letras que para aprouechamiento son necessarios: serán entre todos 30, y muchos de buenas abelidades así los teólogos como los demás.

Los studios de nuestra schuela por la bondad del Señor proceden con tanto augmento y satisfacion de todos, que es para alabar al Señor, porque el que más nos parecía difficultoso al principio, y que más areceláuamos, nos sucedió mejor de lo que osáramos pidir, porque nuestros maestros leen con tanta satisfacion y con tanto aprouechamiento de los studiantes, que se oluidan de los pasados, y aun osan preferirlos á ellos: y los discípulos tambien, cuya soltura y demasiada libertad areceláuamos, hallamos muy blandos y muy subiectos á los maestros: de manera que con el castigo, confessiones á lo más tarde de cada mes, y sermones, están muy mansos y mudados: y si alguno ay que merezca castigo, por noble que sea, tómalo con mucha quietud. Está el stilo del Collegio tan otro de lo que era dántes, que es para mucha gloria del Señor.

Los preceptores continúan las doctrinas que hazen los vier-

---

[1] De cor, id est, *memoriter*, hispanice *de memoria*, olim etiam *de coro*, et *decorar*, ut paulo infra in his ipsis litteris.

[2] *Reposo* hic est *recreationis tempus*, quod hispanice etiam dicebatur *quiete*.

[3] P. Leo Enriquez.

nes, de las quales se saca mucho fruto, porque los juramentos se van quitando, y dizen los preceptores que se pasan meses sin castigar por ello: y esto no procede por no se acusar vnos á otros, que al principio lo hazian, y aora tambien lo hazen, sino paresce que la mala costumbre se va por bondad del Señor quitando. La modestia tambien en la yglesia y por las calles se va en ellos introduziendo, de manera que son conoscidos los nuestros studiantes entre los de la vniuersidad por su modestia. Muchos dellos, y nobles, y que ya son graduados en artes, traen delante sus rosarios y rezan en la misa con quietud y sosiego esterior.

Todos se confiessan cada mes, y cada uno tiene, quanto es possible, su confessor: muchos se confessan cada 15 dias, y otros, que más se dan á las cosas del Señor, cada ocho dias comulgan y confiessan: y estos, allende de ser señalados en virtud entre los otros, tambien lo son en letras.

Oyen en el Collegio, de diuersas religiones, hasta 30 frailes: todos están muy bien con sus maestros y muy contentos, mostrándonos mucho amor: los preceptores vsan con ellos de mucha facilidad en todo, de manera que están muy edificados.

De los que aprenden á leer y escreuir, que son acerqua de 300, tenemos mucha esperança de virtud, porque se crian con la leche del temor de Dios, decorando [1] la doctrina muy perfectamente, de manera que la enseñan en sus casas: vienen sus padres llorando de ver sus hijos criados tan santamente; reprenden los juramentos así en sus casas como fuera dellas, y esto toman por escudo, quando les quieren açotar, diziendo que no los açoten, que reprendieron á los que juraron. Las reglas desta classe son los mandamientos, de los quales cada sábado se hazen special cuenta de cómo los tienen cumplidos, y á esto está presente muchas vezes el P. Rector, y ellos vienen con testimonyos á probar, que ny juran, ny pelean, y obedecen á sus padres etc. Se alguno se halla culpado, tómanle algunos y llévanle al maestro, y él, despues de les hazer pedir perdon al Señor, los manda açotar y embíale á confesar. Muchas cosas acontecen con ellos que son de notar y para alabar á Dios, que no escriuo por ser muchas. Generalmente todos los escolares tie-

[1] Vide supra, pag. 208, annot. 1.

nen muy grande amor á sus maestros. Partiéndose vna uez vno para ser religioso, se vino á dispidir de su maestro con muchas lágrimas, diziendo que á él, despues de Dios, deuia aquella merced tan grande de ser religioso, que pues lo hiciera xpiano., lo auia tambien de mouer con sus pláticas y buen exemplo para mayor perfeccion. Muchas destas cosas acontecen á los otros, porque de todas clases se hazen religiosos. Vióse tambien mucho el amor dellos, que faltando vna vez vn maestro por enfermedad, los discípulos lo sintian mucho, y vno dellos hizo vna oracion para recitar públicamente, llorando la absencia de su maestro.

El número dellos, allende de los nuestros, al presente es hasta nueuecientos, y es mucho conforme al tiempo, porque ay en esta tierra este año falta de pan, por donde los pobres padecen mucho: aprovechan muchos en las letras: aora de nuevo se empeçó vna licion de griego extraordinaria, que las 4, que se leyan, no aprouechauan sino á los de las primeras clases: esta oyen muchos artistas, y vienen muchos religiosos y theólogos á ella: lese la gramática y Homero; hazen tambien los rhetóricos algunas oraciones públicas en prosa y en verso en loor de los Santos y cosas pias: anse hecho con tanta satisfacion, que muchos no pueden creer ser aquello cosa de los discípulos, sino del preceptor. Veniendo á ver nuestras escuelas el visitador de la vniuersidad embiado por el Rey, vino sólo con la gente de su casa para mostrar que no tenia en nuestras escuelas poder: hiziéronle en la 1.ª y 2.ª classe orationes en prosa y en verso, latinas y griegas: en los cursos vuo disputationes entre los discípulos: vino dos dias para oyr todos los preceptores, de los quales quedó tan contento, así dellos como de los discípulos, que dixo á nuestro P. Rector que auia de escreuir á el Rei, *quia quae vidimus non possumus non loqui et sicut audiuimus sic vidimus* [1]. Deseaua él que los studiantes de nuestras escuelas, quando fuessen á oyr a la vniuersidad otras scientias, no se dañasen con ellos: él nos mostró mucha affìcion, y tiene conoscimiento de V. P. por auer estado en Roma: es el Baltesar de Faria [2].

---

[1] *non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui.* Act. Apost., IV, v. 20.

[2] Is Regis Portugalliae, Joannis III, legatus Romae fuerat. Vide POLANCI *Chronicon,* t. I, pag. 446 et 447, et *Cartas de San Ignacio,* t. I, passim.

Tambien con la otra gente quiso nuestro Señor seruirse destos instrumentos para algunas cosas de su gloria, entre las quales fué vna, que, estando dos doctores leyentes de prima, cada uno en su facultad, en claustro con el Rector y otros doctores, vinieron á reñir sobre los lugares y assientos; y fué tanto adelante, que hasta en público se injuriaron con más que con palabras. Era la cosa pública, y por ser entre personas señaladas en dignidad y letras, era más escandalosa; estauan muy obstinados y duros, tanto que el vno dizía que se quería ir del Reino si no quitase la cátreda al otro. En esto el P. Rector empeçó á entender en ello, y hablando ora con vno ora con otro, los reduxo á tal concordia, que auian de venir el dia que se ganaua el jubileo con el P. Rector á la mañana [á] confesarse á nuestra iglesia: ellos quisieron que el Padre fuesse con ellos. Fué esto de mucha edificación á todos [los] de la ciudad, *maxime* á los studiantes.

Tambien con la buena diligentia de nuestro P. Rector se prendió vn hereje desta manera: vino él á nuestra casa, y hablando con el P. Rector tuuo dél sospecha por sus pláticas: eran al presente ya llegados vnos hermanos que eran venidos de Roma con el P. Luis Gonzalez [1]: determinó el Padre embiarlos en hábito de peregrinos á hablar con él: fueron ellos y él luego empeçó [á] hechar su ponçonha: viniéronse los hermanos: el Obispo [2] por recado del Padre lo mandó prender.

No se dexa tambien, quanto se puede compadecer con las occupaciones del Collegio, de ayudar á todos los otros con confessiones y otras semejantes obras, en que se occupan los de nuestra Compañía, *scilicet,* en ayudar á morir, hazer pazes, etc.

En nuestra iglesia los domingos en la tarde se prosigue la lection del Ecclesiastes; y acabado él, se ha de empeçar vna epístola de S. Paulo. El P. Francisco Roiz. [3], que la leya con mucha satisfaction y prouecho, con su partida para la India [4] la dexó de ler. Al qual todos los hermanos y *maxime* nuestro P. Rector, que pensaua la yda ser suya, tuuieron harta imbidia,

---

[1] P. Ludovicus Gonzalez de Cámara. Vide supra, pag. 153, annot. 3.
[2] Joannes Soares, O. S. A.
[3] P. Franciscus Rodriguez.
[4] Vide Polanci *Chronicon,* t. iv, pag. 577, annot. 2.

y los de fuera quedaron muy tristes con su partida. El P. Antonio Correa lee en su lugar aora: espérasse que cada uez lo hará con más contentamiento de los oyentes. En la quaresma se predicaron 4 sermones en la semana, repartidos por diuersos padres: todo fué para gloria del Señor.

En estos 4 meses entraron muchos en la Compañía: algunos dellos embió nuestro P. Prouincial [1] de Lisbona y Euora: del nuestro Collegio tambien entraron algunos: dos eran artistas, y el uno ya graduado y de los mejores de su curso, y de buenas partes; vn sobrino de vn doctor en theología, de la órden de Santo Domingo, leyente de véspera, que studiaua rhetórica, entró en la compañía: el tio, que le sustentaua en el studio, le dyó licencia de muy buena voluntad, aunque los flaires lo deseauan mucho; empero el tio, vyendo su buen deseo, le dixo que no dexasse el propósito que tenia. Otro que por estar léxos no tiene la licencia de sus padres, y tambien oye rhetórica, está enfermo, y dize que es por no le reçeberen.

Estos dias passados vino del Puerto [2], que es vna ciudad vezina, un hombre muy virtuoso, y traxo consigo vn su hijo vnico para la Compañía: no esperó que compliesse los 14 años en su casa, sino que deseaua él que en llegando al Collegio los compliera, sino que impidido por vnas fiestas los complió en el camino: el hijo es de buena índole. Plega al Señor que le dé tanta virtud, que imite su padre. Muchos desean de entrar, y la difficultad de la licencia de sus padres los impide, y algunos muy nobles y de los que entienden mejor.

Llegaron qua los hermanos que traxo el P. Luis Gonzalez de Roma consigo. Todos estamos muy edificados dellos, de su obediencia y mansedumbre.

Nuestro Señor nos dé complir su voluntad. De V. P. pidimos todos la bendicion y ayuda de sus oraciones.

De Coimbra, último de Abril de 1556.

Indigno hijo de V. P. en el Señor,

FRANCISCO ODORNO [3].

---

1 P. Michaël de Torres.

2 Portus, *Oporto*.

3 Sic perspicue in Ms.; sed fere dubium esse non potest quin legendum sit *Adorno;* estque frater Franciscus Adorno, Genuae in Societatem admissus circa annum 1550 et Conimbricam ad probationem et studia missus. Vide BOERO, *Menologio della Compagnia di Jesu*, t. I, ad diem 13.am Januarii. Vide etiam supra, pag. 207, annot. 2.

Loco superscriptionis haec in quarta pagina leguntur: Jhus. Quadrimestre de Coymbra. 2.ª uia, del Abril del 56, á Roma.

Alia manu: Q. Coimbra. 56, ult. April.

Praecedentium fratris Francisci Adorno litterarum latina versio a fratre Antonio Andrade subscripta [1].

†
Jesus.

Admodum colende in Christo Pater.

Gratia et Domini Jesu Christi amor nostris animis semper inhaereat.

Ut tuum praeceptum expleam, quo iubes te a nobis de omnibus, quae 4 quibusque mensibus apud nos gerantur, certiorem fieri, nunc quae praeteritis 4 mensibus acciderint breuiter exponam. Ac primum de fratribus videtur loquendum, quorum exercitationes in iis figuntur, quae ad maiorem Dei laudem et nostram omnium salutem sanctissime instituisti. In seruandis regulis, multis et nouis remediis adhibitis, tanta posita est diligentia, vt plerique illas memoriae tradiderint, quo in genere multum illi nobis satisfaciunt, qui adhuc probantur, in literis laborantes, qui tum modestia, tum aliarum virtutum non obscuris indiciis, eam nobis commouent opinionem, ut aliquando suo tempore eum fructum sint proiaturi, qui ab illis copiosus expectatur. Eorum sermones, quos habent quietis tempore, et alias facta potestate, sunt de regulis seruandis, et de earum perfectione, de obedientia, cuius ut omnes, qui in nostram Societatem ingrediuntur, quam studiosissimi sint, diligenter a P. Rectore curatur. In hanc sententiam plura, quae inter illos con-

[1] Archetypae in folio duplici, nn. 153 et 154.—In iis tantum postrema verba *Conimbricae..... Andrade,* sunt manu ipsius Andrade.

tingunt, perscriberem, nisi illa in omnibus Societatis domibus et collegiis frequentia et trita viderem.

Literaria studia non minori cura et industria quam commoditate celebrantur. Theologi, dialectici et humanitatis studiosi omnes exercendi rationes habent, quae ad proficiendum sunt necessariae. Sunt circiter 30, quorum multi, tam ex theologis quam ex caeteris, optimo sunt praediti ingenio. Qui nobis operam dant tam feliciter discunt, ut multum gratiae et laudis Deo omnium rerum auctori debeatur. Quod enim sese nobis initio difficile et veluti formidandum obtulit, id melius successit quam petere auderemus. Nam nostri magistri tantopere in docendo placent, tantumque ad altiora scholasticos in dies magis ac magis promouent, ut et priorum doctorum obliuiscantur, et iisdem praesentes praeferre audeant. Discipulos, quorum petulantiam et licentiam timebamus, offendimus valde pacatos, mites et magistris subiectos. Itaque multis confessionibus, quarum, quae serius fiunt, finitis singulis mensibus fiunt, et concionibus, sunt lenes et nimium mutati. Quod si aliquis dignus inuenitur poena, is animaduersionem quiete et placide recipit. Est denique huius collegii tanta mutatio, vt maxima inde Deo Optimo Maximo gloria proveniat. Praeceptores doctrinas, quas diebus veneris agunt, prosequuntur, ex quibus multum vtilitatis colligitur, quoniam iurandi scelerata consuetudo in dies deletur: cuius rei veri sunt testes magistri, qui affirmant mensem effluere, quo nullus ob id puniatur, quod profecto non ex eo nascitur quod se non inuicem accusent (id enim, ut antea, sic et nunc diligenter faciunt), sed quod diuina misericordia et benignitate impia consuetudo sensim euellatur. Modestia etiam et in templo et in uiis tantum cernitur, ut facile nostri scholastici ab aliis, qui literis in altera Academia student, distinguantur. Eorum multi, et nobiles, et quos magistros in artibus appellant, praeferunt quae uulgo rosaria dicuntur, et in templo, quiete et vt decet, preces Deo adhibent.

Singulis mensibus cuncti peccata confitentur et, quoad licet, vnusquisque certo et designato sacerdoti, quorum multi decimoquinto quoque die, alii, qui se vehementius rebus diuinis dedunt, octauo etiam, et sanctissimum Christi corpus suscipiunt, qui, cum prae caeteris floreant virtutibus, in literis quoque eminent.

Audiunt hic coenobitae diuersarum religionum circiter 30, quibus et praeceptores sunt chari et accepti, et in docendo idonei visi. Nobis illi se significant valde beneuolos: praeceptores leniter eos et humaniter in omnibus tractant. Itaque valde illis et placemus et probamur.

Qui legere discunt, horum nobis est magna virtutis expectatio, quoniam dulcissimo timoris Dei lacte educantur, doctrinam memoriae tam accurate mandantes, vt eam domi doceant: sunt autem numero ad 300. Huc accedunt nonnunquam parentes lachrymis, quae eorum indicant laetitiam, profusis, quod liberos tam sancte videant institui. Iurantes reprehendunt, tam domi quam foris, quod etiam, cum sunt verberandi, solent in sui defensionem adducere, ne caedantur supplicantes, quod iurantes obiurgarint.

Huius gymnasii nullae aliae sunt regulae quam 10 diuinae legis praecepta, quorum arcta quouis die saturni ratio exigitur, ut se in illis seruandis gesserint: pueri autem testibus nituntur confirmare se nec iurasse, nec pugnasse, parentibus paruisse, omnia denique diligenter executos. Quod si quispiam comprehensus est in culpa, is ad praeceptorem adducitur, a quo et Christum veniam rogare iubetur, deinde verberari, postremo sacerdoti confiteri. His saepe P. Rector interesse solet. Plurima inter eos eueniunt maxime animaduertenda, et ad diuinum honorem spectantia, quae, ne longum faciam, tacebo. Itaque vniuersi in magistros sunt optime animati. Profectus aliquando quidam ad coenobitarum vitam colendam, a suo doctore discessit, summa lachrymarum copia testans se tantum beneficium, quod vellet religiose viuere, acceptum illi, excepto Deo, potissimum referre. Illud etiam addidit se, quoniam eius causa esset christianus, monendum esse et excitandum verbis et exemplis ad maiorem vitae perfectionem. Similia et reliquis usuueniunt, quia ex omnibus gymnasiis plerique in religiones ingrediuntur. Atque ex eo facile quis eorum in praeceptores pietatem perspicere possit, quod absentia magistri aegrotantis maxime doluerint, et ex illis unus orationem confecerit ad publice deplorandam sui praeceptoris absentiam.

Sunt numero ad 900 (puerulos excipio), nec tamen exiguus est numerus si caritatem annonae respicias, qua pauperes ualde premuntur. Magnos in literis faciunt progressus. Nunc primum

graeca coepta sunt extraordinario tempore explicari: nam quae in scholis declarabantur, a singulis tantum in suis gymnasiis percipiebantur. At nunc dialectici, theologi, physici, coenobitae ad discenda grammatices rudimenta et Homerum conueniunt. Rhetorici orationes publice pronunciant et carmina in honorem Diuorum et rerum honestarum laudationem tanta omnium admiratione, ut nonnulli sibi persuadere non possint composita a discipulis.

Censor Academiae a Rege missus, cum esset nostras scholas invisurus, nullos secum praeter domesticos adduxit, vt significaret se nullam in nos habere potestatem. In primo gymnasio, 2.° et 3.°, soluta oratione latina et graeca et carmine, in aliis vero superioris gradus, disputationibus inter discipulos habitis eius aduentus fuit celebratus. Biduo audiuit praeceptores, cui tantum placuerunt et discipuli, ut Patri Rectori dixerit scribendum sibi ad Regem esse, quia quae vidimus non possumus non loqui, et sicut audiuimus sic vidimus. Desiderabat ille ne nostri auditores, ad superiorem Academiam ituri, aliorum consuetudine inficerentur. Nobis se amicissimum ostendit. Nec te etiam, Reuerende Pater, ignorat, quod aliquando Romae fuerit. Eius nomen est Balthasar de Faria.

In alio item hominum genere dignatus est Deus Opt. Max. nostra opera uti in iis, quae ad suum honorem spectarent, quorum illud vnum est, quod cum duo diuersarum scientiarum doctores, quos vulgo lectores de prima dicimus, in claustro, qui est apud eos consilii capiendi locus, cum Rectore et quibusdam doctoribus de sessione contendissent, eo iniuriarum venerunt, ut etiam publice non tantum contumeliosis verbis se lacessiuerint; quod omnibus patuit propter dignitatem personarum, et excellentiam doctrinae; et pertinaces in odio usque adeo perstiterint, ut vnus confirmauerit se ex hac regione discessurum, nisi alterum docendi munere abdicatum videret: quorum simultates Patris Rectoris studio, Christi adminiculo, sunt extinctae. Nam modo vnum, modo alterum conueniente, et crebris colloquiis ad concordiam excitante, eo loci venerunt, ut eo die, quo iubilaei indulgentia fruendum esset, ambo ad nostrum collegium matutino tempore confitendi gratia accesserint. Habuerunt P. Rectorem, quod ita cuperent, reuersionis socium. Fuit hoc ciuibus summopere gratum, maximeque literarum studiosis.

Industria quoque eiusdem hac ratione comprehensus est haereticus. Aduenit ille domum nostram, et inter loquendum P. Rectori male de fide catholica sentire visus est. Aduenerant tunc temporis Roma recens fratres flandri, Ludouici Gonçalues socii, quos ad eum in foro sedentem habitu peregrino misit. Allocuti sunt hominem nocentia semina ad eos inficiendos diffundentem. Fratribus domum reuersis, Episcopus, Patris nuncio, haereticum in vincula coniiciendum curauit.

Audiunt nostri et aliorum, quoad licet per occupationes collegii, confessiones: odia dissoluunt: morientibus adsunt: et alia, in quibus nostra Societas se exercet, diligenter peragunt. In templo nostro singulis diebus dominicis enarratur Ecclesiastes, quo finito, aliqua D. Pauli epistola declarabitur. Pater Franciscus Rodericus hoc munus antea pulchre sustinebat: sed id in Indiam profectus deseruit, cui tam felicem sortem nemo fuit qui non inuiderit, imprimisque P. Rector, qui se eo iam aliquando iturum opinabatur. Externi vero eius profectione non leuiter doluerunt. P. Antonius Correa ei successit, quem speramus magis in dies auditoribus placiturum. In quadragesima habitae sunt 4 conciones, sed a diuersis sacerdotibus, quod etiam in gloriam Christi successit.

His 4 mensibus ingressi sunt permulti in Societatem, quorum aliqui Ebora et Olyssippone a Prouinciali missi sunt. Ex hoc nostro Collegio duo recepti sunt, vnus dialecticus, alter dialecticus et physicus, iam in eo genere laurea donatus, ingenii et corporis dotibus ornatus, et inter praecipuos condiscipulos numerandus. Nepos theologi ordinis Dominicani, qui pomeridiano tempore theologiam exponit, rhetoricae hic operam dans, in numerum fratrum successit, facta prius ab auunculo potestate: et quamquam coenobitae illum expetebant, auunculus tamen adolescentem propositi tenacem admonuit, ne sententiam mutaret. Alius qui rhetoricae studet, cui non licet idem facere propter parentes, maximo locorum interuallo disiunctos, aegrotat, quod, ut ipse testatur, non recipiatur.

His superioribus diebus venit Porto, quae est ciuitas Lusitaniae, quidam bonus plane vir secum filium, qui ei erat vnicus, adducens Societati. Non expectauit quousque puer 14 annos compleret, quod vellet eum hac aetate esse cum ingressurus esset in collegium. Verum impeditus festis nescio quibus, in iti-

nere 14 annos expleuit. Est bona indole, cui Deus hanc mentem vtinam det, vt parentis imitetur probitatem. Non pauci sunt, et ex illis quidam nobilissimi, qui Jesu Christo in nostra Societate se velint dicare; sed difficultate impetrandi a parentibus id faciendi potestatem impediuntur.

Accesserunt huc fratres, quos Ludouicus Gonçalues secum Roma duxit, quorum obedientiam et mansuetudinem suspicimus.

Deus Opt. Max. hoc nobis praestet, ut sibi placeamus, et perfecte obtemperemus.

Tuam Paternitatem pro nobis Deo supplicare vehementer cupimus.

Mense Maii 1556. Conimbricae datum ex commissione R. P. Leonis,

ANTONIUS ANDRADE.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo, el P. M. Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, etc., Roma.

Alia manu: 1556. Conimbrica. Quadrimestres Maii. †

Et alia: † Quadrimestri uechi de diuersi uande. Latine.

Vestigium cerae sigilli.

CDXCVI

N. Carvajal
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 30 Aprilis 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.
Gratia et pax X.i etc.

Lo que en la quadrimestre presente ai de que dar cuenta á V. P. fuera de lo ordinario y acostumbrado, que es siempre en abundancia, ansí de confessiones y comuniones, como de otros exercitios spirituales, es lo siguiente.

Dos estaban absentes de sus mugeres. Por ministerio de un Padre desta casa tractan muy de ueras de traherlas, ó luego boluerse á ellas, y así lo han scrito, habiendo el vno dellos dexado una muger errada, con quien estaua en peccado dias auia, y échose tambien amigo con su padre, en cuya desgracia estaba; y este frequenta hasta ahora la conuersaçion en casa. Otro de más de cinquenta años que auia que no se confessaba, se confessó con otro Padre de los nuestros, donde el Señor se siruió mucho.

En la cárcel se haze todauía lo que otras uezes auemos scrito á V. P., y creemos que con gran fruto de consçiençia, segun se uee: esta quaresma tubieron la porçion doblada domingos y fiestas, porque á la mañana les predicaba un Padre dominico, y á la tarde nosotros, por poder á la mañana ayudar á las confessiones de la casa; pero ya se an quedado con nuestro pan quotidiano. Glorioso sea el Señor en todas sus co-

[1] Autographae duplici folio, n. 350, altero non numerato.

sas. Hanle ya declarado los 14 artículos [1]: entrarán luego en la declaraçion de los mandamientos. A V. P. pido en el Señor ayude al flaco, que en esto entiende [2], con su particular oracion y sacrificios.

Todauía está pendiente la causa de aquella muger, que el marido quiere degollar, de que otra uez he dado cuenta á V. P. [3], porque no quiere perdonarla hasta tener concluso el pleito. Esperamos en Iesu X.º que saldrémos con lo encomençado, por tener de por medio puestos buenos intercessores, que le harán hazer lo que deseamos. Tenémosle ya hallada casa de religion donde esté, y lo demas necessario, entre buenas gentes, para el dia que se concluya el negocio, porque así no pueda el marido poner obstáculo á lo que le pedimos. El adúltero es un turco, que se uino á tornar christiano de su voluntad desde su tierra, que por darle á entender la benignidad de la ley de X.º se porná todo lo último de diligençia en el caso.

Por aora no se ofresce otra cosa de importançia que poder escreuir. Dios nuestro Señor se sirua siempre de su Paternidad y de todos nosotros para su mayor gloria y alabança. Amen.

Vltimo de Abril 1556.

D. V. P. en X.º indigno sieruo,

†
CARUAJAL.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al muy R.do en Christo Padre nuestro el P.e M.º Ignacio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. De Caruajal, último de Abril. R.da á los 21 de Mayo.

Et alia: Valladolid. Quadrim.e

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Vide supra, pag. 34, annot. 2.

[2] His designari satis videtur ipse litterarum auctor, P. Carvajal.

[3] Vide supra, pag. 34.

CDXCVII

P. Petrus Martinez
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 30 Aprilis 1556 [1].

† Jhus.

Pater in X.º admodum R.de

Pax Xpi.

Quod ex his literis tibi cognoscendum se offert, est incolumis (Xpo. gratia) Patrum fratrumque valetudo. Quae vero ad Dei cultum spectant, vt confessiones, quae in nostro templo, xenodochiis et custodiis publicis fiunt, caeteraeque id genus exercitationes, magis magisque in dies crescunt. Huc accedit scholasticorum profectus tam literis, quam numero, quippe qui 170 est.

Frater Hieronymus Acosta, Antonii Acostae filius, et is quinque fratrum, qui vna cum eo se hic Societati addixere, natu maximus, multa et praeclara diuino cultu atque sui vocatione digna faciens, se insignem exhibet. Ita huic parentes affixerant oculos, vt totus populus, cum perspicit quam hilari facie Deo illum dedicauerint, admiretur. Alter frater simul cum eo, nomine Gaspar Xuarez, et latinis vterque literis satis eruditus, admissus est. Doctor, quem proximis literis Societati iam se deuouisse praedixeram, missus a nobis est Septimancas vbi probationis domum colit. Hic Bononiae supremo canonum fastigio insignitus est, et Segobrigae ortus, cui ex regressibus red-

[1] Autographae duplici folio, primo n. 374, altero non numerato.

ditibusque tria millia ducatorum cedebant: pollet ingenio et corporis forma, nomen vero Doctori Solier [1] est.

Studiorum fructus et scholasticorum quantus sit, ex huius oppidi clericis, qui in nostras scholas docendi veniunt (audiunt enim grammaticae praeexercitamenta quinque et viginti) facile intelliges. Dominus Jesus tales T. P. filios, vt huiusmodi necessitudinibus satisfacere queant, parturiat, teque nobis in laudem suam incolumem seruet.

Meptinae *(sic)* pridie calendas Maii, anno 1556.

Inutilis filius et seruus T. P.

† P. PETRUS MINZ. A BUXEDO [2]. †

Superscriptio in quarta pagina: † Ihus: Admodum R.do in Christo P. Ignatio, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556. Methyna *(sic)* Campi, Quadrimestres mensis Maii.

Manet vestigium cerae sigilli.

---

[1] Dr. Ferdinandus *(Hernando)* Solier.

[2] Vocibus his *a Buxedo* patriam exprimi intelligimus hujus Patris Petri Martinez Est enim *Buxedo* vel *Bujedo* oppidum quoddam dioecesis burgensis. Quod si ita reapse sit, tum probe is distinguendus est ab illo ejusdem nominis ac cognominis, anno praecedenti in Societatem adscito, de quo SANTIVAÑEZ, *Historia* ms. *de la Provincia de Andalucia,* lib. I, cap. XXIX, n. ", quique ortus erat in oppido Rivafrecha, Calagurritanae dioecesis.

CDXCVIII

P. N. Ruiz,
Ex commissione Patris Basilii (olim Alphonsi) Avila,
Patri Ignatio de Loyola.
Granata, 30 Aprilis 1556 [1].

IHS

Gratia et pax Domini nostri Jhu. Christi sit semper in diesque crescat in cordibus nostris. Amen.

Tanta est vrbis huius *incolarum* erga *nostrae Societatis Patres atque fratres* dilectio ac deuotio, admodum R.de in Christo Pater, vt et merito erubescere, et Creatori ac Redemptori nostro gratias agere debeamus, *qui sua mirabili prouidentia talia media ordinat ac disponit ad profectum animarum, quas suo pretiosissimo sanguine redemit.* Hinc enim tantum prouenit emolumenti, tam in concionibus confessionibusque *exercendis,* quam in aliis nostri instituti ministeriis, quibus animarum saluti consulitur, vt facile perspici possit Deum Optimum Maximumque propter nimiam charitatem, *qua dilexit nos,* hanc populi deuotionem excitasse, vt illa, uelut quodam hamo, homines sceleribus immersos ad se alliceret.

Imprimis namque (vt de confessionibus rationem reddam) plurimi, cum magnae vtilitatis experimento, generaliter confessi sunt, quorum saluti aliter subueniri non poterat: qui *solita incuria* ad hoc sacramentum tanquam ad rem parui momenti *accedebant,* et animae vulnera exterius mederi conabantur, interius putrida atque letalia relinquentes. Plurimi *etiam,*

[1] Autographae duplici folio, primo n. 514, altero non numerato. *Italicis* characteribus indicantur ea, quae a Polanco vel mutata vel omnino suppressa fuere. Litteras autem sic emendatas infra subjiciemus.

a statu peccati discedentes per confessionem, ad vitae *nouitatem* regressi sunt, inter quos quamdam publicam meretricem, vt Deus in omnibus glorificetur, silentio *transire* non potero, quae, cum multum temporis suis fallacibus verbis ad *pessimum lucrum* homines allexisset, cuiusdam *Patris* consiliis excitata, cum mirabili mutatione confessa est; adeoque in confessione a diuina misericordia commota, vt monilia inauresque, vi comprimens, statim e suo collo confracta proiecerit: vnde domum rediens, iuuenes illam alloquentes non solum repellebat, uerum etiam, maxima poenitentia ducta, ad suos parentes redituram cum magna omnium admiratione promisit.

Quidam etiam, palma *genis* a suo debitore iniuste percussus, *quia pecunias sibi debitas depoposcerat*, percussorem occidere intendebat; cumque diuina misericordia cuidam nostrum *confiteri voluisset,* ita mutatum est cor eius, vt non solum a suo iniquo proposito destiterit, verum etiam, *contrarium* adiens, veniam ab ipso suppliciter *petierit*.

Plurima alia *Deus per confessiones operatur*, quae longum esset sigillatim recensere; fiunt namque restitutiones: *eradicantur iuramenta* atque alia vitia *nimis* fidelium animis *radicata:* visitantur infirmi cum maxima ipsorum atque circumstantium consolatione et aedificatione: frequentantur sacramenta, cum tanta animarum vtilitate, vt merito dolendum sit, *quam* pauci sint operarii, qui omnium desideriis non possint satisfacere: multi *denique in amicitiam reconciliati sunt,* inter quos diabolus discordias seminauerat: alii denique gratis iniurias, et alia non minima sibi facta nocumenta *dimiserunt, praesertim* quoddam homicidium non parui momenti.

De concionibus autem, vt aliquid dicam, Pater noster Basilius suas ad populum conciones adhuc prosequitur, ex quibus vix (vt uerum fatear) dici potest quantum vtilitatis audientibus *eueniat*. Hac proxime elapsa quadragesima ternas fere habuit conciones vnaquaque hebdomada, cum magno hominum, maxime literatorum, concursu; singulas autem habuit in ecclesia *maiori* cum *illo* spiritu ac feruore, de quo aliis epistolis factus es certior. Pater etiam noster Prouincialis [1], qui usque ad quartum idus Aprilis nobiscum fuit, licet aliis rebus arduis fere

[1] P. Bartholomaeus de Bustamante.

semper immersus ac suo pectore laborans, aliquas habuit ad populum conciones in *ecclesia maiori* aliis[que] parochiis, cum omnium satisfactione atque acceptione. Deo ipsi gloria in secula seculorum.

Sed vt de ingredientibus Societatem te certiorem faciam, non pauci bonae indolis iuuenes ad illius ingressum moti sunt: hucusque tamen praeter duos *fratres*, qui Cordubam adierunt, quidam Domini Archiepiscopi [1] consobrinus, qui *Regii Collegii* [2] Rectoris munus subierat et cursum artium ac philosophiae, *quarum magister erat constitutus,* cum magna satisfactione ac auditorum aedificatione *legerat,* auditores Baccalaurei gradu constitutos relinquens, nostram Societatem cum quodam discipulo ingressus est, *ductus* ipsius Archiepiscopi consilio, *qui* eum ad magnam *intendebat dirigere* dignitatem propter eius eruditionem ac eximiam virtutem [3]: hi etiam ad probationis domum [4] missi sunt, ubi (vt *dicunt)* cum magna *sunt* consolatione, beneficium sibi a Deo collatum *cognoscentes.*

Sed ad Patrem nostrum Provincialem *iterum rediens,* ea, qua solet, charitate ac studio, noluit hinc discedere, donec aliam domum nobis habitandam relinqueret, illa namque, quam habitabamus, non erat apta ad religionem *regulasque adeo* exacte seruandas *vt* nostrum decet institutum, *et ut ipse sua a Deo indita uirtute totis uiribus intendit.* Vnde, quia nulla domus huiusmodi *ad emendum* inueniebatur, Archiepiscopi consilio quaedam conducta est, iuxta quam quaedam area optimo situ *locata* inuenta est, in qua collegium et ecclesia cum aliis ad religionem pertinentibus commodius fiant. Ad quod D.nus Archiepiscopus, praeter mille aureos nummos, quos nostro collegio donauerat, alia duo millia nunc denuo donauit; non paruo namque desiderio desiderat plurimos *Societatis Patres* in sua dioecesi uidere: quod quidem desiderium, et singularem erga Societatem amorem, et opere et uerbis aperte ostendit; habens enim prima quadragesimae dominica ad populum concionem,

---

[1] Petri Guerrero.

[2] Vide supra, t. III, pag. 288.

[3] Hic ille est Petrus Martinez, ortus in oppido Rivafrecha, de quo supra, pag. 140, n. CDLXXXI.

[4] Probationis domus provinciae Baeticae recens Cordubae fuerat instituta. Vide litteras Patris Doctoris Joannis de la Plaza, supra, pag. 140.

"*propter* quid (inquit) cogitatis Christum ad desertum exiisse, nisi ad *faciendum* exercitia? non quia illis indigebat, sed ut nobis (inquit) exemplum relinqueret ad *illum* imitandum: exercitia enim haec *non sunt nova inuentio.*„ Diebus proxime elapsis ita *infirmatus est,* vt de *illius* salute timeretur, Patrique nostro Prouinciali generaliter confessus est; et praeter eleemosinas, quas ipse frequenter largiebatur, multum pecuniarum pauperibus aliisque piis operibus distribuit, vt sine diuitiis moreretur. Praeses insuper huius fori Regii [1] nos magno prosequitur amore. Speramus in Domino huius urbis collegium eximium futurum, in quo Creatori et Redemptori nostro *ingenter inserviatur.*

Infra octauam Paschae ad domum, quae conducta erat, transiuimus, *ubi* factum est quoddam sacellum, ubi commode possit celebrari, seruata nostrorum clausura.

Quarto idus Aprilis profectus est Pater Prouincialis ad oppidum Marchena, ubi quoddam construitur collegium, inde Cordubam profecturus, vt eos, qui sunt in probatione, ad hanc vrbem transferret, tum quia eleemosinis, quae hic offerentur, poterunt sufficienter fulciri, tum etiam propter huius urbis commoditates.

Hac hebdomada alium iuuenem theologum bonae indolis *accepimus* ad exercitia, ductum Archiepiscopi consilio.

Haec sunt, quae *in* hoc quadrimestri *Deus optimus maximusque in hac urbe operari dignatus est, et quae* nobis scribenda *offeruntur.* Reliquum est, ut hos tuos filiolos in sacrificiis et orationibus Domino commendes, vt ipse suam nobis gratiam largiatur, vt in fauore cum humilitate confundi, et in contemptu *tribulationibusque,* possimus in Domino gaudere, vt ita suam sentiamus sanctissimam voluntatem, et in omnibus illam perfecte adimpleamus.

Granatae, pridie Calendas Maii, anno sesquimillesimo quinquagesimo sexto.

Ex commissione Patris Basilii.

Tuus minimus filius in Domino,

† RUIZ. †

---

[1] Abulensis Episcopus, Didacus de Alava et Esquivel.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo nro. P. M.° Ignaçio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Granata. Quadrimestres vlt.i Aprilis.

Vestigium cerae sigilli.

Praecedentes Patris N. Ruiz litterae a P. Polanco emendatae [1].

IHS

Gratia et pax Domini nostri Ihu. Christi sit semper in diesque crescat in cordibus nostris. Amen.

Tanta est vrbis huius erga *nostram Societatem* dilectio ac deuotio, admodum Reuerende in Christo Pater, vt et merito erubescere, et Creatori ac Redemptori nostro gratias agere debeamus. Hinc enim tantum prouenit emolumenti, tam in concionibus confessionibusque, quam in aliis nostri instituti ministeriis, quibus animarum saluti consulitur, vt facile perspici possit Deum Optimum Maximumque, propter nimiam charitatem, hanc populi deuotionem excitasse vt illa, uelut quodam hamo, homines sceleribus immersos ad se alliceret.

Imprimis namque plurimi, cum magnae vtilitatis experimento, generaliter confessi sunt, quorum saluti aliter subueniri non poterat: qui *soliti erant* ad hoc sacramentum tanquam ad rem parui momenti *accedere*, et animae vulnera exterius mederi conabantur interius putrida atque letalia relinquentes. Plurimi *alii*, a statu peccati discedentes per confessionem, ad *statum salutis et* vitae regressi sunt, inter quos quamdam publicam meretricem, vt Deus in omnibus glorificetur, silentio *praeterire* non potero, quae, cum multum temporis suis fallacibus verbis ad *peccata* homines allexisset, cuiusdam *nostri sa-*

---

[1] Omnia, quae *italicis* characteribus exhibentur, sunt ipsius Polanci manu exarata.

cerdotis consiliis excitata, cúm mirabili mutatione confessa est; adeoque in confessione a diuina misericordia commota, vt monilia inauresque, vi comprimens, statim e suo collo confracta proiecerit: vnde domum rediens, iuuenes illam alloquentes non solum repellebat, uerum etiam, maxima poenitentia ducta, ad suos parentes *se* redituram cum magna omnium admiratione promisit.

Quidam etiam, palma *in facie* a suo debitore iniuste percussus, percussorem occidere intendebat; cumque diuina misericordia cuidam nostrum *confessus esset,* ita mutatum est cor eius, vt non solum a suo iniquo proposito destiterit, verum etiam, *aduersarium* adiens, veniam ab ipso suppliciter *peteret*.

Plurima alia *sunt,* quae longum esset sigillatim recensere: fiunt namque restitutiones, *extirpatur iurandi consuetudo,* atque alia vitia, *quae altas in* fidelium animis radices *egerant:* visitantur infirmi, cum maxima ipsorum atque circumstantium consolatione et aedificatione: frequentantur sacramenta, cum tanta animarum vtilitate, vt merito dolendum sit *quod* pauci sint operarii, qui omnium desideriis non possint satisfacere: multi *etiam mutuo in gratiam redierunt,* inter quos diabolus discordias seminauerat: alii denique gratis iniurias, et alia non minima sibi facta nocumenta, *condonarunt, inter quae fuit* quoddam homicidium non parui momenti.

De concionibus autem vt aliquid dicam, Pater noster Basilius suas ad populum conciones adhuc prosequitur, ex quibus vix (vt uerum fatear) dici potest quantum vtilitatis audientibus *proueniat*. Hac proxime elapsa quadragesima ternas fere habuit conciones vnaquaque hebdomada, cum magno hominum, maxime literatorum, concursu; singulas autem habuit in *summa* ecclesia cum *eo* spiritu ac feruore, de quo aliis epistolis factus es certior. Pater etiam noster Prouincialis, qui usque ad quartum idus Aprilis nobiscum fuit, licet aliis rebus arduis fere semper immersus ac suo pectore laborans, aliquas habuit ad populum conciones in *eodem summo templo et* aliis parochiis, cum omnium satisfactione atque *gratia*. Deo ipsi gloria in secula seculorum.

Sed vt de ingredientibus Societatem te certiorem faciam, non pauci bonae indolis iuuenes ad illius ingressum moti sunt: hucusque tamen praeter duos, qui Cordubam adierunt, quidam

Domini Archiepiscopi consobrinus, qui *in Regio Collegio* Rectoris munus subierat, et cursum artium ac philosophiae cum magna satisfactione ac auditorum aedificatione *praelegerat, suos* auditores *in* Baccalaureatus gradu constitutos relinquens, nostram Societatem cum quodam discipulo ingressus est, *idque* ipsius Archiepiscopi consilio, *quamuis* eum ad magnam dignitatem, propter eius eruditionem ac eximiam virtutem, *promovere statuerat:* hi etiam ad probationis domum *Cordubam* missi sunt, ubi (vt *accepimus)* cum magna consolatione beneficium sibi a Deo collatum *agnoscunt.*


---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 376, altero non numerato. -Vere quadrimestres non sunt; sed quia novi hujus Collegii initia enarrant, futuris quadrimestribus viam sternunt.

[2] P. Franciscus de Borja.

dres y un hermano [1] abrá seys dias, no ha avido tiempo para avisar á V. R. P. de las cosas de aquí por ser todo prinçipio haora: ya va poniéndose en forma: daré quenta de todo en vrebe.

Nuestro P. Francisco me mandó venir aquí por algunos dias para dar prinçipio á este nuevo colegio y despues volverme á Valladolid, si Su R. otra cosa no ordenare. Llegamos á Monte Rey víspera de nuestra Señora de Marzo [2], á quien tomamos por abogada para en todas nuestras cosas. El conde [3] nos esperaba con mucho deseo, y luego nos aposentó él mesmo en vna casa, que para de emprestado avia tomado: él se desvela y da tanta priesa en lo que toca á la Compañía, que es así nos confunde.

En este tiempo yo me he exerçitado en predicar y dar notiçia del exerçitio de la Compañía, así en Monte Rey como en otros lugares mayores çercanos: están todos y an abrazado la Compañía que no sé qué dezir, sino admirarme cómo nuestro Señor me sufre. En el sermon de la Pasion, que prediqué, se hizieron muchas amistades: súpelo porque otro dia confesé algunos de los que se abian abrazado en la iglesia: eran de largos años y por muertes. Tambien la semana santa confesé los presos de la cárzel: anse satisfecho algunos juramentos falsos. El P. Paulo [4], que es el que viene aquí, comenzará haora á predicar, y yo comenzaré la doctrina xpiana.: el hermano que vino conmigo ha comenzado ha leer gramática avrá quinçe dias: ay çinquenta y tantos studiantes, digo cinquenta y tres, y para el año que viene avrá más de dozientos, porque todos lo dexan para comenzar en prinçipio del año: ánseles puesto las reglas de los studiantes, y todos están muy bien en ellas y las guardan: los padres dellos se an edificado mucho con las reglas: haora prinçipio de mayo se an de confesar todos, y así lo an pedido, que es vna cosa la más nueva que se puede pensar en esta tierra; y así al prinçipio me dezian algunos que aquella regla no sabian si los studiantes la guardarian.

---

[1] Ii Patres erant Paulus Hernandez et Petrus Ruiz: ad Fratres quod attinet, P. VALDIVIA tantum de Joanne Gonzalez mentionem facit in opere ms. *Historia de los Colegios de Castilla.*

[2] Pridie festi Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, scilicet, 24.ª Martii.

[3] Alphonsus de Acebedo et Zúñiga. Vide t. III, pag. 24, annot. 9.

[4] P. Paulus Hernandez.

El Provisor desta dióçesi [1], que es Orense, es necesario yrle á la mano, porque ama la Compañía tanto, con poca notiçia que tiene, que más pareze cosa divina que humana: él está haora aquí, y verdaderamente que le veo con tanto calor, que le dixe este dia pasado, que no tuviese tanto çelo á nuestras cosas; porque, sin saber nosotros cosa alguna, nos hizo yr á vna hermita de nuestra Señora el segundo dia que vino, y tomándonos por la mano á mí y al P. Paulo dixo á vn escribano que le diese por testimonio cómo por el poder, que él tenia del Obispo, daba la posesion de aquella casa y hermita de nuestra Señora de los Remedios á la Compañía de Jesus, y que en su nombre tomásemos la posesion; y diziéndole yo que para aquello no teníamos poder particular, dixo él: "á mí no se me da nada; si soys de la Compañía, yo la doy, pues que puedo, á toda la Compañía:„ y ha hecho otras cosas por nosotros, donde a mostrado bien la voluntad, que nos tiene. Yo le fuy á pedir liçentia para comulgar vnos pobres, que era pasado el término y no les querian dar el sacramento, y pedísela porque el cura no reçibiese escándalo. Respondió el Provisor que él me daba todas sus vezes, y me hazia provisor para absolver y dar los sacramentos como á mí me pareçiese; y esto públicamente, que lo oyeron mucha gente. Dexo otras muchas cosas, que son largas, que ha hecho.

El conde ha puesto nombre al nuevo [colegio], que ha de ser Santiago el Mayor: así ternemos al patron de España y á nuestra Señora; que la hermita es muy buena, y muy importante para la Compañía, y de mucha devoçion, donde concurre mucha gente de toda Galizia y Portugal: para exerçitantes muy apta y necesaria, porque tiene casa, y está fuera de la villa un quarto de legua.

Los frayles de S. Francisco son muy afiçionados, tanto que an pedido al Conde nos dé sitio para el colegio junto á su casa, por estar cerca de la nuestra, y nos convidan con su iglesia y púlpito para predicar, avnque tienen vn buen predicador.

Finalmente toda esta tierra de Galizia ha mostrado gran contentamiento con la venida de la Compañía. Nuestro Señor nos dé el contento en sí mismo y no en nosotros.

---

[1] "El licenciado Elgueta, Canónigo y Provisor.„ Florez, *España Sagrada*, t. xvii, Trat. 57, cap. 6, pag. 176, n. 9.

V. R. P. se lo pida en sus oraciones, en las quales todos estamos confiados que nuestro Señor nos ayuda, y así lo pedimos para enteramente cumplir la voluntad suya sanctíssima.

De Monte Rey, primero de Mayo 1556.

D. V. R. P. hijo y siervo inútil,

† VALDERRÁVANO. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Xpo P. M. Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesus, † Roma. †

Alia manu: 1556. Monterey. De Valderauano p.º de Mayo.

DII

Dionysius Vazquez
Patri Ignatio de Loyola.
Placentia, 1 Maji 1556 [1].

IHS

R.do Patri Magistro Ignatio, Praeposito Societatis Jesu, Dionysius Vazquez S. P. in Domino.

Ut summam rerum huius Collegii Placentini breui persequar sermone, P. dignissime, neque enim ea fiunt quae non soleant alias euenire, vt diutius esset iis immorandum. Ideo autem scribentur, quia et tibi gratum et nobis est perquam utile omnia tibi nostra quadrimestri ratione per literas esse aperta.

Ad sacras confessiones quamplurimi tam ex viris quam ex

---

[1] Autographae duplici folio, primo n 399, altero non numerato. In duobus praecedentibus foliis est exemplar apographum harum litterarum, quod duobus tantum differt ab autographo verbis, quae, ut suo loco infra dicemus, in autographo emendavit Polancus.

foeminis quotidie veniunt, in quibus pleraque ostenduntur non obscure indicantia amorem in nos diuinum, dum et vitia extirpantur ueterrima pariter et indignissima, et multa, quae vi aut dolo parta per iniuriam retinebantur, veris dominis rependuntur. Accedit sacrosantae eucharistiae communio, quam maximo populi totius bono et exemplo homines pii assidue repetunt. Quod, licet initio morsibus et obtrectationibus non omnino caruit, effectum tamen postea diuina ope est ne quid illustre magis et clarum uideatur uniuersis, quam si numero piorum hominum frequens fiat accessio: qua in re tum monachos (qui in hac ciuitate sunt optimi, Dominici atque Franciscani) habemus auditores ac praecones rerum nostrarum, tum etiam sacerdotes, quicumque hic sunt doctrina et sanctitate celebres, aperto marte praelia nostra decertant, ac sese pro nobis inuidiae (sicunde pullulet) opponunt: studia litterarum, si quando alias, uigent nec imminentis veris intemperies (quamquam haec regio aestibus incommodetur) magistrorum aut discentium conatus tepefecit: sunt morigeri et honesti discipuli, sunt confessionum et eucharistiae amantes, sunt literarum cupidi, sunt denique quales tuum desiderat et poscit institutum. Parentes sane, (qui uel praemature liberos nobis suos tradunt erudiendos), nunc demum feliciter se genuisse liberos praedicant, quando in hoc nati tempus atque educati sunt. Multos ego inter nobiles adolescentes esse scio, qui totis uotis Societatis nostrae sibi expetunt ianuam aperiri, quos, sicut Pater Villanoua [1] non iudicat statim admittendos, ita ad perseuerandum in honestis studiis hortatur, quo commodius postea adulta iam aetate religioni dedicentur: conciones fuere in sacro quadragesimae tempore Patris D. Salinae [2] cunctis gratissimae: sunt enim spirituali quodam condimento respersae, praeterquam quod eruditione et uenustate mire placent: nec est quod singulatim edisseram quales collegerit Christus Opt. Max. fructus, iacto diuini uerbi semine ab hoc agri sui cultore; compendio dixisse sufficiat vnum pro multis, imo et pro cunctis, in hac ciuitate amari ac suspici Patrem hunc.

Episcopus placentinus [3] cuius huc nos Christus euocauit mi-

---

[1] P. Franciscus de Villanueva.
[2] P. Doctoris Marci Salinas.
[3] Gutierre de Vargas Carvajal.

nisterio, quanta nos cura, amore et beneuolentia prosequatur, quanta sollicitudine ac labore insomnes noctes et irrequietos agat dies, dum nos fouet, alit et domum erigit magnificentissimam, facilius est demirari quam per literas narrare: plusquam octoginta viros strenuos nostris aedibus et ecclesia cum musaeo construendis conduxit, qui summa ciuium omnium alacritate atque gaudio a fundamentis rem inchoarunt ante hos triginta dies, nec manus a labore tollunt. Inspector et rector operis ipse Episcopus nunquam cessat. Patris Villanouae oeconomum et dispensatorem sese dicit a Deo positum: viginti aureorum millia dono dedit et faciundo operi deputauit, ne, in commoda praeuentus morte, omnia relinquat imperfecta, facturus tamen hoc multo amplius, si modo sit superstes. Omnes (qui aderant plurimi) ministros decreuit a se ablegare, sex aut his paucioribus exceptis, iisque sacris initiatis ordinibus: nam hos Episcopus non tam famulos et ministros quam fratres reliquos fecit; nam et mensae [1] eos facit assidere, et perhumane tractat: religiosos sane dicas non temere: sunt haec Episcopi opera cum eleemosynis, quas indigentibus elargitur effusissimas, populo gratissima; his erga nos sunt animis nostri ciues; haec nunc Episcopus agit.

Tu, Pater perquam obseruande, Dominum precabere ut coelestem domum paret nobis. Nam hic peregrini et extorres erimus, qualescumque regias inhabitemus. Vale.

Placentiae, Kalendis Maii 1556.

Filius indignissimus et inutilis seruus in Domino,

DIONYSIUS.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum obseruando Patri nostro M.º Ignatio a Loyola, Praeposito Societatis Jesu Romae.

Alia manu: Placentia. Quadrimestres p.ⁱ Maii.

Et alia. Emend.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Ubi Dionysius scripserat *nam et mensae*, Polancus emendavit sic: mensae *siquidem suae*. Vide supra, pag. 256, annot. 1.

DIII

Josephus Fabritius
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 2 Maji 1556 [1].

Jesus.

Reverende in X.º Pater.

Pax X.i

Quae quatuor abhinc mensibus Neapoli in Collegio nostro sunt gesta, ita se habent. Seruata est, et adhuc seruatur, non sine maximo fructu, consuetudo superiori anno instituta tradendi diebus festis doctrinae Xianae. praecepta populo, qui non infrequens accedit; et simul ea, de qua iam scriptum est, communicantium societas uirtute ac numero in dies magis augetur, cum interim conciones festis et lectiones profestis diebus in templo nostro minime intermittantur, quamquam et in quibusdam uirginum sacrarum templis proximo quadragesimalis ieiunii tempore conciones a nostris habitae sunt.

Praeterea (ut in uniuersum dicam) et confitentium et communicantium apud nos multitudo magna est, quae et maior quotidie fit, et maxima fuit superiori quadragesima: quo quidem tempore praeclarum quiddam contigit, quod silentio praetereundum mihi nequaquam uidetur. Nam meretrix quaedam uni ex nostris confessa est; et cum poenitentia ducta vitae mores mutare, atque adeo in xenodochio, quod appellatur hic hospitale incurabilium, ministeria ei loco necessaria obeundo reliquum tempus consumere statuisset, forte inuentus est qui, in

---

[1] Bina sunt harum litterarum exempla, utrumque in folio unico, primo n. 1, altero n. 2. Nullum autem habent indicium unde decernere possimus an sint autographae, an vero apographae, praesertim vero cum nullum uspiam adhuc hujus Fabritii scriptum viderimus çerto autographum.

eodem hospitali grauiter aegrotans, Deo uouerat se meretricem, si conualuisset, uxorem ducturum, cui, uoti compoti facto, opportune haec, de qua loquimur, mulier oblata est, quam ille matrimonio sibi copulauit, et adhuc ambo, ut mulieris continentia magis confirmetur, communi consensu in hospitali degunt, suamque indigentibus operam summa charitate praestant.

Matrona quaedam illustris, quae saepe in templo nostro confiteretur, Collegium nostrae Societatis in quodam oppido suo constitui uellet, cui, aliquos ex nostris a P. Rectore [1] nunc postulanti, quominus satisfiat, penuria operariorum impedimento est. Cives item Massae [2] idem in urbe sua fieri cupiunt, quod tum saluti animarum conduceret, tum uero propter aëris temperiem, quae illic maxima esse dicitur, nostrorum valetudini prodesset, qui, ea aduersa utentes, illuc se Neapoli [3] conferre possent.

Dicam etiam de tribus foeminis nobilibus, quarum duae uirgines sunt, una uidua; illae sorores, haec amita fratris nostri, qui in Sicilia Biuonae commoratur, Joannes Baptista nomine [4]. Hae meditationibus spiritualibus a nobis praescriptis aliquandiu uacarunt, in quibus ita profecerunt, ut vidua, una cum altera ex uirginibus, domi quidem suae castam continentemque uitam ducere statuerit; altera autem uirgo breui religionem sit ingressura seque Deo optimo maximo in perpetuum dicatura. Harum quoque uirginum frater alter ad scholas nostras accedit, bona indole adolescens, cui iam certum est Societati se nostrae adscribere.

Juuenis quidam, Thomas [5] nomine, confectis spiritualibus exercitiis, Societatem nostram ingressus est; qui hic nobiscum agit pietate et moribus praestans.

Quatuor aliis praeterea Societas nostra aucta est, quorum unus fuit D.nus Joannes de Mendoza, de quo iam tum multa

---

1 P. Christophoro de Mendoza.

2 Massa di Sorrento.

3 *Neapolim* habet alterum apographum, sed error est librarii.

4 Is esse videtur "Joannes Baptista Gaianus, neapolitanus", qui supremum diem obiit hoc ipso anno, in Collegio Bibonensi, 9.a Octobris. POLANCUS in *Chronico*, t. VI, ubi agit de Collegio Bibonae. Vide etiam litteras Vincentii Romena, infra, n. DLXII, exhibendas.

5 Hujus non meminit Polancus, ne quidem dum has ipsas litteras in suum *Chronicon* transcribit.

Romam perscripta sunt. Alter Oratius gentilis [1], de quo etiam pluribus R.da Paternitas Tua certior facta est: quippe qui maximum constantiae specimen aduersus multas, tum patris sui, tum summorum clarissimorumque uirorum, oppugnationes praestitit.

Duo demum juuenes ex Cossenza, qui hoc tempore Neapoli iuri ciuili operam nauabant, cum biduum sanctis contemplationibus hic apud nos transegissent, diuino impulsi afflatu, nobis se adnumerari uelle dixerunt: qui, institutis contemplationum studiis adhuc intenti, magis in dies magisque in sententia confirmantur, summaque ad Dei seruitium animi propensione responsum a R.da Paternitate tua expectant.

Tribus aliis in animo est Romam quamprimum ad uos proficisci, quorum unus, trigesimum quintum aetatis annum agens, plurimis animi dotibus ornatus est: et tum doctrina, tum rerum usu ualet, cuius egregiam in Dei cultu operam fore spes est.

Multi praeterea, quos consulto praetermitto, Societati nostrae se adiungere cupiunt, qui quidem ianuam ingentem operariis in uineam Domini aperiri demostrant.

Ad haec duo ex Africa serui cathechizati sunt, quorum alter supradicti Joannis de Mendoza seruus erat; qui cum non solum baptismum susceperit, sed in nostra etiam Societate perpetuo Deo seruire statuerit, multa de se polliceri uidetur, qui afrorum linguam callet, nec alieno a studiis ingenio est praeditus.

Nos, ut iam modum uerbis statuam, qui uiginti sumus in collegio, omnes Dei omnipotentis benignitate bene ualemus: et quod ad scholas pertinet, discipulorum satis frequens numerus est, quos bonis moribus bonisque literis in dies magis profecturos speramus, freti diuina ope, R.dae P.tis tuae orationibus impetranda, in quibus nos ex animo commendamus. Vale.

Neapoli, sexto nonas Maii 1556.

R. P.tis T. seruus indignus,

JOSEPH FABRITIUS.

---

[1] Horatius Gentile, de quo plura POLANCUS in *Chronico*, t. VI, dum sermo est de Neapolitano Collegio.

DIV

Joannes Xuarez,
Ex commissione Patris Gundisalvi Gonzalez,
Patri Ignatio de Loyola.
Hispali, 6 Maji 1556 [1].

IHS

Pax Xpi. Jesu sit semper nobiscum. Amen.

Dum illa, quae ad te quadrimestri praecedenti scripsimus [2], admodum R. in X.° Pater, agerentur, aduenit Hispalim religiosus quidam ordinis praedicatorum, hispalensis ille quidem et claris parentibus ortus, non mediocri ingenii acumine praeditus, satisque in sacris literis versatus, in dignoscendis moribus callidus, et in explicandis conceptibus copiosus [3]; hic, etsi alias Societatem Jesu verbis operibusque iuverit, tum quia institutum abunde animum expleuerat, tum vero quia consanguineus quidam suus Societatem ipsam fuerat ingressus, postquam tamen alter nepos ex sorore absque eius [4] consensu eamdem Societatem ingressus est, nec decreuit statim consanguineis (ut ipsi petebant) paternam haereditatem donare; hinc coepit multo aliter quam heri et nudiustertius loqui et agere de nostris: coepit de suggestu miseriam patriae suae deplorare, vtpote quam excipiendis quibuslibet haeresibus sic apte dispositam inueniret; execrari ex animo quosdam, qui, cum exterius spirituales et zelo domus Domini feruentes apparerent, tumebant intus

[1] Autographae duplici folio, nn. 473 et 474.
[2] Vide supra, pag. 84, n. CDLXXII.
[3] P. Ludovicus de Lanuza, O. S. D. POLANCUS in *Chronico*, t. VI, ubi de Collegio Hispalensi agit.
[4] Patris Ludovici.

ambitione, et auaritiae calore flagrabant; reprehendere orationem quamdam mentalem, tot obseruationibus difficilem factam, vt quae a nullo sanctorum antiquorum fuisset inuenta, sed nunc denuo, singularitatis gratia, excogitata ad dementandas hominum mentes, domosque viduarum deuorandas, in detrimentumque et derogationem psalmorum spiritualium, quos sancta ecclesia canere consueuit; conciones publicas in plateis et pro gradibus habitas ambitioni, feruentem solicitudinem in promouendis poenitentium et auditorum animis avaritiae consulebat; damnabat voluntatis indifferentem aequanimitatem ad salutem et infirmitatem etc., vt dogma antiquum eorum, quos derelictos et illuminatos vocant; communicationem meritorum (ut alii pro aliis ieiunent, vapulent et similia) haereticam conuincere nitebatur, vtpote quae suo iudicio gratiae supponeret certitudinem. Tandem Antichristi praecursores iam sibi apparere asseuerans, feroci animo comminabatur se, diligenti inquisitione praehabita, apud inquisitores haereticae prauitatis huiusmodi pestem contagiosam delaturum; quae omnia, quamquam ipse, non solum tacito, sed etiam excluso, nomine Societatis, resonabat, vix tamen vllus auditorum de aliquo alio intelligi credebat, nam et ipse priuatis amicis animum suum explicabat. Curauimus, quod in nobis fuit, vtrisque accusationibus suis [1] priuatim reddere certiorem *(sic)* de plurimis, quae falso [de] nobis a quibusdam ad ipsum deferebantur; orauimus pro ipso multoties, cauentes interim ne verbo vnquam aut facto reprehensionis occasionem vllam praeberemus; publice autem nihil magis respondentes dictis eius, nec cessantes a dictis vel factis nostris, quam si nihil accidisset noui. At vero quoniam, vt scriptum est, *non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel* [2], concitauit Dominus in illum fere omnium magistrorum et praedicatorum eiusdem ordinis animos, qui tamen sunt Hispali quamplurimi, atque hi omnes tam feruenter, publice et priuatim, ipsi in faciem restiterunt, tantum negotium homini facesserunt, in tantas angustias redegerunt, vt fere totas quadragesimales conciones (proh dolor!) insumpserit in apologiis recitandis. Timui ne Aquilo iste nouellas plantationes euelleret aut combureret;

---

1 Verba haec *utrisque accusationibus suis* lineam habent super ductam, quasi delenda forent.

2 Ps. cxx, v. 4.

sed, sint Deo immensae gratiae, pauculi rami dissecti sunt; purgati sunt reliqui, ac firmius radicati; inserti tot denuo, quot vix sufficimus confessionibus et communionibus excolere : et qua via piis et religiosis studiis detrahendum videbatur, ea Dominus (ut solet) nouam et excellentiorem opinionem conciliauit, idque apud probos et doctos, apud religiosos pariter ac seculares viros; heu! imbellicitas animi mei hoc effecit, quae, si digerere valeret solidum hunc cibum, non fuissent mihi tot salsamenta et condimenta necessaria.

His calcaribus a Domino excitati, feruentiori animo coepimus concionibus et confessionibus insudare: insuper doctrina christiana in tribus parrochiis pueris, tam liberis quam seruis, proposita, et in vna earum frequentissimo populo explicata fuit; cum autem auditores ad erogandas eleemosinas exhortaremur (fuit enim in hac provincia tanta penuria vt nonnulli ordaceos furfures pro pane, et coctas maluas, sine oleo vel aceto vllo pro condimento, vescerentur), in tantam commiserationem animos eorum Dominus concitauit, vt multus panis, plures pecuniae, plurimus mundus muliebris, in subsidium pauperum collatus sit: haec annulos e digitis, illa inaures ab auribus, haec armillas, altera vestem, alia denique calanticam a capite detractam erogabant, quibus graui fereque extremae necessitati plurimorum, non solum in ciuitate, sed etiam extra ipsam, subuentum est.

Habita quadam concione ad prostitutas meretrices, eduxit Dominus ad vitam meliorem quinque ex suburbanis huius ciuitatis; tres vero, alia concione, ex oppido ciuitati vicino: ex his aliae religioni, aliae nuptui traditae sunt. Praeter solitam hactenus erga carcerem et xenodochia curam, conuenimus his diebus ad illa, nunc tres, nunc quatuor sacerdotes: audiuimus non paucas, sed necessarias et annosas pauperum et vinctorum confessiones, neque id sine magno profectu et vitae euidenti reformatione: hinc, remissis iniuriis, pax inter aliquos composita est.

Visitarunt quidam ex nostris Patres nouem oppida ciuitati huic vicina, in quibus mane conciones habebant; vespere congregatis, sonante cimbalo, pueris, doctrinam christianam circum oppidum voce deuota vsque ad ecclesiam referebant, ibique congregatis oppidanis declarabant, segregantes studiosum

quempiam, qui, accepto libello doctrinae, vt viderat incoeptum prosequeretur; tantaque pietate animi auditorum affecti sunt, vt secundum tertiumque oppidum insequerentur concionatorem, iamque appropinquantem, ad ecclesiam praecedentes, cimbalum incessanter pulsabant, affectum et famem audiendi verbi diuini declarantes, solatium videlicet miseriae et subsidium praesentis inopiae verbo ipso suscipiebant. Audierunt non paucas confessiones, et ex ipsis aliquas generales, quae solae satis sufficiens stipendium essent totius peregrinationis. Tot denique viri et mulieres petebant audiri, vt viros Hispalim remittere, foeminas autem omnino omittere consultum fuerit: habitae sunt aliquae conciones de non iurando frustra nomine Domini; hic omnes oppidani in catalogum et confraternitatem conscripti, quo se mutuo ad hoc iuuarent, illic vero quasi repente abrasa videbatur iurandi consuetudo, ita vt quos dudum de re leuissima deiurantes audieras, post concionem, de grauibus rebus contendentes, *ita est, reuera,* videres affirmare. Exceperunt scripto nostri spirituales et temporales oppidorum necessitates, quas Hispali his, quorum prouidere intererat, referrent; cumque ex nostris alii alia oppida peragrarent omnesque xenodochiis exciperentur, aliis tamen efflagitare eleemosinam, aliis autem, vltra quam opus erat, oblatam reiicere opus fuit.

Licenciatus Ceruantes, prouisor praeteritus [1], quaerens otium, quo sibi Dominoque vacaret, munere se prouisoris exoneratum contulit Caesaraugustam, inquisitor haereticae prauitatis futurus, vel potius (Domino sic disponente) protector nostrorum, qui in Societate Jesu ibidem commorantur: praeteriens Cordubam visit nostram probationis domum, atque explicans quantum animo suo placuisset, ita ait: "nisi mihi euenerit quies illa, quam Caesaraugustae imaginatus sum, satis aperte docuit me Dominus hoc spectaculo quid me oporteat facere.„

Suffectus est loco illius Licenciatus Joannes Ouando, qui, cum Salmanticae in confessionibus et spiritualibus colloquiis cum nostris egisset, pium suum erga nos affectum primo statim aspectu declarauit. Vult nostros spirituales speculatores esse

---

[1] Dr. Gaspar Cervantes de Salazar.

ciuitatis, cumque in his, quae hactenus se obtulerunt, coadiutores sibi spirituales experimento esse cognouerit, approbat atque amat in dies impensius ipsam Societatem.

Det nobis Dominus sic sentire, velle et efficere voluntatem suam, vt suis diuinis oculis probemur et placeamus. Amen.

Hispali, pridie nonas Maii anno Domini 1556.

De commissione P. Rectoris.

P. V.

indignissimus filius in Domino,

†
JOANNES XUAREZ.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum R.do Patri nostro in X.o Jesu Magistro Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556. Hispali. Quadrimestres 6 maii. †

Vestigium cerae sigilli.

DV

Franciscus de Varea,
Ex commissione P. Emmanuelis Godinho,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipona, 7 Maji 1556 [1].

†
Jesus.

Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi.

Mihi ad Paternitatem Tuam scripturo, quod de hoc Olyssiponensi Collegio sese offert, uisum est tuorum in Christo filiorum rationem reddere: qui quidem Christi munere firma ad praesens ualetudine utuntur, praeter paucos ualetudinarios et imbecilles, qui, licet minus periculose, solent tamen interim in uarios morbos incidere.

Quod autem ad salutem spiritualem attinet, quamuis homines, et ii praesertim qui primoribus (ut aiunt) labiis nondum ueram uirtutem degustarunt, iniqui in ea re sint iudices; at quis tam amens tamque omnibus consiliis praeceps ac deuius sit, qui cum extrinsecus tot humilitatis vestigia, tam promptos, paratos atque expeditos fratres nostros ad obedientiam uideat, tantoque inflammari desiderio suos impetus animosque retardandi, non credat eas mentes, quae tam suauem tamque mire fragrantem odorem ex se emittunt, summis excellentissimisque donis a Deo optimo maximo decoratas illustratasque esse? Itaque maiores in dies omnes hac in re progressus faciunt. Et quamuis certatim summoque studio in ea omnia, quae ad

[1] Autographae duplici folio, primo n. 534, altero non numerato. Est et aliud autographum in duobus immediate sequentibus foliis, primo n. 533, altero non numerato; sed nihil ab illis differt.

perfectionem spectant, omnes incumbant, tamen apertissime cognoscitur singulari quodam studio animique ardore ad obedientiam nostrorumque canonum obseruationem citissimo omnes cursu properare. Qui quidem canones, Christi Optimi Maximi beneficio Patrisque Emmanuelis Godino sedula cura, examussim suauiterque seruantur, additis (ut ita dicam) interdum currentibus calcaribus poenitentiae.

Quamquam in nostra aede sacra pauci admodum sunt confessarii, iique bonam temporis partem in audiendis scholasticorum confessionibus consumant, non deest tamen assiduus poenitentium concursus, qui quotidie de peccatis confiteantur atque ad sanctissimum Eucharistiae sacramentum accedant, idque multo magis diebus festis.

Eunt etiam nostri patres ad inuisendos et audiendos aegrotos, et ut iam morituris adsint; idque quatenus se ab aliis occupationibus possunt expedire, quibus cum distinentur, curatur ut huiusmodi necessitatibus subueniant qui sunt in Diui Rochi [1].

Pater Dominus Gonçalus [2] solebat (ut aliorum literis ad Paternitatem tuam perlatum esse scio) in nostro templo diebus dominicis post meridiem concionari, quousque profectus est ad indos. In eius locum substitutus est Dominus Ignatius [3], qui paulo ante creatus est Minister in Diui Rochi.

Celebrata sunt officia hebdomadae sanctae a nostris mediocriter, idemque Pater Dominus Ignatius magno animi ardore de passione concionatus est. Quidam probi uiri construxerunt monumentum [4] quam optime.

Solet Algaruiensis Episcopus [5], quando est Olysippone, sacrum in hoc collegio facere in quodam sacello, ac nostrorum alicui de peccatis confiteri: et superioribus diebus cum, infirma ualetudine impeditus, non posset huc uenire, petiit ut ad se confessarius mitteretur: beneuolo erga nos animo affectus videtur.

---

[1] Id est, in Professorum domo, Sancti Rochi dicta.

[2] P. Gundisalvus de Silveira.

[3] P. Ignatius de Azebedo, qui Collegio Sancti Antonii ab initio praefuerat.

[4] Altare, in quo feriae quinta majoris sive sancta hebdomadae reponitur venerabile sacramentum.

[5] Joannes de Mello.

Nostri praeceptores progrediuntur, Christi munere, mediocri scholasticorum profectu, ipsique scholastici multum in literarum studio procedunt. Sunt quamplurimi, qui maxime ingenio florent, quique in uirtutis et literarum studio miros progressus faciunt: ex his non pauci magno tenentur desiderio Societatis.

In hoc collegio sunt sex classes, in quibus est maxima auditorum frequentia; ac plures quidem essent, si omnes reciperentur: sed intercluditur illis saepenumero aditus ad nostrum gymnasium eo quod est magna classium penuria, omnesque in paruum quemdam et angustum locum concludimur. Saepe scholastici ex inferioribus classibus ad superiores gradum faciunt, et praecipue proximo Resurrectionis festo plures forte, quam hactenus, ad altiora loca migrauerunt.

Primo sabbato Maii conuenerunt omnes scholastici in unum locum, ubi quidam ex prima classe quasdam rhetorices positiones defendit: nonnulli ex eadem classe argumentati sunt cum oratiunculis latinis et graecis, soluta et ligata oratione. Mirum quantopere placuerint. Postea multi alii scholastici multos et pios uersus, quos paulo ante fecerant, recitarunt, non sine lepore et sale. Nullus, credo, esset, qui, si eos audiret, non et magna perfunderetur uoluptate, et Deo Opt. Max. immortales gratias ageret.

Multi ex his, qui nobis dant operam, tanta sunt praediti modestia tantaque probitate, ut uix sine magna consolatione id dici queat. Confitentur singulis hebdomadis: horum in uirtute profectu parentes admiratione pene obstupefacti, aliis ut portentum narrant, nobisque ingentes gratias agunt, fatentes nobis magnopere se deuinctos esse: nec unquam tantis in se meritis posse respondere. Solent hi pueri tanto studio suos fratres et seruos reliquosque domesticos in officio continere, ut nec ipsis absentibus uerbum ullum ex eorum ore exeat, unde aliquis offendi possit; quia caeteri qui audiunt deferunt crimen ad puerum, ut de reo supplicium sumat. Habent etiam domi loca quaedam, quo iubent omnes conuenire, ibique eos doctrinam christianam docent; tanta diligentia ueniunt in sacrificium quotidie tantaque attentione id audiunt, ut qui uiderit non possit non exquisitissimis uerbis immensam infinitamque Dei Opt. Max. bonitatem laudare. Intersunt etiam diebus dominicis

doctrinae, quamuis die veneris illis sit iam a praeceptoribus explicata.

Multa alia sunt, quae de industria praetermitto, quia uix possem, si omnia uellem persequi, finem imponere. Haec habui de nostro collegio quae dicerem.

Reliquum est ut nos omnes Paternitas Tua commendatos habeat, ut credo te habere. Jesus Christus adsit animis nostris. Amen.

Olysipponae Nonis Maii.

Ex commissione Patris Emmanuelis Godino,

FRANCISCUS DE VAREA. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M.º Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Ihus., Roma.

Alia manu: 1556. Olisopona *(sic)*. Quadrimestres 7 Maii. †

In altero autographo haec tantum in quarta pagina leguntur: Ihus. Quadrimestre de S.to Anton, 2.a [via] a Roma.

Et alia manu: † Iesus. Lisbona. Quadrimestre delli 7 di Maggio (credo) del 56.

DVI

Franciscus Morales,
Ex commissione Patris Cornelii Gomes,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 10 Maji 1556 [1].

Pax Xpi.

Fratres nostri, Pater colende, diuina bonitate adiuti, tum in quotidianis exercitationibus non mediocriter proficiunt, tum etiam in virtutis via quotidie magis magisque progrediuntur. Patres vero eos, qui e vita migrant, in ipso vitae discessu adiuuant, atque ad alia multa huiusmodi officia pietatis saepe accersuntur, illosque, qui de peccatis confitentur, diligentissime audiunt: multo etiam plura fieri possent, non minus Deo Opt. Max. grata, si ad omnia perficienda Patres haberentur.

Diebus autem dominicis in nostro templo tum mane tum vesperi habetur concio. Vesperi vero de doctrina habetur ad eos, qui apud nos literis operam dant; ad quam concionem tantus etiam virorum ac mulierum fit concursus, ut eos templum capere nequeat, licet et mediocre sit, et scholastici omnes se templi sacello contineant; et quamquam multa subsellia pro foribus collocantur, quibus hi, qui ingredi non valuerint, possint sedere, tamen, his omnibus multitudine completis, permulti, ideo quod locum non habent, discedunt: praeterea iisdem diebus complures, tam viri quam mulieres, et peccata confitentur et sacrosanctum Xpi. corpus sumunt: idem etiam in hebdomada persaepe fit; quamplurimi enim confitentur, qua ex re omnes

---

[1] Bina sunt harum litterarum exempla archetypa; unum in folio duplici, primo n. 573, altero non numerato, autographum totum manu Francisci Morales; alterum in folio item duplici, nn. 572 et 574, in quo tantum extrema verba *sexto idus..... Morales* et superscriptio sunt manu ipsius Morales; caetera scripsit alia manus ignota at certo flandrica.

magnum animorum suorum fructum ferunt. Adiuuet Deus eorum conatus, quo maior in dies singulos divino numini laus tribuatur eique gratiae agantur maiores.

Qui apud nos literis operam dant, cum in literis tum etiam in virtute non mediocres faciunt progressus. Cum homo quidam caecus, non longe a nostro Collegio, viam nesciens, inter lapides et saxa erraret, unus ex scholasticis occurrens, capite aperto caeco humerum praebuit, quo subnixus se ipse sustineret, atque ita illum in viam reduxit; ibi etiam praecedens, et cum eo familiariter colloquens, viam ei comiter monstrabat. Duo adolescentes, qui superioribus diebus Societatem nostram ingredi vehementer cupiebant, quorum alter literis studebat, iam in Societatem admissi, Conimbricam profecti sunt. Alius quidam ex prima schola cum Societatem nostram ingredi vehementer cuperet, a parente prohibitus est, et a literarum studio abductus, ne forte a nobis reciperetur, atque etiam admonitus ne cum nostris de re aliqua communicaret, neve consuetudine nostra vteretur. At vero adolescens non modo id non moleste tulit, sed etiam vehementer gaudet, quum antea, patre inuito, quia in nostris scholis versabatur, ingredi non poterat; nunc vero sperat se ad id quod cupit, etiam parente inuitissimo, peruenturum, multoque faciliorem aditum habiturum. Alter ejusdem primae scholae, ad nostrum institutum admodum aptus, admissus et receptus est, et nunc nobiscum et inter nos versatur. Quidam ex secunda schola, cum Pater Ludouicus Gonçalez adesset, magnopere contendit vt reciperetur; sed P. Ludouicus eum in aliud tempus distulit atque reiecit, quum adhuc videbatur aliquantulum puer. Alius eiusdem scholae vt Societatem ingredi posset a parentibus est consecutus. Praeterea sacerdos quidam ex his, qui conscientiae casus audiunt, neque ad institutum nostrum parum idoneus, Societatem nostram ingredi mirum in modum concupiscit: et quum nonnihil ei prius peragendum est, ob eam rem id, quod summopere cupit, adhuc non perfecit. Tres ex nostris scholasticis, quantum adhuc scire possum, aliorum religiosorum instituta sunt sequuti. Unus erat ex secunda, duo reliqui ex tertia schola. Deus Opt. Max. ita eis omnibus faueat, vt principiis consentiat exitus.

Iam ad te, Pater venerande, scripsi de his, quae apud nos

gesta sunt, cum nos Princeps Cardinalis [1] ter quaterve inviseret: postea autem ad nos saepe venit et pedibus fere semper, atque etiam bis in die: qua in re facile ostendit quo animo erga nos esset affectus, et quantopere hoc collegio delectaretur; nonnunquam vero vniuersam domum oculis lustrabat, et si quid forte minus commode exaedificatum videbat, vt januas et caetera generis eiusdem, id statim demoliendum et aedificandum iterum curabat: hortum quoque inuisebat, cumque olitore, quem certa mercede ad hortum excolendum conduxerat, familiariter admodum loquebatur. Atqui ut eae fistulae quamprimum construerentur, quibus aqua in medium peristylum educenda est, imperauit; quod hoc tempore diligenter fit. Iussit etiam vt antlia exaedificaretur, quae in puteo horti aedificari coepta erat: idem saepe veniebat, ut quo pacto artificio quodam aqua ex puteo hauriretur, spectaret.

Eo autem tempore venit P. Ludouicus Gonzalus, vt res nostras domesticas recte disponeret, omnique ratione his, quae Romae fiunt, similes redderet: is igitur aliquoties ad Principem Cardinalem iuit, cumque eo est collocutus; et cum idem faceret pridie quam Princeps Cardinalis Olissiponem proficisceretur, ei Cardinalis dixit se eo ipso die vesperi ad nos esse venturum vt sacrosanctum Xpi. corpus, quod in templo nostro habemus, antea salutaret, quam Evora discederet. Venit igitur, vt constituerat, et imprimis templum petiuit et, Xpo. Opt. Max. salutato, precibusque pie et religiose adhibitis, inde ad ianuam quamdam ire coepit, quae in hortulum spectat. Erat autem in horto P. Ludouicus cum omnibus fere fratribus, qui, simul atque Principem Cardinalem viderunt, aduersus hunc locum, ubi ipse erat, ire coeperunt. At vero Princeps Cardinalis, ubi illos ad se venientes conspexit, Patre Rectore [2] et Ministro [3], qui vna cum eo erant, audientibus, Patrem Ludovicum fratresque intuens: "O optimum, inquit, optimum conuentum!„ Itaque eis obuiam processit usque ad peristylum, quo fratres peruenturi erant, illosque eodem in loco singulari quadam comitate excepit, atque, leniter arridens, Patri Ludouico

[1] Henricus.

[2] P. Cornelio Gomes. Vide supra, pag. 154, annot. 1.

[3] Fr. Lionellus de Lima. Vide infra litteras Antonii Trancoso 1.ª Septembris hujus anni datas.

dicebat: "hanc horam habetis quiescendi?„ Quod dixisse videtur ne ii fortasse, qui ipsum comitabantur, cum fratres nihil eo tempore agere viderent, ea re offenderentur: deinde discedens nos consalutauit, vultu ipso et aspectu facile indicans quam fratres omnes charissimos haberet. Christus Opt. Max. diuturnam ei vitam largiatur vt, eo authore et duce, diuinus in his partibus cultus, vti adhuc auctus est, sic in dies singulos magis magisque augeatur.

Jam ad te, Pater colende, aliquando scripsi de vestibus caeterisque magni pretii rebus, quae ad res diuinas rite peragendas datae nobis a Principe Cardinali sunt [1]. Verum, quia ignoro an redditae sint literae, ob eam rem ea, quae de his rebus scripsi, hic etiam repetam breui.

Imprimis data sunt vestimenta septem, quibus sacerdotes sacrum confecturi induuntur, totidemque vestes, quibus altaria conteguntur atque ornantur: omnia haec ex veste vndulata albi coloris, circumdataque limbis ex veste bombycina coccinea et eiusdem coloris multis sericis ornata fimbriis. Alia item septem vestimenta totidemque indumenta altarium, omnia atri coloris, quorum tria ex veste bombycina sunt limbis serici rasi ornata, itemque eiusdem coloris sericis fimbriis: reliqua vero 4 ex veste vndulata, quorum etiam extremitates fasciis serici rasi ambiuntur et sericis ornantur fimbriis. Septem praeterea sacerdotum totidemque altarium operimenta, ex veste bombycina coccinea, quorum orae limbis ex holoserico (quod vellutum appellant) viridi coloris praetexuntur, et coloris eiusdem fimbriis exornantur. Datae sunt etiam tres et sacerdotum et altarium vestes ex holoserico viridi, limbis vero ex veste aurea praetextae, quarum fimbriae ex filo inaurato sunt: quatuor etiam ex veste damascena viridis coloris cum limbis et fasciolis ex holoserico viridi. Data praeterea sunt tria sacerdotum vestimenta ex veste aurea confecta, quorum orae in circuitu, ad limborum similitudinem, quibusdam ex argenteo filo ornamentis (quae nostri *randas* appellant) praetexuntur, quae orarum ornamenta 70 coronatis atque etiam pluris constarunt. Tria etiam altarium operimenta ex holoserico quodam purpurei coloris (quod nos, quum varias in contextu figuras refert, vellutum

---

[1] Vide supra, litteras sub n. CDLXXXIV, positas, pag. 153.

vellutatum nominamus): haec sunt elatis ex aurea veste fasciis certis in locis distincta, quorum fimbriae ex filo inaurato pulcherrimae sunt. Praeter has omnes vestes, tres quoque datae sunt ad pulpitum tegendum atque ornandum: vna ex bombycina veste atri coloris, cuius ora fasciis ex serico raso circumdata est: altera ex holoserico viridis coloris cuius extremitas ex veste aurea limbis est ornata: tertia vero ex eo holoserico purpureo, quod supra dixi, multis item latis ex aurea veste fasciis, variis in locis exornata atque distincta.

Episcopus Targensis [1], qui hoc tempore Eborae episcopali munere fungitur, quique te ipsum, Pater R.de, Lutetiae Parisiorum cognouit, atque, ut arbitror, tecum nonnullam habuit consuetudinem, magno nos omnes et singulari amore vniuersamque Societatem nostram complectitur: quocirca, cum aliquid nobis sacrandum est, libentissimo animo praesto est: neque vllo modo patitur ut ea, quae sacranda sint, ad se domum deferantur, sed potius ipse ad nos eius rei gratia venit. Itaque omnibus in rebus, in quibus nobis operam suam opus esse suspicatur, nullo pacto vt requiratur expectat, sed nobis potius omnem operam laboremque suum pollicetur.

Haec sunt, Pater venerande, quae mihi hoc tempore ad te scribenda occurrunt: reliquum est ut omnium nostrum, quorum Pater in Xpo. es, in precibus tuis sanctisque sacrificiis recorderis. Vale.

Ebora, sexto idus Maii anno 1556.

Jussu Patris Cornelii,

Franciscus Morales.

In primo exemplo:

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en X.o padre el padre Micer Ignacio, praeposito *(sic)* general de la Comp.a de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Ebora. Quadrimestres 10 Maji. †

---

[1] Emmanuel Sanchez vel Santos. Vide supra, pag. 154, annot. 2.

In altero exemplo:

Superscriptio item in quarta pagina: † Al R.do en X.o padre el p.e M.ro Ignacio, praeposito *(sic)* general de la Compañía de Jesus, En Roma.

Alia manu: Jesus, 1556, Ebora. Quadrimestres 10 Maji.

DVII

N. Garcia
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 10 Maji 1556 [1].

†

Maxime Reuerende in Christo Pater.

Pax Christi Seruatoris nostri sit et perpetuo habitet in cordibus nostris. Amen.

Ea epistola, quam superioribus mensibus ad te dedimus, abunde earum rerum tibi rationem reddidi [2], quae per nostros Patres, Christo Jesu propitio et duce, in laudem omnipotentis Dei agebantur in hoc nostro Collegio Valentino: nunc his literis breuiter tibi exponam, quae postea acta sunt; digna sunt enim ut sciantur et sempiternae memoriae mandentur.

Nemo profecto, Pater, est in tota hac ciuitate, qui consideret et contempletur mores, quibus hoc tempore huius vrbis habitatores ornantur, et qui diligenter intueatur et scrutetur opera, quae faciunt, nemo est, inquam, qui non iudicet olim vitium, nunc virtutem dominari; et qui non concinat Patrem clementissimum, per Patres sui Filii Societatis, plebem suam visi-

---

[1] Archetypae duplici folio, nn. 435 et 436.—Vide infra dicenda. pag. 281, annot. 1.

[2] *Superiores* quadrimestres litterae, quibus *abunde rerum* Collegii Valentini ratio reddita est, illae videntur esse, quas supra, t. III, pag. 720 et seq. edidimus; verum illas subscripsit Ludovicus Beuter, hic autem ait Garcia *reddidi,* quo significat *superiores* quadrimestres a se ipso non a Beuter scriptas esse: quod si ita sit, aliae erunt hae litterae, ad quas hic remittitur lector, quaeque ad manus nostras non pervenerunt.

tasse. Et quod magis mirandum est, patritios viros, ab omni virtutum genere abhorrentes, nunc crebris concionibus et assiduis persuasionibus Patris Doctoris Ramirez [1] ita ad seruiendum Deo optimo et maximo incitatos esse, ut alii sua crimina, diu multumque celata et occulta, Patribus nostris aperuerint; alii omni ex parte vitium detestantes, virtuti pro virili indulgeant; denique omnes ita bona opera facientes perseuerant, ut ex impiis ethnicis sibi et omni populo in bonos christianos hoc tempore evasisse videantur.

Quaedam mulier primaria, a suo viro separata, nunc marito, Patribus nostris id conantibus, est restituta. Quaedam foemina religiosa, relicto coenobio, magna infamia vitam degebat; sed consilio nostrorum in monasterium rediit. Multae mulieres, tam ex his quae sub potestate viri sunt, quam ex his quae coniugali vinculo non tenentur, illecebris carnis deditae, nunc auxilio diuino et nostris Patribus consiliariis factum est ut ita parce et honeste viuant, ut omnes, illarum exemplo et vita vndique circumspecta, magnam in admirationem rapiantur. Quidam homo hanc vrbem incolebat, qui semel tantum poenitentiario scelera declarauerat, et inutiliter; occultauerat siquidem facinus indignum christiano, cuius detestandum officium (seu potius maleficium) erat homines occidere; aliis ad minimum vulnera ingentia infligere; cuius tanta erat mentis dementia et animi perditio, ut alta loca conscenderet magno suae vitae periculo, modo posset herbas colligere, quibus ense uncto et resperso, omnes, quos feriret, morerentur: et quod peius est, quia dicebat parum esse aliquem mortalem interficere: et quanto versutus in rebus malis, tanto inscius et ignarus rerum bonarum, ita ut ne quidem orationem dominicam teneret: confessus tandem est in nostro Collegio et poenitentiam agit.

Pater Doctor Ramirez mulieribus, in lupanari turpiter viuentibus, quadam concione persuasit, ut, ex triginta et octo, viginti et duae ad Dominum reuerterentur; ex quibus aliae viris nupserunt, aliae parentibus et maritis sunt restitutae.

Non est silentio praetereundum, quod tam desperatum erat, et sola Dei omnipotentis ope, et non mortalium consilio et dili-

[1] P. Dr. Joannes Ramirez. Vide Polanci *Chronicon,* t. v, pag. 365, annot. 5.

gentia potuit fieri, scilicet, nostris Patribus clamantibus, multos ludos publicos sublatos esse, et domos, ad ludendum constitutas, interclusas, ex quibus innumerabilia peccatorum genera oriebantur. Cui morbo tam desperato non poterant patres conscripti huius ciuitatis, nec Prorex [1], remedium adhibere, quippe lusores erant viri nobiles et diuites; sed Deus omnipotens, Patre nostro Ramirez vtens concionatore, ita illorum animos elatos confregit et mentes sui amore inflammauit, ut non solum ludos sint execrati, sed etiam singulis diebus ad nostrum collegium se conferant, ut verba Dei audiant; concionatur namque Pater Doctor Ramirez quotidie, ut in incoepto persistant, et ad maiora prouehantur, tum etiam ut hominum otiosorum detractiones et derisiones libentius pro Christo patiantur. Hi venerabiliter *(sic)* corpus Christi frequenter sumunt: his adde quod se exerceant in piis operibus, et suis famulis stipati hospitium pauperum visitent, ubi saepe pernoctant, et secum illuc ducunt sacerdotem theologum, ut si quis pauper appropinquet morti, iuuetur: qui viri nobiles si desunt aliqua nocte, adsunt praesto alii: ita enim statutum est ut nulla nocte peruigiles absint: quod statutum, quamuis olim seruabatur, iam demum perierat: sed nunc a nostris Patribus fulcitum custoditur, quod certe magnopere erat necessarium; nam contingebat ut aliqua nocte, omnibus dormientibus, tres aut quatuor vitam finirent, nemine inspectante.

Viri etiam hi patritii (quos dixi), suis vigiliis non contenti, ostiatim eleemosynam petunt, ut vestes unicuique pauperi necessarias tribuant: omnes conciues mirantur hos viros tam superbos tam repente humanos et humiles apparuisse, praesertim cum nobilitate et diuitiis multum possent. Decernunt nunc hi nobiles ut conueniant in vnum quinquaginta, et quisque singulis annis viginti nummos aureos porrigat, ex quibus fiant redditus ut adolescentulae, parentibus orbatae, viris nubant: rem sane Deo gratam, quia multae, egestate oppressae, vitiis se tradunt.

Numerus eorum, qui assidue confitentur et sumunt corpus sanctissimum Christi, adeo magnus est, non solum diebus dominicis, sed etiam aliis diebus, ut semper in nostro templo

---

[1] Bernardinus de Cárdenas et Pacheco, II Maquedae Dux et I Marchio de Elche.

adesse tempus quadragesimae videatur: et multi expectant vsque ad horam duodecimam; et cum vident non dari confitendi locum, discedunt. Audiunt crimina quinque Patres, ad hoc munus satis apti et idonei, qui in hac vrbe magno in honore habentur, et tota Societas magni fit: ita cum multi aegrotant, solis nostris Patribus volunt suam conscientiam notam facere. Hoc videntes et intelligentes alii concionatores, publice et priuatim verba facientes, summopere nostram Societatem laudant et commendant.

Eo, vbi Pater Ramirez concionatur, tot homines nobiles et mercatores conueniunt, ut, quamuis templum amplissimum sit, nec templum plures intus, nec sua platea plures foris capere possint; auditur magno hominum desiderio et attentione; ita alii ad vitam in melius prouehendam, alii ad peccata deserenda vehementer commouentur; ita omnibus placet, ut vno ore praedicent nunquam talem se vidisse nec audisse concionatorem. Quid plura? cum quodam die esset in platea templi maximi concionem habiturus, tam magna hominum multitudo illuc irruit, ut nec ipsi illuc petenti locus in cathedram ascendendi concederetur; quid mirum, cum nonnulli hora quarta surgant, ut sibi possint locum occupare?

Praeter dies dominicos concionatur etiam aliis festis, quae non ab uniuersa ciuitate coluntur; ad quem audiendum non minor accedit hominum copia.

In nostro templo (quod fere iam perficitur) exponit doctrinam christianam frater Magister Xuarez magno auditorum applausu.

Fratres tum in custodiendis regulis, tum in virtutibus comparandis, mirandum in modum proficiunt, pariterque scholastici in literis capessendis.

Pater Doctor Mironus [1] conatur ut fiat domus probationis; qui ad hoc Collegium guuernandum missus est a Patre nostro Francisco [2]: cuius [3] nimia diligentia et praeclara vita et admimiranda doctrina vehementius multi cultui diuino indulgent: fuit enim longo tempore a ciuibus huius vrbis expectatus, et a

[1] P. Jacobus Miron.
[2] P. Francisco de Borja.
[3] Scilicet Patris Miron, qui olim jam Valentiae versatus et notus fuerat.

nobilibus viris saepenumero eius aduentus flagitatus. Domum probationis speramus in Domino nos cito habituros.

In hoc collegio sumus viginti et sex, ex quibus tres sunt theologi, et duo artibus liberalibus indulgent: caeteri vero aut Patres sunt aut nouitii: aliqui sunt admissi et virtutis studiosi et docti; et alii huiusmodi optant ingredi.

Iis diebus contigit mulieri cuidam nuptae factum sane scitu dignum et admirandum, quae, cum peccatrix esset et concionibus audiendis interesset, nullum tamen locum consiliis Christi relinquebat. Quodam tamen die cum sola suas solitas orationes recitaret, apparuit illi et suis oculis bis se obtulit homo quidam nudus, totus sanguine madens et respersus, quasi tunc esset crudelissime flagellatus: et cum secundo hoc vidisset, ita compuncta est corde, et totis viribus fracta et debilitata, ut statim morbo corriperetur. Interim tamen sentiebat Spiritum Sanctum ostium sui cordis pulsantem et dicentem: aperi tua crimina P. Doctori Ramirez: et nunc postquam est confessa, honeste vitam transigit.

Aderat hic quidam haereticus, qui Summi Pontificis potestatem, indulgentias et ieiunia, vera esse non poterat sibi persuadere, et non solum haec, sed et alia multa, quae nos libenter confitemur. Is tamen cum aliquoties audisset P. Doctorem Ramirez concionantem, et de fide catholica disputantem, et in disputationibus specialibus Ecclesiae esse credendum admonentem, credulus et Christi fidelis factus est. Quidam vir literatus nunc est in fide stabilitus, qui inconstans erat: erat namque sectae hebraeae amicus, adeo ut magis hebraeus quam christicola videretur: permanet tamen in fide Christi per unum ex nostris Patribus confirmatus. Alius homo decreuerat alium occidere, et eo die, quo erat suum inimicum interfecturus, percepit verba Dei a Patre Ramirez, et a proposito nefario destitit. Nobilis vir quibusdam hominibus commiserat ut suo nomine duos homines trucidarent: et, quantum colligo, ad hoc facinus perpetrandum mercedem iam illis soluerat: Patres tamen nostri, re percepta, cum rem contrariam eum hortarentur, eis libenter pepercit. Quidam monachus transfuga, innumerabilibus excommunicationis et irregularitatis vinculis ligatus, Patri Ramirez sua peccata indicauit; et, quoniam ab eo absolui non poterat, se quaesiturum facultatem, ut absolueretur, est pollicitus.

Sed ne pluribus morer, et ut vniuersam rem vno verbo complectar, Valentini homines cum in memoriam revocant praeteritos annos et cum praesentibus comparant, antea Deum optimum et maximum huic ciuitati iratum fuisse, nunc autem clementissime fauere dictitant: antea siquidem rixae et contentiones, nunc pax et concordia et summa animorum consensio: antea carnis illecebrae imperabant, nunc castitas dominatur: antea furta, homicidia, detractiones, nunc haec neglecta et sepulta; charitati omnia vincenti obtemperant. Deus omnipotens faxit, ut animorum vtilitatem inchoatam ad finem vsque perducat.

Orationibus et assiduis precibus Tuae Paternitatis omnes fratres commendantur; et ego imprimis, quia magis indigeo.

Ex vrbe Valentina, sexto idus Maii, anno Domini 1556

Tuae Paternitatis filius et seruus indignissimus,

Garcia [1].

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en Christo Padre P. M. Ignacio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1556. Valentia. Quadrimestres 10 Maii.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Primo hic scriptum erat *Cabrera;* sed, littera *C* in *G* commutata et cancellatis linea superducta *b* et *cra,* additum est *cia,* ita ut legendum sit *Ga r cia.* Manus certe non est fratris Petri Cabrera. Hic autem García quis fuerit nescimus; quare has litteras, quamvis archetypas, autographas dicere non audemus.

DVIII

P. Alphonsus Roman
Patri Ignatio de Loyola.
Caesaraugusta, 16 Maji 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.

La gracia y paz de Jesu Christo nuestro Señor sea siempre y de contino crezca en nuestras ánimas. Amen.

Aunque las cosas que estos meses passados ha obrado el Señor aquí por estos hijos indigníssimos de Vuestra Paternidad juzguemos ser de poco peso, mirado lo que es de nuestra parte, si hiziéssemos comparazion con otras cosas de gran estima, que el Señor suele obrar por los de la Compañía; pero por cumplir con la obedientia, començando ya á dar cuenta por las quadrimestres á V. P. de lo que aquí passa, diré en summa las cosas que juzgare ser más dignas de las occupaciones de mucho peso de V. P. Y no se a de marauillar V. P. que hasta aquí no se le ha embiado desta casa ninguna quadrimestre, como se suele hazer en los otros collegios de la Compañía, porque, si algun tiempo nos quedaua entre tantas y tan grandes tempestades, como aquí por la gracia del Señor hemos padescido, juzgáuamos conuenir emplearle en nuestros negocios, que le han bien hauido menester, de los quales no trataré aquí á la larga, porque ya hemos scrito desta casa sobre ello á V. P. algunas vezes; pero no dexaré de dezir esto agora, lo qual pareçerá más claro de lo que abaxo diré: que han comenzado de tal

[1] Archetypae triplici, folio, nn. 444-446.—In iis solum postrema verba, *De Çarago-ça... Roman,* sunt ab ipso Roman exarata.

manera á endereçarse nuestras cosas, que los trabajos passados en esta ciudad se comienzan ya á conuertir en bien y en sociego grande. Y por no ser largo y occupar mucho á V. P., comenzaré ha dezir lo que nuestro Señor aquí ha hecho despues de nuestra venida de quando por los alborotos nos salimos.

Estando nosotros assí ausentes, nuestros amigos y deuotos trataron con buena diligencia con el R.mo Arçobispo [1] desta ciudad y con su Vicario general [2] y con otros muchos, entre los quales tambien hablaron con los clérigos y frayles mendicantes (que todos nos eran contrarios), cómo boluiéssemos á esta ciudad: y diziendo el Arçobispo que lo desseaua mucho, juntando buen número de los susodichos, les hizo vna larga plática, dándoles á entender nuestra justicia y la poca razon que hauia que ellos la contradixessen, y procurándoles persuadir que entre todos huuiesse paz, la qual ya nosotros les hauiamos pedido con harta instancia, mostrándoles nuestro derecho y priuilegios contra su pretension de hecharnos de la ciudad, pero no nos oyeron. El R.mo Arçobispo acabó con los más de los dichos lo que pedía, aunque algunos quedaron que no lo quisieron conceder; pero concluyóse que nos boluiéssemos á nuestra casa con toda breuedad, lo qual mostrauan mucho desear por su libertad, y lo pedian con instancia el dicho R.mo Arçobispo y su Vicario, porque la Sereníssima Princesa Gobernadora destos reynos [3] los arguya con dureza por el tratamiento que á nosotros y á nuestros amigos se hauia hecho. Entonces se dicerneron [4] letras del official del Arçobispo y de su Vicario general, en las quales se declaraua que las çensuras, puestas contra nosotros y contra nuestros deuotos por la misma causa, eran ningunas, y que nuestra religion, de la qual el incierto vulgo conçitado dezia entónçes cosas indignas de ser oydas, era approbada de los Summos Pontífices, y que nosotros, que en ella estamos, podíamos exercitar los acostumbrados ministerios de la Compañía. Estas letras fueron leidas pública-

---

1 Ferdinandus de Aragon.
2 Lupus (Lope) Marco.
3 Joanna, Caroli V filia.
4 Primo scriptum fuerat *dicicrneron,* sed emendatum est ita ut legi debeat *dicerneron,* quod latine reddidit ipse Roman *emanarunt.*

mente casi por todas las yglesias, con lo qual el pueblo, á lo menos en lo exterior, mostró ablandarse de la passada dureza contra nosotros, y á sosegar su ira. Finalmente fuimos restituidos á esta ciudad vn día despues de la Natiuidad de nuestra Señora del año passado, hauiéndonos llamado con grande instancia el R.mo Arçobispo y su Vicario, que lo procuró mucho, y lo mismo hizo el R.mo Obispo de Huesca [1], que trataua nuestros negocios con grande amor y de padre, y esse mismo tiene agora, y no pudimos acabar con ellos, despues de hauerlo supplicado, que el dicho Sr. Obispo y Vicario general, *alias* Abad de Veruela, con los consistorios desta ciudad, con muchos nobles y jurados, y con gran applauso de ciudadanos, y con mucho concurso del pueblo, admirado de lo que vía, nos dexassen de acompañar dende la puerta de la ciudad hasta nuestra casa. Hauíannos estado esperando los dichos Señores á la entrada de la ciudad algunas horas, y nosotros, como tuuiéssemos por gran carga vna honra tan grande, hauíamos embiado á pedir por letras, y despues algunas veces por vn noble de la ciudad, que nos dexassen entrar humilmente segun nuestra profession y no nos lo concedieron.

Esperáuanos en nuestra casa el Duque de Francavilla, Virrey deste reino [2], con uno de los inquisidores y algunos caualleros; y despues que llegamos á casa, dixo missa en nuestra capilla, en presencia de los dichos, el R.mo de Huesca: y esto de nuestra buelta.

No querria que Vtra. Paternidad dexasse de saber la occupacion que tuuimos despues de nuestra sallida, que nos dió causa de alabar al Señor. La mayor parte de aquel pueblo, donde estuuimos en nuestro destierro [3], que es del Conde de Ribagorça [4], es de moriscados, y salian dos Padres por el pueblo con vna campana, ayuntando los hijos destos y de los christianos viejos con gran diligencia, y juntos les enseñauan la doctrina christiana: los dias de fiesta les declaraua los artículos de la fe el P. Santander [5] con tanto aprouechamiento de los que lo oyan,

---

[1] Petrus Agustin.

[2] Didacus Hurtado de Mendoza, Dux de Francavila, II Comes de Melito, Aragoniae Prorex.

[3] Pedrola.

[4] Martinus de Aragon et Gurrea.

[5] P. Ludovicus Santander.

que era siempre quasi todo el pueblo, que dezian nunca hauer oydo tal cosa, mayormente los nueuos conuertidos, los quales nos eran causa de gozo y admiracion; porque como por fuerça ó con difficultad suelen oir otros predicadores, ellos venian al Padre á rogarle que les predicase y les enseñase el camino de su saluacion, y assí venian á quadrillas destos á oirle los dias de fiesta de los lugares circunuecinos: y esto es de estimar en mucho segun la condicion destos hombres, los quales dezian que desseauan mucho que por más tiempo estuuiéssemos ausentes de la ciudad por su prouecho. Esto es lo que de nuestra ausencia se puede dezir.

La gente desta ciudad estaua tan atemorizada de la concitacion del pueblo contra nosotros passada, que casi todos, sacados algunos que nos eran más familiares, temian nuestra conuersacion; pero quando vinieron á saber la verdad del negocio, perdian el temor. Por lo qual los que se hauian apartado, ya seguramente vienen á nosotros, y con frequencia, creçe cada dia el número de los que nos tienen deuocion y se confiessan y comulgan con nosotros, y veen muy claramente que aquel alboroto passado no fué otra cosa que arte del demonio. Casi no se passa dia en el qual no aya quien se confiesse y comulgue en nuestra capilla: specialmente los domingos vienen tantos, que algunas vezes desseamos más confessores; pero los dias de pasqua y otras fiestas principales es cosa de marauillar en quánto número confiessan y comulgan en nuestra iglesia. Verdaderamente es esta mudança de la mano del Señor. Poco ha que apenas vno osaua mirarnos, y ya ahora desean tratar con nosotros.

Al fin del año passado vino vn jubileo, y fué tanto el número de la gente que vino á nuestra capilla, que nos fué necessario dia y noche confessar, y con todo no pudimos satisfazer á tan gran número: al fin huuimos de llamar algunos saçerdotes el domingo que nos ayudasen á las muchas reconciliaciones y comuniones.

Tambien estos dias próximamente passados ha auido otro jubileo, en [el] qual tambien era necessario confesarse para ganarle, y an venido tambien á confesarse y comulgarse en gran número. Esto sabemos por cierto, que, segun el número de los sacerdotes que aquí somos, oymos muchas más confessiones en

quaresma, jubileos y fiestas principales, que en otras yglesias y monasterios de la ciudad.

Tambien despues de nuestra venida hemos oydo muchas confessiones generales, y otras de muchos que no hauian venido á nosotros, en lo qual no ha sido pequeño fruto que hemos conoscido en las consciencias de los próximos: y quánto sea éste, sábelo el que nada ignora, el qual conosce bien quántas conciencias se han reparado, que miserablemente hauian caido, quántos peccados públicos han cessado, y quántas ánimas se han librado de las manos del demonio, de las quales entendemos por cierto que algunas perseueran en bien. Jesu Christo nuestro Señor, á cuya gloria se haze todo, lo acreziente, assí como ha dado la ayuda y fuerças para que comenzasse.

No callaré á V. P. el aprouechamiento spiritual de aquellos, á los quales, segun la disposicion de cada vno, permittimos comulgarse, vnos cada mes, otros á quinze dias, otros á los ocho, que estos, que serán poco más ó ménos hasta ciento, perseueran en sus buenas obras con tanta fortaleza y alegría, no curando de las muchas murmuraciones de los indeuotos contra ellos, que no dudemos habitar en ellos el Spíritu Sancto con gran comunicacion de sus dones. Pero entre otras cosas nos es causa de admiracion ver que algunos hombres y mugeres de baxa condicion, dexando á los de más alto estado, hemos entendido que han perseuerado tan fuertes en defendernos de muchos falsos testimonios y vituperios, que á cada passo se oyan contra nosotros, y tambien en conseruar los consejos y doctrina, que para bien de sus almas les hauiamos dado, y en fauorecernos segun sus fuerças, que ni duras palabras ni iniurias les enflaquecian, ni los espantauan los peligros que pudieran tener en sus vidas segun era el furor de la gente, ni los han podido apartar de la frequencia acostumbrada de los sacramentos, ahunque muchos predicadores (cosa de doler) pública y priuadamente, y no sin opprobrio destos y concitacion de la otra gente contra ellos, se lo han trabajado dissuadir. Todas estas cosas bien miradas esfuerçan la fee de los que vienen de nueuo á darse á Dios, y hazen más fuertes á los que han permanecido en la tentacion. Las iniurias que muchas vezes, despues de bueltos, nos hazian, los menosprecios y contumelias que por las plaças y calles públicamente y á su saluo nos hazian, ya en parte han

cesado, pero no del todo nos ha desamparado la cruz de Christo. Plega á él que nos aprouechemos de sus copiosos frutos.

Algunos han hecho en nuestra casa los exercicios, y agora los está haziendo vn saçerdote theólogo, y otros los dessean hazer, que no es de tener en poco segun los tiempos. Algunos tambien han desseado dias passados ser recebidos, pero yo les dilaté la entrada, como estuuiesse entónçes este negocio en mi mano, porque pareció conueniente para experimentar la constancia de aquellos: dos se han recebido, el vno de los quales está medianamente aprouechado en la grammática, el otro fué reçebido para los ministerios temporales, aunque el primero está tambien aparejado para lo mismo. Fuera de casa se han dado tambien los exercicios á algunos legos y á religiosos, entre los quales han sido dos de la obseruançia de Sant Francisco, que se aprouecharon medianamente: tambien muchas monjas de vn monasterio de Sancto Domingo, que es el principal desta ciudad, hauiéndolo pedido con mucha instancia primero al P. Rojas [1] y á mi su Prouincial [2], el qual nos muestra grande amor, y dize que es vno de los grandes beneficios que nuestro Señor le haze, que estas monjas sus súbditas sean visitadas y instruidas en cosas spirituales por alguno de la Compañía: ha ido tan adelante el aprouechamiento destas religiosas, que se marauillan los que lo han entendido, y el Padre que les ha dado los exercicios ha tenido gran causa de glorificar á nuestro Señor, y desto se han edificado muchas personas desta ciudad. En otros monasterios de monjas tambien dessean algunas tener oportunidad de aprouecharse en el spíritu por nuestro medio; pero como el negocio, aunque desta calidad, es trabajoso, y en alguna manera inconueniente, por ser alguna destas monjas abiertas [3], y estar tambien nosotros impedidos en cosa de más importancia, no se satisfará á estos pios desseos. Alaben á nuestro Señor sus ángeles y sanctos, el qual a excitado en los coraçones de muchos vn intenso desseo de aprouecharse por nuestra diligencia y consejos, y de poner sus almas en nuestras manos, hauiéndonos poco ha el pueblo contado entre los dig-

---

[1] P. Franciscus de Rojas.

[2] Fr. Petrus martyr Coma. Diago, *Historia de la Provincia de Aragon de la Orden de Predicadores,* lib. i, cap. 63.—Vide Polanci *Chronicon,* t. v, pag. 408, annot. 2.

[3] *abiertas,* quae *clausurae* lege non tenentur.

nos de aborrecimiento y de ser menospreciados: vltra de lo qual los padres son llamados algunas vezes á los enfermos, y suelen estar presentes ayudándoles á bien morir.

Remédianse muchas necessidades de pobres por nuestra diligencia de limosnas de algunos deuotos y familiares nuestros, y algunas vezes en procurárseles presto dineros liberalmente, en las quales cosas aconteçe exercitarse las vnas y otras obras de misericordia; porque como se suelen dar á algunos las cosas necessarias para el cuerpo, se da tambien medicina saludable á sus almas, las quales por la pobreza suele miserablemente opprimir el demonio. Suelen tambien los padres attender á otras muchas y diuersas obras de charidad, assí como se offreçe agora vna, agora otra necessidad; y aconteçe muchas vezes, segun yo en algunas cosas he experimentado y otras he entendido de los padres, que se suele seruir mucho nuestro Señor.

El P. Santander predica contínuamente los domingos y muchas fiestas, y comunmente satisfaze á los oyentes, el concurso de los quales ha sido muchas vezes tan grande, que no han cabido en nuestra capilla, en la qual ha predicado muchas vezes, y otras muchas en yglesias parrochiales: y tenemos bien entendido que se han aprouechado mucho las almas con estos sermones, y muy particularmente en este tiempo, en que han visto otro en su dotrina de lo que ántes dezia el vulgo perturbado contra nosotros.

La quaresma próximamente passada vno de los inquisidores, que nos ama mucho, hauiendo de visitar los lugares de los nueuos conuertidos deste reyno, lleuó consigo al P. Santander, hauiéndolo primero pedido y desseado, para que hiziesse la dotrina y predicase á esta gente, instruyéndolos en las cosas de la fe: y hízolo el Padre, no sin grande aprouechamiento de aquellos, los quales por medio de sus sermones y práticas dieron tantas señales de la enmienda de sus faltas, que le quedó al inquisidor, y á los que con él yuan, grande esperança de la correccion destos, á los quales suelen en mucho número hazer prender y castigar los señores inquisidores, como á los que se apartan de la verdadera religion. El dicho inquisidor desseá mucho tornar al mismo viaje y lleuar consigo al P. Santander, porque le consoló mucho nuestro Señor la vez passada que sallió á esto; pero detiénese por estar algo indipuesto. Hay otro

inquisidor que nos ama íntimamente, y se confiessa con vno de nosotros, el qual ha estado en Siuilla por inquisidor y Vicario general [1], y fué allí gran padre y benefactor de los nuestros: este dessea tambien hazer la misma visita á los moriscos, y ha pedido con instancia algun otro padre de la Compañía que vaya con él para instruir aquellos en las cosas de nuestra fee, como lo ha hecho el P. Santander: de lo qual speramos en el Señor que será muy glorificado, y esta gente grandemente aprouechada segun su necessidad, y que saldrá desto mucho prouecho y authoridad á la Compañía, para que más libremente en este reyno pueda esparzir la simiente de la diuina palabra, y coger copiosos frutos en los ánimos de los próximos. Es cierto de estimar en mucho que los ministerios de la Compañía y los professores della son tan fauorecidos, amados y estimados de los inquisidores del Sancto Officio, hauiendo tantos hombres en esta ciudad desseado destruir este nuestro collegio, y aun borrar nuestro nombre: y aun agora no tenemos pequeñas señales que lo dessean con gran afficion, pero alçamos los ojos á Dios nuestro Señor, del qual sin duda speramos serán amparados y socorridos.

Ya para dar fin á esta, trataré algo de las cosas de casa en breue. Somos al presente cinco sacerdotes: el primero es el P. Rojas, el qual ha pocos dias que fué á verse con el P. Francisco [2], y á tratar con su R.ª algunas cosas de importancia y proprias; el otro es el P. Queralt [3], el qual embió aquí el P. Mtro. Strada [4] de Barçelona: el tercero el P. M.º Piñas [5]: el quarto el P. Licenciado Santander, del qual se ha dicho arriba: el vltimo y menor de todos soy yo. Todos por la gracia del Señor tenemos salud, y attendemos cada vno segun su talento á nuestros sólitos ministerios. Ay tambien con nosotros quatro hermanos para el ministerio de la casa: procuramos todos guardar con mediana diligencia las reglas, y todos por la gracia del Señor se aprouechan en spíritu, dando cada vno de sí buen odor y edifficacion á los que le conuersan: á cada vno se le ha

---

1 Dr. Gaspar Cervantes de Salazar. Vide t. III, pag. 57, annot. 6.
2 P. Franciscus de Borja.
3 P. Joannes Queralt.
4 P. Franciscus de Estrada.
5 P. Balthasar Piñas.

dado su officio para que assí con más commodidad sea regido por órden conueniente. Algunos dias señalados de la semana solemos tratar, despues de comer, de alguna virtud, para que assí el feruor y aprouechamiento crezca: suele algunas vezes á la çena predicar alguno de casa, y despues della se hazen cada dia los tonos.

Estas cosas son las que al presente se offreçen scriuir en summa á V. P.; porque si cada vna por sí se vuiesse de scriuir, seria necessario mucho más tiempo, y por uentura seria mas pesado á V. P.: y aun agora temo hauerme alargado demasiadamente.

Vna cosa supplicamos todos con gran affecto á V. P., que offrezca á nuestro Señor en sus sacrificios y orationes á estos sus hijos indigníssimos, porque speramos en el Señor, por la interçession de V. P., serle accepto sacrificio. Denos Jesu Christo dulcíssimo, nuestro Dios y capitan, copiosos dones de su gracia, para que siempre cumplamos su sanctíssima voluntad. Amen [1].

De Çaragoza, 16 de Mayo de 1556.

De V. R. hijo y sieruo indigníssimo en Christo,

† ROMAN. †

Superscriptio in sexta pagina: IHS. Al muy R.do in Christo Padre Nuestro P.e M.o Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus.

Alia manu: † 1556. Çaragoça. De Roman 16 de Mayo. R.da á los 9 de Julio. Quadrimestres.

Vestigium cerae sigilli.

[1] Quae sequuntur sunt manu ipsius Patris Roman.

Praecedentium Patris Alphonsi Roman litterarum latina versio [1].

✝
JHS

Admodum R.de Pater noster in Christo.

Gratia et pax Christi Jesu sit semper et in dies crescat in omnibus nobis. Amen.

Licet ea quae, diuino suffragante praesidio, proximis hisce mensibus retroactis per nos indignissimos filios tuos gesta sunt, in infimo ponenda loco censeamus, si ea velimus conferre cum praeclaris admodum monumentis Societatis nostrae (vbique fragrantissimum Christi odorem de se emittentis), ut sanctae tamen obedientiae decreto paream, huic quadrimestrium muneri ex hac nostra domo ad te mittendarum initium faciens, ea per capita summatim complectar, quae digniora grauissimis Paternitatis tuae occupationibus dijudicabo. Mirum autem tibi videri non debet, dignissime Pater, quod hactenus ad te nil hujusmodi literarum scripserimus (vt moris est aliis nostrae Societatis collegiis); nam si quid temporis inter tot tantasque procellas (quas Domini gratia sustulimus) nobis supererat, expediens ducebamus consumere illud in nostris (quam melius potuimus) bene gerendis negotiis, de quibus quidem perpauca verba faciam: scio enim te ex nostris literis iam omnia bene nosse. Hoc autem vnum inter caetera non praetermittam (quod quidem ex infra dicendis clarius patebit): quod ita nobis res bene succedere in Domino coepere, vt mala poenae [2], quae nobis in hac euenere vrbe, videantur iam in bonum non qualecumque cedere.

Et ne te diutius detineam (scio enim pretiosum tibi esse tempus), ad ea, quae gesta sunt post nostrum ab exilio reditum in hanc vrbem, enarranda pergam. Per dies multos, absentibus nobis, magna cum diligentia ab amicis nostris actum est cum

---

[1] Autographum, totum manu ipsius Patris Roman, duplici folio, nn. 448 et 449.

[2] *malapenae* habet autographum, idque legi etiam posset *mala pene*.

R.^{mo} hujus vrbis Archiepiscopo ejusque Vicario generali, et cum aliis multis simul, et cum religiosis ordinum mendicantium, et clericis (quia hi omnes in nos conspirarunt) de nostro in hanc vrbem reditu: quem cum Praesul affectu non modico se desiderare obtestaretur, inter cateruam nobis aduersantium clericorum et fratrum ordinum praefatorum oratorem egit, vt eis de jure nostro super iis, de quibus dicti omnes in nos controuersiam mouerant, persuaderet, pacemque inter omnes firmaret (quam nos saepius antea postulauimus, passi tamen repulsam), quod ex parte Archiepiscopus obtinuit a quibusdam; ab aliis autem impetrare non valuit. Conclusum est tandem, vt (quo posset fieri citius) rediremus ad propriam, et id quidem Praesule ipso eiusque generali Vicario summopere pro sui liberatione cupientibus efflagitantibusque;. arguebantur enim dure ab Hispaniae Serenissima Gubernatrice (quae de maxima in nos amicosque nostros commissa saeuitia intimo premebatur dolore, zeloque exarserat justitiae). Binae tunc literae a Praesulis officiali et Vicario supradicto emanarunt, quibus et censuras contra nos et alios ex eadem causa latas nullas prorsus esse, et religionem nostram (de qua exagitatum tunc temporis vulgus incertum indigna dictitabat auditu) a sanctissimis Pontificibus approbatam, nosque, eamdem profitentes, ex eorum priuilegiis solita Societatis ministeria exercere posse professi sunt: et litterae per omnes fere ecclesias publice perlectae sunt, ex quo iam populus saltem exterius mollificari ex praeterita coepit duritia, atque ex ardenti mitescere ira. Demum restituti sumus vrbi altero die post Virginis Beatissimae Natiuitatem praecedentis anni. Venimus autem instantissime vocati tum a R.^{mo} Archiepiscopo ejusque generali Vicario (qui et id magnopere curauit) tum a R.^{mo} Episcopo Hoscensi, qui nostra tractabat negotia paterno miroque affectu, qui et hactenus perdurat. Nec potuimus vllis obtinere precibus, quin praefatus Dnus. Episcopus et Vicarius, qui et Abbas est, cum plerisque huius ciuitatis magistratibus atque nobilibus multis decurionibusque, cum magno ciuium applausu vulgique mirantis caterua, nos comitarentur a porta vrbis usque ad domum nostram. Perstiterant supradicti ad vrbis ingressum per aliquot horas praestolantes nos; sed tantum nos honorem pro onere maximo ducentes, iam eodem die et priuatim per literas, et publice per nobilem quem-

dam, non semel tantum, permitti nobis humiliter juxta professionem nostram et sine pompa introire obsecraueramus, nec datum fuit.

Expectabat nos domi dux Francaevillae (qui in hoc regno vice fungitur regis) cum altero ex inquisitoribus nonnullisque nobilibus; et postquam domum peruentum est, in capella nostra R.mus Hoscensis Episcopus sacrum fecit, praesentibus supradictis. Et haec de nostro reditu.

Nolo te autem (Pater nobis perquam colende) latere, quam habuerimus exilio durante occupationem, ex qua laudandi Dominum occasio sese offert. Maior quidem pars oppidi illius Comitis Ripacurtiae (in quo Caesaraugustam egressi permansimus) erat eorum, qui ex mahometica secta denuo ad fidem X.i conuersi sunt: horum filios duo patres ex nostris, semel quotidie congregantes per vias, pulsato cimbalo, et cum illis filios veteranorum in Christi militia, qua poterant diligentia doctrinam edocebant christianam: festiuis vero diebus P. Santanderius explicabat eis fidei articulos cum tanto audientium profectu, vt dicerent se nunquam tale quid audisse: maxime autem illi in fide neophiti, qui et gaudio nobis et admirationi erant, nam cum alios concionatores vix vi audire vellent, hunc ipsi vltro rogabant vt eis concionaretur viamque salutis ostenderet: atque ex his multi diebus festiuis ad conciones ex proximis pagis cateruatim confluebant: et id quidem (quod hominum ingenium est) non vili est aestimandum pretio: atqui ipsi, vt in longius tempus exilium nostrum ab vrbe protraheretur, magno affectu optare se aiebant. Et haec de absentia nostra.

Huius autem vrbis ciues tantum conceperant ex praeterita in nos turbatione timoris, vt pene omnes (perpaucis exceptis, qui nobis arctiori nexu colligantur) ad nos accedere recusarent. Quando tamen eis rei gestae veritas innotuit, expulsus est timor: iam qui recesserant, frequenter ad nos accedere non formidant: crescit in dies numerus deuotorum confitentium et communicantium: iam luce clarius vident praeteritam concitationem non aliud fuisse, quam machinationem daemonis. Nullus fere praeterit dies, in quo ad confitendum communicandumque quispiam non accedat; diebus praesertim dominicis veniunt tot, vt plures aliquando desideremus confessarios: diebus autem paschalibus et aliis praecipuis festis mirum est quan-

tus sit numerus accedentium ad dominicam mensam in capella nostra. Vere mutatio dexterae Excelsi est: heri vix vnus in nos ne oculos quidem conuertere audebat: iam hodie plures quam antea nobis vti desiderant familiariter. In quodam jubilaeo, ad finem praecedentis anni concesso, tantus fuit numerus accedentium, vt diu noctuque cogeremur confessiones audire; nec datum est tanto numero satisfacere: tandem non potuimus non vocare externos quosdam sacerdotes, qui die dominico, cum sacra communio sumenda fuit, nos in audiendis reconciliationibus iuuarent. His etiam diebus habuimus pro christianorum principum obtinenda pace jubilaeum (pro cujus consecutione fuit etiam necessum confiteri), atque in magno ad nos numero confessuri communicaturique accessere: hoc quidem nobis pro manifesto est, vt pro sacerdotum numero longe plures in jubilaeis et in quadragesima aliisque festiuis diebus audiamus confessiones, quam in caeteris ecclesiis vrbis et monasteriis. Post aduentum nostrum praedictum plurimas audiuimus generales, et alias multorum (qui ad nos nondum accesserant) confessiones; qua in re non mediocrem fructum in proximorum conscientiis experti sumus: quantus autem sit ille, nouit is, qui nihil ignorat: quem non latet, quot conscientiae (quae misere corruerant) reparatae sunt, quot peccata publica cessarunt, quot animae a Sathanae vnguibus ereptae sunt: harum nonnullas pro certo scimus in bono perstare. D.nus Jesus, ad cuius gloriam omnia fiunt, det incrementum, sicut et auxilium et vires praestitit ut haec inciperent.

Sed nec eorum spiritualem profectum silentio pertransibo, quos frequentius, singulis videlicet mensibus, quinto decimo, atque octauo quoque die, pro cuiusque dispositione et statu sacrosancto pane pasci sinimus: ii enim (quos credo plus minus numero centum esse) ita fortiter hilariterque perseuerant in bonis, maximas contra se obtrectationes indeuotorumque murmurationes non curantes, vt in ipsis Domini spiritum cum donorum coelestium communicatione non qualibet habitare non dubitemus. Hoc quidem et inter alia iure mirandum est, nonnullos infimae conditionis homines et mulieres (vt status superioris caeteros taceam) ita fortes in nostri defensione a testimoniis falsis et conuitiis (quorum plurima per hominum ora volitabant) perstitisse inuenti sunt, atque in receptis a nobis

consiliis et doctrina pro eorum spirituali profectu conseruandis, necnon in fauore (vt vires dabant) nobis impendendo, vt nec maledictis conuiciisque maximis frangerentur, nec periculis eorum vitae imminentibus (prout caeterorum erat rabies) terrerentur, neque a solita sacramentorum frequentia, quam ipsis pluries concionatores (quod dolendum quidem est) et publice et priuatim, non sine eorum opprobrio et contumelia et populi in eos concitatione, dissuasere, averti vllatenus potuerint. Corroborant omnia haec, attenta mente perpensa, denuo accedentium fidem; eorum autem, qui in tentatione permanserunt fortes, adaugent: iniuriae, quas nobis et exilio reuersis passim inferebant, contumeliae et conuicia, quae nobis per uias et plateas palam et impune faciebant, iam ex parte cessarunt: neque enim crux Christi omnino deserit nos: vtinam ejus fructus vberrimos capessamus.

Praeter haec nonnulli spiritualia fecere exercitia intra nostros parietes, et nunc sacerdos quidam theologus ea domi recipit, aliique eadem facere exoptant, quod mirum quidem est pro temporis injuria. Quidam recipi elapsis diebus desiderarunt; attamen ipse, cum meae tunc essent partes, (quia pro eorum experienda constantia ita visum fuit expedire), ingressum distuli: nonnulli etiam nunc id efflagitant. Duo admissi sunt, quorum alter in grammatice versatus est, alter ad ministeria temporalia fuit receptus, licet eadem et primus semper subire paratus sit. Caeterum foris tradita etiam sunt spiritualia exercitia tam religiosis quam laicis, inter quos fuere duo fratres ex obseruantia Beati Francisci, qui mediocriter profecere. Multae etiam moniales cuiusdam coenobii Beati Dominici (quod primas tenet in hac vrbe) exercitatae sunt: id prius a nobis earum Provinciali praeposito (qui signa dilectionis nobis maxima ostendit atque inter collata sibi a Domino reputat beneficia, quod sibi subditae moniales aliquando a quopiam nostrum visantur, et in spiritualibus instruantur) magnis precibus efflagitante: in tantum autem spiritualis harum sororum profectus excreuit, ut et mirentur qui id norunt, et qui illis Pater exercitia tradidit, magnam inde occasionem glorificandi Altissimum acceperit; atque ex hoc odor optimus in vrbem dispersus est. In aliis etiam sororum coenobiis proficiendi per nos in spiritualibus facultatem noui nonnullas expetere; sed cum negotium hoc, licet pro-

ficuum, laboriosum tamen sit atque ex aliqua parte inconueniens, nosque a rebus, quae magis vrgent, impediat, in praesentiarum his piis votis satisfieri non poterit. Laudent pro nobis omnipotentem optimumque Deum nostrum omnes angeli et sancti ejus, qui cum ita dudum inter odibiles, exosos atque contemptibiles sibi maxima hujus populi pars nos computabat, iam nunc in multorum cordibus nouum quemdam eumdemque intensum excitauit affectum in virtute proficiendi opera et consiliis nostris propriasque in nostris manibus animas secure deponant. Praeterea ad infirmos aliquoties Patres vocantur: morituris adsunt, eosque juuant vt in Domino proficiscantur: multorum indigentium necessitatibus ex eleemosinis aliquorum (qui nobis sunt familiares et deuoti) aliquando ex mutui liberali praestatione cura et diligentia nostra subueniri solet: qua in re vtraque contigit misericordiae opera exerceri; dum enim, quae corpori necessaria sunt, aliquibus tribuuntur, conscientiis eorum, quas aliquando aduersarius noster egestate misere premit, salubris medicina propinatur. Pluribus etiam aliis, diuersisque charitatis operibus, prout se, nunc haec, nunc alia se offert necessitas, patres intendere solent: et saepe contingit (quod in quibusdam expertus sum et aliquando ex patribus intellexi) vt gratissimi Deo nostro successus eueniant.

P. Santanderius optime concionari solet placetque communiter audientibus, quorum concursus fuit pluries vsque adeo frequens, vt sacellum nostrum capere eos aliquando non posset: nonnullas conciones habuit domi, alias vero in quibusdam parrochialibus ecclesiis; et nobis ex multis compertum est, quod magna proximorum conscientiis ex his concionibus proueniat vtilitas. Praecedenti proxime quadragesima inquisitor quidam haereticae prauitatis, nostri amantissimus, visitaturus in hoc regno eorum loca, qui ex secta mahometica denuo ad fidem Christi conuersi sunt, Patrem Santanderium secum detulit (id prius instanter petens et affectans), qui huiusmodi hominibus doctrinam exponeret christianam, eosque in iis, quae ad fidem nostram expectant, concionando doceret; quod et praestitit non sine magno profectu illorum: qui quidem tot compunctionis resipiscentiaeque expresserunt signa, vt non modicam et inquisitor et eum comitantes conceperint spem de correctione praedictorum: qui quidem hucusque vt in Altissimi

famulatu (proh dolor) et tepidissimi, et a vera deuii religione saepius solent comprehendi, et multi ab inquisitoribus puniri, ad quod munus iterum obeundum praedictus inquisitor expetit sese accingere, quod et differt aduersa detentus valetudine, qua cessante, deferet in comitem Patrem praedictum. Alter insuper illius collega (qui nos intimis diligit visceribus, et ex nostris elegit hic sibi confessarium, qui et Hispali inquisitorem etiam agens et generalem Archiepiscopi Vicarium de nostris fuit quam optime meritus) desiderat et instanter petit quempiam ex nostris, qui ipsi in eodem visitandi dictos neophitos munere socius existat, instructurus etiam illos in fidei rudimentis, prout et coepit et prosequetur Santanderius Pater. Ex quo quidem in Domino fore speramus, vt et Altissimo gloria, genti praedictae spiritualis non qualiscumque profectus, Societati nostrae vtilitas et auctoritas, vt videlicet in agro Domini liberius in hoc regno copiosum semen spargat, vberioresque fructus in animabus recolligat proximorum, inde proculdubio proueniant. Neque parui momenti esse existimamus vt Societatis professores ministeriaque inquisitores hic tanti faciant, nosque adeo paterno foueant affectu, quando tot homines in hac vrbe et Collegium euertere nostrum nomenque delere pro viribus nisi sunt; quodque id et nunc perplures indefessis affectent animis, non paucis argumentis experimur; sed oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, a quo et protectionem et auxilium recepturos nos sine dubio speramus.

Iam tandem ad ea, quae domi sunt, me conuertam, quae breui conabor explicare sermone. Sumus in praesentiarum quinque sacerdotes, quorum primus est P. Rojas (qui paucis ante diebus P. Franciscum a Borgia pro quibusdam non parui momenti rebus adiit: eum autem breui rediturum speramus): alter est P. Queralt, quem e Barchinona P. Mag. Strada misit: tertius est P. Mag. Piñas: alius Licentiatus Santander (de quo supra memini): vltimus, et omnium minimus, ipse sum. Omnes, Dei gratia, valemus et incumbimus pro suo quisque talento solitis nobis ministeriis. Quatuor etiam fratres nobiscum sunt, qui ministerio domus intendunt: studemus omnes, vt ex praescriptis nobis regulis, quas possumus, mediocriter obseruemus: proficiunt omnes Dei gratia in spiritu, et optimum quisque effundit odorem, aedificationique est omnibus cum quibus con-

tingit conuersari: sua singulis officia distribuuntur, vt ita commodius tota domus conuenienti ordine regatur: a prandio, aliquot diebus in hebdomada designatis, de virtutibus solet tractari, vt sic feruor atque profectus et perseueret et crescat: inter coenandum solet aliquis concionari, illaque pro concionaturis exercentur rudimenta proposita.

Haec sunt quae scribenda summatim in praesenti sese offerunt; singula enim, si enarrare vellem, longius tempus exposcerent, et forsan molestus tibi forem; vereor autem in dictis plus nimis protraxisse verba. Hoc iam vnum te summo conatu et affectu, Pater nobis obseruandissime, deprecamur, vt nos omnes indignissimos filios tuos tuis et sacrificiis et orationibus offeras Domino: speramus enim fore, vt tua intercessione Deo optimo maximo holocaustum acceptabile efficiamur. Elargiatur nobis copiosa suae gratiae dona dulcissimus Jesus, dux noster et Deus, vt ejus semper sanctissimae satisfaciamus voluntati. Amen.

Caesaraugustae, 17 die maii, anno autem Domini 1556.

Dignissimae P.tis tuae filius et seruus indignissimus in X.°,

†
ALFONSUS ROMAN.

DIX

Eleutherius Pontanus
Patri Ignatio de Loyola.
Bibona, 20 Maji 1556 [1].

†

Pax Domini nostri Jesu Christi, etc.

Rationem proxime elapsi quadrimestris tibi, obseruande in Christo Pater, redditurus, non uideo unde commodius exordium sumam, quam a facili et succincta itineris nostri narratione.

Itaque primo ac quinquagesimo die postquam Roma profecti sumus, Messanam, Siciliae metropolim, laeti atque incolumes peruenimus, itinere longo omnino ac difficili. Cuius ego si successus omnes persequi uelim, non tam epistolam scribere quam historiam uidebor contexere. Tantum scribo nunquam me neque longiorem neque laboriosiorem peregrinationem suscepisse, et tamen nullam unquam uisam mihi leuiorem, vt mirarer ipse mecum unde ad perferendas coeli marisque iniurias tantum subito roboris animo accessisset. Nam ut taceam exactas aut super tabulis nauium aut humi sub dio noctes plurimas, repentinas in nos de coelo imbrium effusiones, nauseam atque sexcenta alia nauigationis incommoda, illa etiam ipsa saeuissima tempestas, quae cum naui una pene omnes nocte absorbuit, non solum animum meum nihil perculit, uerum etiam ad pericula pro Christo ex Superiorum meorum authoritate subeunda alacriorem reddidit. Quam ego in laboribus ac periculis his constantiam (si modo tam leuium rerum perpessio adeo

[1] Autographae duplici folio, nn. 170 et 171.—Pauca in his immutavit Polancus, quae nos ad paginae calcem indicabimus.

specioso uocabulo appellanda est), si aut mihi aut fortunae ac non potius diuini fauoris auxilio, nobis sanctissimis tuis precibus, tum merito sanctae obedientiae comparato, acceptum ferrem, nimium mihi sumerem, nec foedissimum ingratitudinis crimen effugerem.

Messanae septemdecim dies commorati, postridie Natalis Christi conscendentes nauim Panormum uela fecimus; quo secunda nauigatione tertio die summo mane peruenimus. Vnde calendis Januarii laeto omine proficiscentes, Biuonam eodem die sed multa nocte accessimus.

Habes, obseruande in Christo Pater, itineris nostri breuiter explicatam rationem: accipe nunc eadem breuitate quae ab illo tempore usque in praesentem diem per nos, tantis licet beneficiis indignos, Dominus noster Jesus Christus Biuonae operatus est. Aduentus noster quam fuerit gratus omnibus non facile uerbis exponam: cuius fama cum subito ad omnium aures peruenisset, mirum dictu quam frequentes ad nos conuenirent congratulaturi nouis hospitibus, simulque laetitiam, quam nostra illis ingerebat praesentia, quibus poterant modis, ostensuri. Inter quos ipse quoque ciuitatis gubernator, qui magistratus Biuonae amplissimus est, comitatus iudice atque ornatissimis ciuibus ad nos uenit: qui post multas, tum de R.dae Paternitatis T. ualetudine, tum de Societatis instituto atque propagatione, percontationes, suam nobis omnem operam pollicitus, laetissimus abscessit. Ipsum quoque uulgus nostro aduentu adeo laetatum est, ut publica omnes uoce patres suos aduenisse clamarent: quod nomen etiam in hodiernum diem remansit; nondum enim Societatis Jesu nomen regionibus istis innotuit. Neque tamen temere paternum nobis nomen imposuisse uidentur, etenim non aliter quam parentes amant, uenerantur et colunt: eaque est hominum de nobis opinio, uenisse nos ut extinctam christianam religionem in pristinum decorem restituamus: quod quam uerum sit, ex iis, quae subiiciemus, clarius apparebit.

Priusquam huc uenissemus, magna pars ciuium ludo adeo dedita erat, ut totos dies ad mensam aut periculoso alearum iactu aut chartarum ancipiti certamine otiosa exigeret. Qui mos fratrum nostrorum uigilantia ita sublatus est, ut a duobus fere mensibus nusquam lusores apparuerint. Ipsis uero bacchanaliorum festis, quo tempore, ueteri quidem sed illaudabili con-

suetudine, omnes insaniunt, eorum, qui personati tota urbe discurrebant, plurimi laruas sibi detraxerunt, cum hanc bacchandi licentiam, non tam ex christianorum hominum instituto, quam impia paganorum religione promanasse didicissent: quorum resipiscentia factum est ut aliquanto quietius ac minori cum molestia dies illos transigeremus, non audentibus caeteris circum aedes nostras oberrare, ne a nobis intercepti a proposito bacchandi auerterentur. Circulatorum, quorum magna esse consueuit ubique copia, maxima nunc est Biuonae penuria; nam tribus uno die coniectis in carcerem, qui superstitiosarum quarumdam orationum diuenditione grandem pecuniam conflauerant, caeteris exemplum statutum est ne huc in posterum accedant. Si qui uero periculi ignari aduenerint, statim, audita carcerum fama, citius multo quam uenerint recedunt. Nec ita dudum, cum ex hoc hominum genere quidam circumdatus serpentibus in forum prodiisset, Pauli Mantuani [1], qui tum forte fortuna superuenerat, oratione ita exagitatus est, ut, reclusis anguibus et relicta concione, quam frequentissimam coëgerat, in nescio quas statim latebras sese proripuerit.

Multas praeterea familias, quae nullum mortuos suos lugendi finem faciebant, uisitauimus, et ut dolori modum imponerent, quamuis aegre, impetrauimus. Quo autem luctu mortuos suos Siculae mulieres prosequantur, paucis explicare ab re alienum non puto. Itaque eum, qui defunctus est, splendidissimis indutum uestibus aut suis aut e uicinia commodato acceptis, sublimem in sede collocant, tanquam Jouis capitolini aut Veneris paphiae simulacrum; quem circum conferto agmine circumfusae mulierculae, praefica ineptum prorsus ac puerile carmen praecinente passis ad defunctum manibus, domum implent ululatibus, capillos scindunt, faciem unguibus lacerant, non ad unum tantum diem, uerum etiam ad quinquagesimum, non raro ad secundum et tertium annum, nec toto eo tempore aut sacris

---

[1] P. Paulus Mantuanus, "Venetiis natus, Romae a B. Ignatio ad domestica obsequia inter suos cooptatus est anno 1555, ut ipse flagitaverat. Sed cum Ignatius litteris probe excultum comperisset, hominis temperantiam admiratus et adultae virtutis specimen ex eo assecutus, quam idoneus futurus esset ad majora Societatis officia cognovit. Quare ad Sacerdotium statim evectum Panormum misit...„ Aguilera, *Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus et res gestae*, part. i, cap. viii, n. xxxi. Hujus, qui contagiosa tabe infectis inserviens mortem obiit, memoria desideratur in opere Patrum Allegambe et Nadasi, *Heroes et Victimae charitatis.*

unquam intersunt aut sacramentis communicant. Templum uero, in quod defunctus elatus est, reliquo uitae spatio nunquam ingrediuntur, etiam maximis praemiis propositis. Quam consuetudinem cum pietatis amantissimus Prorex [1] edictis uellet gravissimis abolere, non potuit: debilitauit tamen multis in locis plurimum.

Extincta sunt etiam plurimorum odia; et capitales multorum inimicitiae in firmas ac synceras uersae sunt amicitias: quorum duo e primoribus urbis uiris adeo pertinaci inter se odio dissidebant, ut sola mors finem inimicitiis allatura uideretur; omnesque uno ore dicerent ne ipsum quidem Christum, si de coelo descendisset, ut, positis dissidiis, in gratiam redirent, effecturum; impio quidem loquendi modo, sed ad rei difficultatem exprimendam accommodato. Sed longe eos fefellit opinio; nam ad primum statim verbum ministri Collegii (qui dirimendarum inimicitiarum mirus est artifex), condonatis iniuriis, amicissimi facti sunt, et dextras animo lubentissimo coniunxerunt; quorum alterum cum iudices pro poena, quam promeruerat, ad funium tractus damnassent, tulit patientissime, dicens longe grauiorem sibi poenam deberi, praestareque breuem hic dolorem ab hominibus, quam perpetuum in inferno cruciatum a daemonibus perpeti.

Eorum, qui in uinculis asseruantur, magna semper a nobis ratio habita est. Nam frequenter illis concionatum est, et de sacerdotibus, quibus confiterentur, prouisum, quod illi summis in beneficiis ponunt. Ante aduentum enim nostrum neminem habebant, a quo aut in doloribus consolationem acciperent, aut absolutionis in morbis beneficium perciperent. Adolescentem, in quem judices grauius quam pro crimine statuere decreuerant, nostra pro eo interpellatione liberauimus. Alium leui admodum de causa, magno autem familiae suae incommodo, in carcerem detrusum, delinito eo, cuius *iussu* [2] custodiebatur in uinculis, uxori liberisque suis solutum reddidimus. Tertium quemdam, cuius bona constituta judex uolebat auctione uendere, quod pro fratre, qui uadimonium deseruerat, spopondisset, magno metu *ingenti* [3] periculo liberauimus; nostris enim preci-

[1] Joannes de Vega.
[2] *causa.* POLANCUS.
[3] *et.* ID.

bus judex impulsus, aequiori paulo cum eo conditione transegit. Decumbentes in valetudinario nostra quoque opera non raro adiuti sunt, verum fere uacuum est; et cum plurimos habet infirmos, uix duodecim habet aut quatuordecim.

De nobis, quam bene sentiat uniuersa ciuitas, indicio esse potest hominum ad nos in periculis concursus, et omnium nobis confitendi desiderium, ut non immerito domus nostra cuipiam uideri possit publicum miserorum omnium refugium; et ut Dei erga nos munificentiam profitear, nemo hactenus opem nostram frustra implorauit.

Vicina mulier cum duos iam dies pariendi difficultate laborasset, nec partum, tentatis uariis remediis, quicquam faciliorem sentiret, ad nos oratum misit, ut sibi subueniremus: cum uero respondissem nec medicum me esse neque Deum, ut possim dolores de corporibus abigere, nec tamen illae orandi finem facerent, uictus precibus dedi illis aquam benedictam, ut de ea fronti, pectori ac ventri parturientis signum crucis imprimerent, omnesque nos pro illa oraturos dixi: quod cum fecissemus, et illae diligenter obtemperassent, secunda ab inde hora quam foelicissime partu liberata est.

De scholis nostris, quas pene praeterieram, hoc habe: messem ex ipsis sperare nos longe uberrimam. Discipuli ad summum centum quinquaginta, qui, ut seipsis quotidie doctiores euadunt, ita et meliores, jurandi ad singula pene uerba pessimam consuetudinem, *impudicos contactus ac praeposteros concubitus* [1] ita reliquerunt, ut nullae amplius ad aures nostras de eiusmodi uitiis querelae perferantur. Confitentur singulis mensibus: multi etiam sacratissimum Christi corpus magno cum desiderio suscipiunt.

De statu rerum nostrarum, etsi longus mihi instituendus esset sermo, tamen, quia nondum satis compositae sunt res domesticae, propterea quod non in propriis sed conductitiis aedibus habitamus, statui longiorem de his sermonem in alterum mensem differre, quo, Deo uolente, futurum est ut ad propria commigremus. Accipies tunc his de rebus *prolixas plus satis epistolas, quibus* [2] longae dilationis moras facile, ut spero,

---

[1] *impudicitiam et morum turpitudinem* Polancus.

[2] *prolixam epistolam, qua.* Id.

sarciemus. Interim, ne nihil omnino scribam, scito numerum aequare nos duodenarium; valere autem et ualuisse hactenus, si non omnino inoffense, at certe satis commode, plerosque etiam salubrius hic quam Romae degere. Charitate omnes ita inuicem deuincti, ut in summa pace ac concordia placidissime uiuamus. Singuli in eo, quod sibi obtigit, officio strenuissime se gerunt.

Haec sunt, Reuerende in Christo Pater, quae mihi sese in praesentia ad te perscribenda offerunt; parua quidem, immo nulla, si cum iis conferantur, quae quotidie ex diversissimis orbis partibus ad te perferuntur; uenia tamen digna, si temporis, quo haec gesta sunt, ratio habeatur. Nondum enim messis nostrae dies aduenit, sed adhuc quotidie serimus, et sterilia hominum corda paulatim ad meliorem frugem praeparamus. Erit tamen, nisi me fallit opinio, cum de messe quoque nostra plenos ad uos manipulos exultantibus animis transmittemus. Quod ita demum futurum est, si diuinam ad hoc gratiam Reuerenda nobis Paternitas tua sanctissimis suis orationibus impetrarit, quibus, quicquid hactenus boni egimus, debere nos uerissime confitemur. Proinde me, meaeque fidei commissam familiam, id est, omnes nos Reuerendae Paternitatis tuae amantissimos filiolos, tuis imprimis, deinde caeterorum quoque patrum ac fratrum feruidissimis orationibus, toto animo commendamus. Vale iterum atque iterum, obseruandissime Pater.

Biuona, decimo tertio calendas Junii, anno 1556.

R. P. Tuae indignus in Christo filius,

ELEUTHERIUS PONTANUS.

In ima parte tertiae paginae haec leguntur: P.e Francisco, Portugallo, Fiandra, Andalucia, Aragon, Parigi, Perugia, Ferrara, P.e Francisco [1].

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri M.o Ignatio de Loyola Societatis Jesu Praeposito generali, Romae.

Alia manu: 1556. Biuona. Quadrimestres 20 Maii.

---

[1] Vide supra, pag. 56, annot. 1.—Primis verbis *P.e Francisco* intelligendus venit P. Franciscus de Borja, postremis vero P. Franciscus Palmius.

Praecedentium litterarum italicum exemplum a Joanne Thoma Romano, *ex commissione* Patris Eleutherii Pontani, Rectoris, confectum et subscriptum [1].

IHS

La pace del Signor' nostro Giesu Christo etc.

Deuendo io, R.do in Christo Padre, rendere raggione alla Riuerentia uostra delle cose, che sonno acascate in questi quatro mesi passati, non so donde più comodamente incomenci, che dalla facile et breue narratione del nostro camino.

Il quinquagesimo primo giorno dipoi che da Roma ci partimmo alegri, sani et salui, peruenimmo a Messina, capo del regnio di Sicilia, non senza faticha et trauaglio. Le fatiche del quale se io le uolessi scriuere, più tosto parrei contare una historia, che scriuere una lettera. Solo questo scriuo, mai hauer' fatto nessuna peregrinatione, ne più longa ne più faticosa, niente dimeno nissuna mi è parso più ligiere, tanto che mi maraueglio donde mi fusse stata data subitamente tanta forza per soportare le fatiche del mare. Lasso stare le molte notte passate o sopra le tauole della naue, o al sereno sopra la nuda terra: lasso le repentine pioggie, le incitationi al uomito, vna anchora, et benche crudelissima tempestà, la quale una notte noi tutti con la naue haueua quasi somerso, il mio animo niente percosse, ma lo fece più pronto a pigliar' pericoli per amor' di Christo, essendomelo comandato da miei superiori. La qual' constantia ne i trauagli e perigli (se pur patir' così ligier cose, con tanto bello uocabulo si debbe ornare) se io l' atribuissi o a me, o alla sorte, et non più tosto al diuin' aiuto, per le santissime orationi di V. R. per noi sparse, et al merito della santa obedientia, troppo me ne uantarei et non scamparei quel' brutto uitio del' ingratitudine.

Hauendo dimorato diecisette giorni in Messina, il giorno dipoi la Natiuità del Signore nauigammo a Palermo, onde con

[1] Autographum duplici folio, nn. 166 et 167.

una prospera nauigatione il terzo giorno la matina a bon' hora gionsemo: di la partendoci il primo giorno del' anno con buona acoglienza il medesimo giorno assai di notte giungemmo a Bibona.

Intendi hora V. R. con la medesima breuità quelle cose, che da quel tempo per insino al dì d' hoggi per mezzo nostro, indegni de tanti beneficii, il Signor' nostro Giesu Christo ha operato in Bibona. La nostra arriuata quanto sia stato a tutti grata, facilmente con parole non la potrei esplicare, la quale hauendola tanto subitamente tutti intesa, marauegliosa cosa è, quanti ueniuano a ralegrarsi con esso noi, et insieme l' alegrezza, la quale haueuano della nostra presentia, come poteuano la demostrauano: tra li quali anchora il gouernatore della città di Bibona (che è qua la magior' dignità) acompagnato col' iudice e con li più nobili cittadini uenne a noi, il quale, hauendoci domandato della sanità nostra, et del' instituto della Compagnia et della sua dilatatione, offertocesi tutto si partì con grande alegrezza. La gente minuta anchora tanto si ralegrò della nostra uenuta, che diceuano tutti esser' uenuti li loro padri; il qual' nome insino ad hoggi ci è restato. Perche il nome della Compagnia di Giesù, o delli teatini, o jesuiti non è cogniosciuto in queste parti. Pur non pare che inconsideratamente ci habbiano posto questo nome di padre, perche non altrimente che padri ci amano et honorano. Et questo pensano di noi che siamo uenuti accioche restituiamo la christiana relligione spenta, nel' suo antico stato: la qual' cosa esser' uera, di quelle cose che metterò di sotto, più chiaramente si potrà uedere.

Auanti che qua uenessimo, una gran' parte delli cittadini di tal sorte era data al giocho, o de dadi o delle carte, che li giorni in questo integri passauano; la quale usanza con la uigilantia delli fratelli di tal' sorte si è leuata, che da dui mesi in qua giocatori alchuni non s' è più uisto. Nel carneuale, nel qual tempo, come è la usanza, et mala, tutti si danno al' buon' tempo, molti di quelli, che per la terra andauano mascerati, si leuorno la mascera, hauendo inteso che questa cattiua usanza ueniua più dalli pagani che dalla usanza de christiani: per la qual' cosa si è fatto che più quietamente et con minor' molestia si passassino quelli giorni, non hauendo ardire li altri passare dalla nostra casa, accioche trouati da noi, non si leuassino

da tal' costume. Delli ciarlatani, delli quali in ogni loco ne è gran' copia, in Bibona non ui sonno; perche una uolta, essendone stati messi tre in pregione, li quali uendendo certe superstitiose orationi, haueuano assai ben' guadagniato, li altri spauentati di tal' cosa, non hanno ardire di acostarsi qua. Et se alchuni di tal cosa ignoranti ci uengono, udito come altri sonno stati posti in pregione, più presto che non uengono se ne uanno. Et pochi giorni in qua uenendocene uno, che faceua monstra grandissima di serpe, la predica di Paolo Mantoano, il quale a caso andò la, atterrito, pigliandosi le sue serpe et lassando li huomini, delli quali se ne hauea congregato una gran' copia, confuso se ne andò.

Oltra di questo habbiamo uisitato molte fameglie, le quale non faceuano nessun' fine di piangere li loro morti, et habbiamo fatto che ponessino modo al' lor' dolore, benche difficilmente. Con quali pianti le donne siciliane piangano li lor' morti, non sarà fuor' di proposito breuemente dechiararlo. Morendo alchuno, lo sogliono uestire con ueste preciosissime, o sue, o imprestateci dalli uicini, et porlo a sedere in una sedia molto alto, come il simulachro di Jupiter, intorno del' quale molte donne cantano un' certo canto sciocche et tutto puerile, stendendo le mani uerso il morto, empieno la casa de pianti, stirandosi li capelli, et con le unge sgrafigniandosi la faccia, et questo non per un giorno ma per cinquanta, et molte per insino a dui et tre anni, et in questo tempo non odeno mai la messa, nè uanno alli sacramenti. Et il resto del tempo della lor' uita per qual' si uoglia cosa non andarebbono a quella chiesa, doue quello morto è sepolto: la qual' consuetudine il Vicerè, zeloso del' honor' de Dio, uolendola leuare del tutto, con grandi bandi non ha potuto, benche in alchuni lochi si è un' pocho diminuita.

Si hanno estinti molti odii et capitale inimicitie, delli quali dui principali cittadini tanto odio era tra loro, che solo la morte pareua ch' hauessi a estinguere quello, di tal' sorte che tutti diceuano che, se lo istesso Christo uenisse in terra, non gli potria pacificare; parole certo impie, ma accomodate a esprimere la difficultà della cosa: ma grandemente son' stati ingannati di quello che pensauano, perche alla sola parola del ministro del Collegio, al quale per placare le inimicitie Iddio ha dato gran-

dissima gratia, perdonandosi le ingiurie, si sonno fatti amicissimi, et alegramente si toccorno la mano: l' uno delli quali essendo stato condennato dalli giudici alla corda, per quello che haueua fatto, soportò patientemente quella pena, dicendo che maggior' n' haueua meritato, et esser' meglio patire un' pocho qua dalli huomini, che senza fine patire nel' inferno da demonii.

Habbiamo hauuto molta cura delli incarcerati. Imperoche spesse uolte ci si è fatto prediche, et prouedutoli de sacerdoti alli quali si confessassino, la qual cosa la riputano per gran' beneficio; perche auanti il nostro aduenimento non haueano alchuno, dal quale potessino riccuere alchuna consolatione, o nelle infermità potessino essere absoluti. Un' giouane, il quale gli giudici, più che non hauea meritato, lo uoleuano castigare, facemmo che fussi liberato. Un' altro, il quale per una causa de niente, ma con gran' danno della sua fameglia, era stato messo in carcere, hauendo quello per il comandamento a [1] quale staua in pregione, lo rendemmo alla moglie et suoi figlioli. Un' altro, li beni del' quale già il giudice uoleua uendere allo incanto, perche hauea promesso per il fratello, il quale, datto il preggio, se ne era fugito, da grande pericolo lo liberammo; imperoche il giudice per le nostre prighiere spinto, con alquanto più giusta conditione si passò con lui.

L' infermi del' hospitale non pocche uolte per mezzo nostro sonno stati aiutati, ma è quasi uoto, che al più che n' habbi, ne ha dodeci o quatordeci.

Quanto bene di noi senti la città si dimostra per il concorso delli huomini a noi ne' pericoli, et per il desiderio di tutti di confessarsi a noi, che la nostra casa meritamente può parere ad alchuno un' publico refugio di tutti li miseri. Et per più manifestare la benignità d' Iddio uerso di noi, nessuno per insino a qui ha domandato in uano il nostro aiuto.

Vna donna uicina, hauendo patito doi giorni che non poteua partorire, prouato uarii remedii, niente se allegeriua il suo dolore, mandò a noi che la soccoressimo; hauendoli risposto che io non ero medico nè Iddio, che li potesse leuare il dolore, et

---

[1] Signum quoddam hic est, seu forte inceptum scribi vocabulum, quod legere non valemus. Sensus tamen ex latinis litteris supra positis perspicuus est.

quelle non restando perhò di pregare, uinto per le preghiere, li dette acqua benedetta, che con quella facessino il segnio della ✠ nella fronte, nel petto et nel uentre di quella che partoriua, et dissili che tutti noi pregheressimo per lei: la qual' cosa hauendo noi fatto, et quelle hauendo obedito, di là a doe hore fu felicemente del parto liberata.

Delle scuole, delle quale quasi m' era desmenticato, sappia questo V. R., che noi ne speriamo grandissimo frutto; li scolari sonno per il più 150, li quali così come ogni giorno più dotti diuentano, così più megliori. La consuetudine di giurare ad ogni parola, et le altre tristitie di peccati carnali di tal' sorte lassano, che nessune lamentationi di tali uitii più ci siano portate. Ogni mese si confessano, et molti di loro riceueno con gran' desiderio il sacramento.

Dello stato delle cose nostre, benche io non douessi molto parlare, pur' perche non anchora le cosę di casa sonno assai ordinate, perche noi stiamo in una casa a pigione, queste cose le deferirò per l' altro mese, quando col' aiuto d' Iddio habitaremo nella propria habitatione. Allora V. R. riceuerà di queste cose più longhe lettere, con le quale ricompensaremo il tempo passato. Hora per non passar' così alla legiera, sappi V. R. come noi siamo 12, sani et disposti per gratia d' Iddio, se non quanto potessimo, pur' assai comodamente. Et molti stanno meglio qua che in Roma. La charità così ci ha legato, che in somma pace et concordia uiuiamo. Tutti fanno diligentemente il suo officio.

Queste sonno le cose le quale al presente mi occorrono da scriuere alla R. V., certo piccole et quasi nulle, se con quelle si conferiscono che da diuerse parte del mondo ogni dì a V. R. si scriuono; degne pur' di perdono, se risguardiamo il tempo nel quale queste si son' fatte: imperoche non anchora il tempo della nostra ricolta è uenuto, ma anchora ogni giorno seminiamo, et li cuori sterili di questi homini a meglior' frutto prepariamo. Sarà il tempo, se non m' inganno, quando della nostra ricolta pieni manipuli con alegri cuori ui mandaremo: la qual' cosa così sarà, se la P. V. con le sue santissime orationi ce impetrarà gratia a questo, per le quale confessiamo hauer' fatto ciò che per insino a qui habbiamo fatto di bene. Per ciò io con tutta la fameglia a me comessa, cioè tutti noi figlioli della P. V.

alle uostre orationi, dipoi a quelle di tutti li padri et fratelli con tutto il cuore ci raccomandiamo, et humilmente basciamo le mani de V. R. P.

Di Bibona a dì 21 de Maggio 1556.

D. V. R. Per comessione del Nro. R.do in Chro. Padre Rettore il P. Eleutherio Pontano,

Io. THOMASSO ROMANO, minimo seruo.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in Christo Padre il Padre M.° Ignatio de Loyola, Preposito generale della Compagnia de Jesu in Roma.

Alia manu: 1556. Biuona de Sicilia. Quadrimestre di 21 di Maggio.

Fragmentum cerae rubrae sigilli.

DX

Philippus Faber, olim Leernus,
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 20 Maji 1556 [1].

† IHS

La gratia et pace di Chisto N. S. sempre si diffunda nei cuori nostri. Amen.

Molto R.do in Christo Padre: Al principio de l' anno presente scrissi alla R. P. V. d' alcune cose che il Signore per mezzo di questi suoi deboli operarii haueua operato in vinea sua nelli

[1] Archetypae duplici folio, primo n. 106, altero non numerato.—Eadem de iis animadvertenda veniunt, quae supra, pag. 48, annot. 1, diximus de praecedentibus ejusdem Philippi Fabri quadrimestribus sub n. CDLXV positis.

quatro mesi alhora passati, fra le quali parlai d' vna giouane che sul Firentino hauendo seminata discordia fra marito et mogliere gioueni, con simulare l' vno hauere voluto intossicare l' altro (adeo che per molti anni la mogliere è stata dal marito con grand' ignominia et cordoglio (abenche innocentissima) separata): tandem *ad cor rediens* ci capitò nelle mani, procurando noi che lei facesse confessione publica della sua falsità, la quale *in scriptis* si mandò a quel magistrato etc.; hora habbiamo riceuute lettere di quelle bande, de mille ringratiamenti che fanno a Iddio, et a tutti quelli che in questo negotio si sono adoperati, significandoci come con grande consolatione di tutti, s' è dato termino al grande trauaglio et rouina, doue sin' hora si ritruouauano quelle afflitte anime; et essa giouane sta constante nella voluntiera penitenza del suo errore [1].

Doppo questa, vna altra giovene maritata, atta certo a far' et causare molte offesse di sua Maiestà, fu leuata dal peccato, doue *(consentiente, imo fauente marito)* era stata con publico scandalo per molti mesi a posta d' uno concubinaro, il quale con lei teneua anchora due altre, cioè vna in villa et due in casa nella città. Era anchora lei stata in peccato con vn suo zio *(turpe relatu)* forse da due anni; leuata dico dal peccato, fu condotta nelle conuertite, doue si confessò con noi come anchora il suo marito, li quali ambedui, mostrando grand' animo di volere viuere xianamente, si sono retirati in vna casa da sua posta, facendoci però prima molte promissioni et obligationi *(etiam in forma iuris)* de viuere honestamente etc., come intendo fanno.

Le cuose del diuino seruitio vanno mediocremente; anchora che, per non hauere Sua Eccll.a [2] data la risolutione del luoco [3], et *per consequens* non hauendo noi quella commodità, non si può così intieramente agiutare all' anime. M. Stephano [4] (il quale per conto della rottura della ghamba è stato per qualche mesi impedito) adesso fa alcune esshortationi nella capella di casa, nella quale cì viene gente etiam de qualità, perseueran-

---

[1] Vide supra, pag. 50.
[2] Dux Ferrariensis, Hercules d' Este.
[3] In quo extruendum erat Collegium.
[4] Mag. Stephanus Baroëllus.

doui quel conte [1], il quale con sua fameglia s' è confessato da M. Stephano questa Pasqua. Et in quello tempo hauessimo tanto da confessare che, hor' in essa capella, hora nella chiesa delle conuertite, et finalmente nelle prigioni (hauendoci il Rmo. Vescouo [2] dato la cura di confessar' i preggionieri) quasi non poteuamo supplire; oltra che vna cittadina inferma, desiderando confessarsi col P. M. Stephano, il quale non poteua caminare alhora, mandò subito cauallo et seruitori a tore (*sic*) esso Padre, et, poi che fu confessata, ritornarlo nel Collegio; la quale mandò poi la sua fameglia a confessarsi da detto Padre nella sodetta nostra capella.

Si confessò etiam con noi vna cittadina giovene di buona casata, la quale, con le commodità de cinque o sei miglia ducati di dota ch' ella ha, era molto sommersa nelle vanità et grandezze: tanto si commosse nella confessione sua, che se ne ritornò a casa tutta humiliata, anzi inferuorata, che poteua, a chi la sentiua, fare ricordare di quella samaritana: gittò da banda le vanità, abandonando et sprezzando le mondane compagnie, mostrando ogni cuosa esserli venuta in fastidio, eccette le cuose de l' anima, et alhora si risolse a vestirsi di biretino, come adesso va, *consentiente tamen marito*, il quale (com' intendo) molto s' è rallegrato, et ha molto grato che lei si confessa con noi, il ch' ella fa con sua fameglia vna o più volte al mese, et già il suo marito gli ha promesso che si confessarà da noi.

Questi giorni passati venete a Modena vn S.re di Castello Parmesano, il quale da due o tre anni non s' era confessato per non sentirse disposto a lasciare quella vita, la quale sapeua certo che, volendosi salutarmente confessar' et comunicar', lasciare bisognaua: si confessò con noi, con mia edificatione et sua (come mostraua etiam nell' esteriore) sodisfattione; se ne ritornò adonch' al suo Castello, mostrando grand' animo di fare mutatione di vita. Del tutto sia ringratiato l' authore de ogni bene.

Queste persone sono assai solicite ad intendere, et anche prouedere, quando ci manca qualche cuosa nella temporale ne-

---

[1] Hujus mentionem forte fecerat Faber aliis litteris, quae ad nos usque non pervenerunt.

[2] Fr. Aegidius Foscarari, O. P.

cessità, et se fossero libere o potenti nella facultà, come sono alcune di loro nella voluntà et buono desiderio, presto se liberarebbeno della pagura ch' hanno ch' vn giorno non li siamo leuati da Modena per non hauer' luoco conueniente al diuino seruitio. Et a noi s' accrescerebbe l' animo, et anche la speranza ch' hauendo qui luoco, si mandariano persone che supplirebbono in cuose d' importanza, et di grande seruitio di Dio nostro S.re, come sarebbe, chi legesse theologia alli R.di Preti di Modena, chi predicasse et leggesse tutto l' anno, le domeniche et feste, nella chiesa cathedrale, et simili, secondo che Mons.r il Vescouo R.mo mi fece già scriuere a V. R. P., cercando ch' alcuno di noſtri pigliasse tal impresa. Il nostro Signore adonche, de cui è tutto il negotio, proueda quando et come meglio sia seruito, et a noi dia gratia di sempre fare sua santissima voluntà, il che spero farà per sua misericordia, mediante l' orationi di V. R. P. et delli charissimi padri et fratelli, alle quali molto ci raccomandiamo.

Di Modena a 20 di Maggio 1556.

Di V. P.tà figliuol' indegno, et minimo seruo in Christo,

PHILIPPO FABRO.

Superscriptionis loco in quarta pagina manu eadem haec scripta sunt: † In luoco di Quadrimestre del Collegio di Modena.

Alia manu: 1556. Quadrimestre di Modena di XX di Maggio.

DXI

Aegidius Faber,
Ex commissione Patris Antonii Vinck,
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 21 Maji 1556 [1].

IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Amen.

Memor illius tuae legis, R.de in Christo Pater, quae succinctas tantum admittit literas, ita me comparabo, ne uel nimiae in scribendo prolixitatis merito redargui, vel aliud quam quod silentio omnino praeteriri non poterat, in medium ex proximo quadrimestri attulisse videar.

Atque vt a studiis ordiar, crescit in dies magis magisque discipulorum numerus, et, quod experimento quotidiano edocti intelligimus, literarum scientia cum morum integritate coniungitur: quae sane res impulisse creditur nobilem quemdam ac non postremi in Republica nominis virum, vt nuperrime vno eodemque die quinque filios, summae spei adolescentulos, aliorum ferulae subtractos, huc erudiendos perduxerit: atque etiam (vt interim alios praeteream) summum Curiae Regiae Judicem, vt et ipse tres filios nostris formandos commiserit.

---

[1] Bina sunt harum litterarum exempla, alterum in folio duplici, primo, n. 146, secundo non numerato, alterum duplici item folio, nn. 147 et 148. Diversa est quae primum exaravit manus ab ea, quae secundum confecit. Utrum autem eorum autographum sit, an vero utrumque apographum, decernere non valemus; quia nusquam alias in hujus Aegidii Fabri certo autographas litteras incidimus, nec ullum prae se ferunt haec exempla indicium, quo dijudicari id certo possit. Utrumque tamen archetypum existimamus Messana Romam missum; nam in utroque Polanci manum est videre, quaedam pauca in primo emendantis, alia in altero ad chartae oram scribentis, quibus quid litterae haberent indigitaret. Utraque nos ad paginae calcem subjiciemus.

Nec mirum, cum quotidie re ipsa comperiant, quam multa foelicissima ingenia, quamque omnium siue disciplinarum siue virtutum ornamentis insignita hinc emergant, prodeantque non mediocri profecto Reipublicae commodo, quorum illa humeris non raro inclinata recumbit, adeo vt vix aliquem reperire sit, qui suis liberis probe prospectum esse putet, ni illos prius gymnasio nostro mancipandos curet: tantum nomen apud omnes bonos indefessa professorum diligentia ac solers industria comparauit.

Quam quidem Patres nostri in sacris concionibus, lectionibus, confessionibus ac sacramentorum administratione, non adaequant modo, verum et praecurrunt: nemo tantum propriae industriae tribuit, vt non horum iudicio atque authoritati libenter sese subiiciat: quos et dominicanorum prior, magni apud omnes meriti vir, caeterique permulti, qui consilii causa in rebus animarum curam concernentibus huc accurrunt, consulendos sibi summopere putarunt. Et nuper quidam ea ipsa de causa quadraginta milliarium itinere huc perductus est: cumque post reditum in suum oppidum dubii quiddam ea in re scrupulum animo ingereret, iterum e tam remoto loco redire non piguit ad nostros, quo haesitandi causa omnis abesset. Quid autem hic P. T. commemorem nobilium matronarum, tam in confitendo quam sacram Eucharistiam sumendo feruentissimum studium? Quid frequentem illam ad conciones et ad sacras lectiones concurrentium cateruam? Quid in tam diuerso hominum genere maximeque promiscuo sexu (ne de vitae conditione interim quid addam) stupendam idem sentientium, idem imitantium, idem denique agentium concordiam, aequalitatemque recenseam? Religiosos omnino dicas, si sub vno tecto continerentur: quamquam, vel citra tectum, mentis in Deum eleuatione ipsis operibus satis testantur, dum illi sponte sua faciunt [1] ad quae plerique inuiti quodammodo impelluntur.

Neque vero operae pretium mihi visum est aliquam hic de Deo dicatis virginibus mentionem iniicere; nam quicquid huius est, non dubito P. Tuam ex superioribus litteris satis superque intellexisse.

Ex coniugatis libet vnicum hoc exemplum attexere, tibi

---

[1] *ad Dei gloriam et proximorum auxilium* addidit hic Polancus in primo exemplo.

forte non ingratum futurum: est hac in vrbe mulier quaedam, quam masculae animi virtutes cumulatissime nobilitarunt, cuius maritus, a turcicis piratis captus, in vinculis detinebatur: illa, coniugalis amoris non immemor, id, quod vnum potuit praestare, summa fide praestitit: quotidie crebras confessiones, ieiunia, pia opera, quotidie feruentes ad Deum preces eiaculabatur, vt tandem pro sua inexhausta clementia misereri dignaretur mariti tam dira patientis. Quid effecit? inquies. Imo quid non effecit, cum iam, voti compos facta, suis precibus maritum reducem videre meruerit? Rediit ille: miratur in uxore mutatos mores atque ingenium: videt concionibus, ieiuniis, orationibus, addictiorem quam abiens reliquerat. Ibi illam, male sanus, a tam sancto instituto reuocare conatur, non intelligens quanto haec omnia sibi fuerunt commodo. Cumque primo statim congressu non tam facile labefactari posse videt plusquam adamantinum vxoris animum, vt ab inceptis resiliret, verbis tandem minas, minis etiam verbera addere incipit. Quid faciet pia foemina? marito non obtemperare grave illi crimen videbatur; obtemperare autem cum suae religionis iactura, quiddam etiam morte crudelius reputabat. Adiit quemdam ex nostris Patribus: jubetur mariti affectibus conniuere, illique sese modis omnibus commodam praebere, vt tandem uel suapte natura ductus, vel vxoris *commoditate* [1] prouocatus, non solum cum ea mitius ageret, verum etiam et in eamdem sententiam pertrahi atque pellici possit. Quid multis? maritus tandem, vxoris probitate perspecta, ita postea se gessit, vt omnibus sacrae religionis muniis non assequeretur modo, sed etiam praeuerteret, nec iam vereatur vbique sibi serio gratulari quod coniugis, vera monentis, consilio acquieuerit, quae nisi talis, vt ait, sibi contigisset, erat omnium hominum miserrimus.

Proregem [2] nostris concionibus interfuisse nouum non est: eius vero filiam Isabellam, quae Duci Bisbonae [3] nupsit, quid attinet huc referre, cum illam nec coeli inclementia, nec longe distans a Collegio nostro palatium, nec aduersa, nisi forte gravior, valetudo, quae grauidis heroinis [4] solet esse familiaris,

---

1 *obsequio*. POLANCUS.
2 Joannem de Vega.
3 Petro de Luna.
4 Sic perspicue in altero exemplo, non ita in primo.

adducere potuerunt, vt tota peracta quadragesima vel vnico die concioni sacrae se subtraheret. Sed quod magis mireris, sic rapitur ad omne pietatis religionisque munus, vt non iam intra caecos parietes, sed palam in nostra ecclesia peccata frequenter confessa sit et sacram synaxim receperit; vt suo exemplo familiares omnes ad sui imitationem inuitauerit. Immo vero et Dux ipse non raro iisdem concionibus interfuit, qui et pridie Resurrectionis Dominicae in eodem nostro templo sacrae Eucharistiae communionem accepit. Eadem ferme et de Assuero, Proregis filio, scribi possunt, qui sororis sedulitati in concionibus audiendis non multum cessit.

Quanto autem fauore et beneuolentia Prorex nos semper prosequatur, id opinor P. T. multis, iisque non obscuris, argumentis persuasissimum esse. Nec pro innata illa sua et plusquam humana humanitate, hactenus sibi visus est suae in nos beneficentiae fecisse satis, nisi insuper in concessione Abbatiae cuiusdam (quae, Rocchae Amatoris titulo inscripta, quinque millibus passuum Messana abiacet[1]) omnem operam[2] nauasset. Abbas est iam prouectae aetatis et plusquam sexagenarius. Cum hoc egit vt post ipsius mortem Abbatia *nobis*[3] cederet, quam ad rem consensus Imperatoris Caroli in dies expectatur. Tam profusae benignitatis non aliam causam elicere possum, nisi laboriosam sollicitudinem et sollicitum laborem, quem nemo non videt in dies crescere, tam in dictis sacerdotibus et confessoribus, quam etiam verbi diuini praedicatoribus, quorum opera sic ubique exprompta atque obuia est, vt non in templis, non in coenobiis, non apud aegrotos, immo ne in carceribus quidem aut triremibus vnquam hactenus desiderata fuerit; vt taceam alia pia opera, quae decrepitis, lecto decumbentibus ac desperatae valetudinis hominibus, a Collegii nostri fautoribus, ac etiam a nostris exhibentur, quae maiora sunt, quam vt breuitati consulenti hic recensenda sint.

Inter alia, quidam nuper ex nostris hominem mortuum, in via repertum, cum nemo sepeliret, propriis humeris solus in templum sepulturae gratia deportauit. Idem eadem hora alium quemdam semimortuum, despectum et in uia iacentem, suos in

---

1 Vide Polanci *Chronicon,* t. iii, pag. 224 et 225.
2 *nobis* inseruit hic Polancus in primo exemplo.
3 Voci *nobis* substituit ibidem Polancus haec: *nostro collegio.*

humeros sublatum in hospitale publicum detulit, nullo alio monitore prouocatus, quam ea, quam ejus animo Christus inseuit, erga proximum charitate.

Patris vero Praepositi [1] curam erga pauperes non facile fuerit explicare: qui nullo vnquam tempore cessat aegrotorum ac miserorum hominum necessitati sic opitulari, eisque ad extremum vsque vitae spiritum tam indefatigato conatu adesse, vt omnes ex aequo huius ciuitatis primates et principes viros, nescio qua tandem inaudita virtute, sic in sui admirationem traxerit, vt ne publice quidem illi profiteri vereantur, vetus illud apostolicae charitatis exemplum in nostris renatum esse. Per illum effectum putatur vt Prorex, vna ex parte ciuitatis, rectores vrbis ex altera parte, insolita quadam et vere regia in pauperes et languentes his proximis mensibus eleemosynarum panis, vini, offae, et bis in hebdomada carnium largitione vsi sint, quae quotidie in mille quingentos plus minus homines, nec raro Praepositi manibus, erogatae sunt; nouo insuper extructo hospitali, cui etiam nostri praefuerunt, cum vetus tantae multitudinis (plurimos enim misit proxima Calabria) non foret capax.

Vir quidam Armenius, annos natus circiter 20 et X.i baptismo donatus, cum turcarum manus euasisset, ac Genuam navigio petens, Messanam, ita Deo uolente, a ventis esset delatus, rogauit sibi locum ostendi, in quo Deo famulari posset. A nonnullis igitur ad nos deductus, ita primum, nostro instituto est affectus, ut exire se nolle affirmet. Damus operam ut vulgarem linguam addiscat; quod si assequetur, non poterit non esse vtilissimus; nouit enim, praeter suam, etiam arabicam linguam, et ingenium prae se fert ad discendas literas habilissimum [2].

In coenobio Italae [3], quod R. D. Antonium a Vega Abbatem cognoscit [4], non minori labore quam fructu quidam nostro-

---

[1] Haud facile est certo decernere quemnam hac voce *Praepositi* designet hic Aegidius, Rectoremne, seu Praepositum, Collegii Messanensis, an vero Provincialem. Ille ad Augustum hujus anni mensem fuit P. Annibal de Coudreto. Vide POLANCI *Chronicon*, t. v, pag. 192, n. 555; hic vero P. Hieronymus Domenech. Existimamus tamen de Provinciali sermonem esse, de quo plura jam similia in his *Litteris* et in Polanci *Chronico* dicta sunt.

[2] Haec, a vocibus *Vir quidam Armenius*, in altero exemplo ad quartae paginae calcem tertia quaedam manus, signo ut hic insererentur apposito, scripsit.

[3] Hic in secundi exempli ora scripsit Polancus *Itala*.

[4] Vide POLANCI *Chronicon*, t. III, pag. 202 et 203.

rum [1] Patrum in confesionibus, concionibus et frequenti Sacramentorum administratione, vineam Domini excolit, extirpatis plerisque superstitionibus, iis maxime, quas in luctu funebri, evulsione capillorum, vngulationibus, muliebri eiulatu, praeficarum conuocatione, atque aliis id genus idololatriis, quae tam altas radices fixerant, vt post mortem proximi parentis aliquando per totum annum a sacris abstinuerint [2]; summaque diligentia impetratum est, vt iam omnes funus comitentur et parentalibus mariti etiam vxor intersit, quod ante apud illos inauditum erat: huic iunctus Professor et litteris et pietate imbuere *pubem* [3] nititur, ac doctrinam christianam praelegit. Quam ante aliquot menses in vndecim paroeciis, quas habet Messana, nostri pueris inculcare vsque ad proxime lapsum Aprilem, non exiguo fructu conati sunt, vt maior fere puerorum pars quamplurima memoriter recitare iam posset. Ab eo vero tempore munus illud docendi *a nostris* ad suos Paroecos R.mus Cardinalis [4] trans*tulit* [5].

Ante aliquot dies quidam ex nostris sacerdotibus, introducendi eius moris gratia, quem in tradenda pueris doctrina christiana hic tenuimus, per omnes messanensis dioecesis ciuitates et oppida celebriora, numero omnino 43, missus est. Necdum hic ad nos rediit. Id ipsum coeptum in syracusana ciuitate ac circumiacenti territorio; qua ex re non mediocrem speramus animarum salutem; sunt enim illi, quibus commissum est negotium, ad illud accommodatissimi. Praeter id etiam, quod ad diuulgandum in hoc regno Societatis institutum, vix alia melior excogitari ratio poterat.

Non multos ante menses Catanensis Episcopus [6] ad R.dum in Christo Patrem Prouincialem [7] non semel scripserat, vt aliquem ex nostris ad se eam in vrbem mitteret. Missus illuc est P. An-

---

1 Tertia illa manus, de qua supra, pag. 318, annot. 1, hic superscripsit inter lineas *fuit P. Daniel,* scil., P. Daniel Paeybroeck. Vide supra, t. III, pag. 488, annot. 1, et Polanci *Chronicon,* t. V, pag. 190, n. 549.

2 Vide supra, pag. 301.

3 *iuventutem.* Polancus in primo exemplo.

4 Joannes Andreas de Mercurio, Messanensis Archiepiscopus et Cardinalis.

5 Postrema haec verba ita in primo exemplo immutavit Polancus: munus illud docendi ad suos Parochos Rmus. Cardinalis *transferens, nostros eo onere levavit.*

6 Nicolaus Maria Caracciolus.—Hic in alterius exempli ora scripsit Polancus *Catana.*

7 P. Hieronymum Domenech.

tonius Vinch, tametsi huic Collegio non parum commodus, cuius ipse tum *gubernacula regebat* [1]. Nec multo post huius aduentum, coacto concilio, ciues eius vrbis octaua februarii decreuerunt, vt ciuitas illa tribus annis proximis, qui a prima Octobris die numerarentur, tria coronatorum M[illia] *Societati* [2] daret ad reditus emendos et Collegium in ea extruendum. Quam ad rem ipse quoque Episcopus triginta vncias annuas, quae septuaginta quinque coronatos [3] valent, de suo pollicitus est. Jamque eius sumptibus idem Pater Antonius cum altero sacerdote ac duobus fratribus laycis illic alitur, non sine magno animarum prouentu; nam et concionantur, et confitendi gratia multo plures ad eos conueniunt, quam audire possint. Praeter haec legit P. Antonius lectionem casuum conscientiae, ad quam plures quam septuaginta presbyteri, nec pauci nobiles ac religiosi, confluunt. Ea ciuitas vniuersitatem studiorum profitetur: qua de causa non exiguus fructus ex eo Collegio expectandus videtur.

Haec sunt, Pater obseruande, quorum P. T. certiorem facere cupiuimus, vt vel inde coniicias, quos ex hac vinea fructus sperare possis, Deo fauente. Apud cuius maiestatem obnixissime te rogamus, vt tuis precibus pro nobis interpellare digneris vt, semper ad maiora et meliora aspirantes, nunquam ab eius sanctissima voluntate seiungamur.

Messanae, 21.° Maii anno 1556 [4].

AEGIDIUS FABER.

In quarta pagina secundi exempli haec tantum leguntur: † Mess.ª maggio 1556.

---

[1] *Rector erat.* Polancus in primo exemplo.

[2] Vocem hanc cancellavit ibidem Polancus.

[3] "quos *coronatos*... appellat, hodie *scutos* vocamus." AGUILERA, l. c., cap. v, n. vi

[4] Sic in secundo exemplo: in primo autem

Messanae, 12.° calendas junii anno dni. 1556
Ex commissione P. Rectoris
P. T.
indignus in Christo filius.

AEGIDIUS FABER.

DXII

Arnoldus Conchus,
Ex commissione Patris Pauli d' Achillis,
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 21 Maji 1556 [1].

†
Jhus.

Pax Christi.

Quoniam ita iubes, R.de Pater, quae proximo quadrimestri diuina bonitas per nos indignos seruos operata est, paucis complectemur.

Imprimis res gymnasii nostri foeliciter satis et ex sententia succedunt. Nam fere omnes scholastici, et literis et probis moribus imbuti, spem nobis non paruam promittunt [2]. Multi non mediocris ingenii diuersarum classium quotidie solicite instant vt in collegium recipiantur, ex quibus duo oratoriae facultati student, nostraeque expectationi non minus spiritu quam literis respondent, qui nihil ardentius optant, quam, relictis semel omnibus, Domino nostro Jhu. Xpo. se totos mancipare, quorum patientiam et constantiam omnes admiramur: si Xpus. fauerit, breui sunt impetraturi quod petunt. Praeceptores suo munere funguntur diligentissime: fratres domestica officia pro uirili exequuntur.

Quantus sit confitentium numerus ex eo potes cognoscere, quod tametsi *simus* a plebe longiuscule semoti [3], tamen domi nostrae in festo paschatis circiter duo millia sunt confessi. No-

[1] Autographae duplici folio, nn. 154 et 155. Est et apographum, cum Polanci emendationibus, unico folio, n. 159.

[2] *pollicentur.* Polancus.

[3] quamvis a plebe longiuscule simus semoti. Id.

uissimo iubilaeo tanta ad nos multitudo cucurrit, vt uix cibo sumendo, aut horis recitandis, tempus daretur. Longum esset sigillatim dicere quam multi fuerint vtriusque sexus homines, quorum alii a quatuor, alii a quinque, alii a sex annis, mandatis Ecclesiae [1] non paruerant. Foemina quaedam, non attendens quam periculosum sit corpus dominicum indigne sumere, omni genere sordium contaminata, per viginti quinque annos in peccato mortali communicauerat; quae tandem mutata, non secus ac *quaedam* [2] Magdalena, anteactae uitae turpitudinem cum lacrimarum effusione *salutariter* [3] defleuit, et signa uerae poenitentiae nobis ostendit. Alia quaedam, intra nouem annos semel tantum confessa, *dicebat se graui morbo compulsam esse* [4] ad priorem uitam corrigendam. Vir quidam inimicum habens, cum quo in gratiam redire nolebat, semper, dum *precem* [5] dominicam recitaret, omittebat illam partem *(et dimitte nobis debita nostra sicut etc.)* [6] hic, postquam sacerdotibus nostris errata [7] exposuit, de iis poenitentiam *fecit* [8], et deinceps pro inimico suo se velle orare nobis pollicitus est. Alius, rupto sanctissimo foedere matrimonii, septem annis a coniuge [9] cum cognata foedissime uixerat; qui, peccatorum mole deposita, *nostris* [10] adhortationibus, ad vxorem rediit.

Est apud siculos mos vt filii et filiae parentum manus vesperi et mane exosculentur, quo uenerationis signo se morigeros Deoque et parentibus debitum honorem tribuendum esse demonstrant: quaedam, ne hoc faceret, sex annos ab omni sacramentorum susceptione abstinuerat: nunc, gratia Dei *per nos* operante, *se* [11] penitus emendauit. Fuit et alia quaedam, conata per potiones et medicamenta abortum facere, quae cum uideret hac arte nihil fieri, aliam tentauit viam: humi prostrata, ventre coelum uersus, tamdiu se mancipii sui, foeminae robustissi-

---

1 *circa confessionis sacramentum* addidit Polancus
2 *altera*. POLANCUS.
3 *salubriter*. ID.
4 *Deo iuuante adducta est*. ID.
5 *orationem*. ID.
6 *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. ID.
7 errata *sua*. ID.
8 *egit*. ID.
9 conjuge *separatus*. ID.
10 *piis motus*. ID.
11 gratia Dei *id* operante, *errorem suum*. ID.

mae, pedibus feriri iussit, donec huiusmodi pedum tunsione (si potuisset) uentrem relaxasset; verum omne consilium et inceptum frustra erat. Stupefacta mulier rei miraculo et magis perterrita, conuersionem non distulit: at factum tam crudele, tam nefarium, in templo nostro cum planctu et lachrimis in confessione deplorauit. Mulieres sex, quae publice in ciuitate meretricium faciebant, per *nos* [1] (Deo adiuuante) ab illa turpidine ad castimoniam sunt abductae.

Nolo te nimia prolixitate detinere: dicam generatim amplissimum fructum ex confessionis sacramento promanare; nam praeter ea quae diximus, multa, iniuste a quibusdam ablata, sunt per nostros patres veris dominis restituta, eleemosynaeque quamplurimae distributae.

Concionantur [2] domi et foris in diuersis monasteriis, idque non absque spirituali emolumento: duae puellae nuper claustrum conuersarum ingressae, sacro nondum assumpto habitu, in ipso tyrocinio (ut solet) tentamentis daemonis pene victae, pium et religiosum propositum mutare cogitabant; sed adhortationibus et diuini verbi praedicatione confirmatae, habitum sumpserunt, quarum altera, secundo tentata, non ferens insolitos hostium insultus, tristem *abitum* [3] parabat: et abiisset vtique, nisi denuo adhortatione et concione eo fuisset reducta, vt non modo permanere desideraret, sed etiam pecunias, quas priuatim seruabat, Abbatissae, cui antea tradere nolebat, vltro offerret; Patri praeterea, cui prius conscientiae secreta reuelare nullo modo volebat, humiliter nunc cum aliis confiteatur.

Est et aliud monasterium, huius vrbis praecipuum, in quo a multis mensibus, singulis fere dominicis atque festis, aliquis ex nostris concionatur, idque non sine magno monialium eius monasterii fructu; nam cum antea a nobilibus matronis saepe et quouis tempore visitari consueuissent, quadragesima nuper elapsa nullam illarum ad mutuum colloquium admiserunt; et cum hactenus fere omnes proprios reditus habuerint, nunc eos ad vsum communem multae illarum conuertere atque paupertatem amplecti desiderant.

---

[1] *nostros*. Polancus.
[2] Concionantur *nostri*. Id.
[3] *recessum*. Id.

Sunt et aliae congregationes, quae se foelices existimarent, si aliquem ex nostris concionatorem haberent.

Tota vrbs nos amat: fauet in omnibus, quibus potest. Praetor etiam nuper bis terue ad nos venit, nobiscum deliberaturus de his, quae pertinent ad pauperum et eorum, qui in carceribus detinentur, sustentationem et subuentionem; quae (laus Deo) optimum exitum habuerunt.

Haec sunt, R.de P.r, quae scribenda occurrebant: tu nos tuis precibus Deo assidue commenda. Vale.

Panhormi 12 cal. Junii 1556.

R. [P.] T. indignus filius,

ARNOLDUS CONCHUS.

Superscriptio in quarta pagina: Ihus. Al Molto R.do in X.o P.e il P.e M. Ignatio di Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Ihu.

A S.ta María della Strada, a Roma.

Alia manu: 1556. Panhormo. Quadrimestres 21 Maii.

Et alia: Emend.

Vestigium cerae sigilli.

DXIII

P. Ursmarus Goissonius
Patri Ignatio de Loyola.
Praga, 21 Maji 1556 [1].

Jhus.

Pax X.i

Cum nuper, R.de in X.o Pater, ea, quae in superiore itinere V. R. P. contigerunt [2], scripserim, eadem non duco repetenda [3]. Verum sequentis, a Vienna in Pragham usque, itineris gesta, quaeque postea sint Pragae facta, obiter potius perstringam.

Decimo sexto die Aprilis iter curru in Pragam arripuimus, quo sex diebus confecto, omnes, laus Deo et Domino nostro Jesu X.o, sani eodem applicuimus XI Kalend. Maii; quod tamen, non absque aliqua difficultate factum, sciat R. P.tas Tua. Aliquando in timore et anxietate (humanum dico) quaedam loca transiuimus, de quibus paulo ante dicebatur nobis latrones et assassinos (ut uocant,) latitare, qui homines illac transeuntes spoliarent. Quod sane uerum fuisse facile aduertimus, cum in huiusmodi syluosis uiis, quae olim Hersinia sylua dicebantur [4],

---

[1] Archetypae, in vol. *Quadrimestrium 1553-54,* sex foliis, nn. 275-280. – In iis tantum postrema verba, *Datum Pragae*... Goissonius, sunt manu ipsius Patris Goisson. — Has litteras fortasse respiciebat P. Canisius, dum ad Ignatium scribens 17.a Maji hujus anni 1556, videlicet, quatriduo prius quam Goissonius has litteras subscriberet, haec ajebat: "Del resto scriverà diffusamente il R. P. Rettore.„ Vide Braunsberger, *B Petri Canisii, S. J., epistulae et acta,* t. i, pag. 620.

[2] Sic; verum nulli dubium esse potest quin, quo sententia clare liqueat, praeponenda sit vox *contigerunt*, vocibus *V. R. P.*

[3] Litteras, quibus Goissonius rationem Sancto Ignatio reddebat eorum, quae sibi sociisque *in superiore itinere* Roma Viennam usque *contigerunt,* reperire non valuimus. Quaedam tamen ad illam itineris partem spectantia habentur apud Orlandini *Hist. Soc. Jes.,* part. i, lib. xvi, nn. 19 et 20.

[4] "Hercynia, sylva Germaniae, alias amplissima fuit, nunc autem multo angustioribus restringitur limitibus, et Bohemiam propriam circumdat. Hinc hodie a Thuringis

lapideae passim humiles cruces, quibus coniuncta erant iisdem lapidibus enses, asciae, secures, pugiones, insculpta, conspiceremus. Tum quosdam obuios habuimus iisdem in locis abditis, qui tum ex suis uerbis intuituque, tum etiam quod per inuium et confusum iter uagarentur, facile nobis innotuerunt. Accidit enim quodam die circa uesperum, quemdam nobis obuium fieri, aspectu mirabili et horrido gladium circumferentem, media solum uagina conditum, a latronibus se spoliatum fingentem, qui ab eo loco, in quo nos primum alloquutus fuerat, insectatus est usque in hospitium quoddam, in quod nos inuitos quodammodo induxit, aut potius ipse nos eodem inuitos comitabatur: inuitos dico; nam cum aurigam monerem, ut nos alio duceret, nostros quoque fratres (germanos) [1] quodammodo ad hoc compellerem, unanimiter uidebatur ipsis hunc, quocumque diuerteremus, nos insecuturum; proinde potius caute agendum esse in hospitio illo cum patientia. Mansimus igitur simul eodem in hospitio; ipse autem omnibus se nostris rebus, colloquiis, tum priuatis, tum publicis, ingerebat, tacitusque omnia nostra obseruabat. Ante coenam, inter coenandum, post quoque coenam, constanter perseuerabat: hospitem tamen ante coenam praemonueramus, curaret nos diligenter; vocatos nos ad Regem Romanorum [2] aperiebam; quare nullum improbum nobiscum admitteret rogabamus, male quoque suspectum nobis hunc aperiebamus. Verum cum his in regionibus maxima unicuique sit concessa libertas, aut potius permissa, cogere quemquam exire hospitium, hospiti, absque expressa et sufficienti causa, non facile licet; sub pretextu enim boni, et mali quoque admittũtur. Itaque patientia opus erat et vigilantia; is enim in mediam usque noctem (ni fallor) solus coenatus perseuerauit, donec somno pressus compelleretur dormire in scamno: antea tamen coena facta, omnes, praeter Bartholomaeum [3], quem mihi asciueram socium, miseram fratres cubitum, uigilantibus nobis duobus,

---

Thuringerwaldt, a Bohemis *Behemerwaldt* appellatur, a Gallis autem *Forest de Boheme*. Dicta fuit etiam Orcynium, et Hercynium nemus, et ab ea montes adjacentes dicti fuere Hercynii montes, qui et Suditi.„ BAUDRAND in additionibus ad *Lexicon Geographicum* FERRARI

[1] Sic, et intelligendi videntur ii, qui, e Germania oriundi, germanicam linguam tenebant, ac proinde facilius meliusque poterant cum auriga et aliis agere.

[2] Sic perspicue in archetypo nostro. Romanorum Rex erat Ferdinandus I.

[3] Bartholomaeus, Helvetius. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 134 sub finem annotationis 9.

donec ille homo suspectus obdormiuisset: humi enim dormire, eodem tamen hypocausto, cogebamur, supposito tamen stramine. Denique circa mediam noctem nos quoque somnum capere adnisi sumus, omnibus silentibus, in eodem scamno: sequenti uero die diluculo surgens ille praefatus homo, per eamdem uiam, qua et nos tendebamus, praecessit, cum tamen contrariam, hoc est, oppositam tendere debuisset: quod non parum auxit omnibus metum. Suspicabamur enim socios sibi (si quid mali nobis molitus fuisset) eum conuocaturum, omnesque (quod facile fecissent) nos spoliaturos. Verum nihil nobis aduersi accidit. Laus et gratiarum actio omnipotenti optimoque Domino Deo, in saecula semper benedicto, qui nos tot et tantis periculis (quae omitto) eripuit. Non enim solum uersati sumus periculis latronum, sed et longe aliis, quibus omnibus liberauit nos Dominus.

Pallia nostra a Vienna non circumferebamus, ut nobis consuluerat Pater Lanoy [1]. Non enim capaces sunt hujusmodi uestimentorum hi homines, nam credo nos aliquando male audiuisse propter hujusmodi multis in locis. Quamuis neminem nostrum opinor quaecumque obiecta uerba male accepisse, quin potius cum maxima simplicitate obliuiscebantur se quandoque amictos illis esse, cum de curru in hospitium tenderent; quos saepius relinquere monui in curru ea, quae postmodum ab uno nostrum in hospitium adferebantur.

In hospitiis, praesertim in Morauia, qua ferunt omnium errorum hominum agere diuersa genera (peiores namque longe sunt Boëmis), multa patientia nobis opus fuit: sumere enim quae mensae apponebantur, et soluere quantum uolebant, oportuit, absque aliqua contradictione; alias in mirabilem animi commotionem agitabantur absque aliqua causa aut ratione. Quod sane admodum mirati sumus. Quando uero celebrandum fuit, ipso Dominico die post octauam Paschae, repulerunt nos, nolentes (ut eorum uerbis utar) pati missam in suas ecclesias *(sic)* celebrari: tres enim, aut ad summum quatuor, sua lingua, scilicet, idiomate cantabant *Pater noster;* hisque contenti, domum reuertuntur, nisi contingat concionari eorum aliquem, quod tamen raro fit in pagis.

---

[1] P. Nicolaus Lanoy, Viennensis Collegii Rector.

Vbi uero in hoc loco celebrare non licuisset, statim, arrepto itinere, Polneam [1] uenimus, quod oppidum distinguit Morauos a Boëmis, quodque, inter omnia oppida et alia loca a Vienna Pragam usque, solum est syncerum et catholicum, ut nobis retulit pastor, qui et Decanus ruralis dicitur: is a nobis rogatus, ut liceret sacrum facere, fratresque communicare, libenter admisit. Quamuis hora meridiei instaret inhibitumque a Praghensi capitulo ei esset, ne aliquos ad celebrandum admitteret, quin prius literas uideat testimoniales (capitulo, inquam, arcis catholicorum); qui tamen, ob sufficientem omnium nostrum apparentiam, alias noluit habere testimoniales literas. Nobis ad altare admissis, campanas iubet pulsari, populum conuocari, non pusillum, Deo sane deuotum. Cum enim, absoluto sacrificio, ad hospitium reuerteremur, uiri, mulieres, matronae graues nos salutabant, annuentes cum maxima reuerentia. Si nostrum aliquis potuisset ad ipsos loqui, credo fructum non paruum fieri potuisse in usque adeo paratis animis.

pasando por aquí el P. M. Astrada [1], que yva á Valladolid, se detuvo aquí 4 ó 5 dias, y hizo dos sermones, vno vn domingo, y contentó tanto, que, y avnque el lúnes no era fiesta de guardar, le importunaron tanto los señores de esta yglesia, que ovo de predicar el lúnes, lo qual se tuvo por mucho por ser en la yglesia mayor, adonde y avn muchas fiestas no ay sermon: y si del primero se avian contentado mucho, más del segundo: y estavan tan contentos de la doctrina del Padre, que porque se detuviese algunos dias para predicarles y comunicarle ciertos negoçios de su yglesia, acordavan de enbiar á nuestro P. Francisco [2] para que le diese licencia de poderse detener algunos dias; mas como el Padre traya obediencia de nuestro P. Francisco, paresció acá que no se cumplie[se], y por esta causa cesó de enbiarse el mensajero. Mas en los dos sermones V. P. crea que se hizo mucho fructo, como a parescido despues por la obra; porque a sido tanta la gente que se a venido á confesar, que con ser agora comigo tres confesores, no nos dáuamos a manos á confesar, particularmente esta fiesta de Nuestra Señora de Agosto [3], en la qual creo que se an confesado más de 100, y avn cada dia se confiesan: y no solo los que ántes lo hazian, mas otros muchos que de nuevo an venido. Y cierto, Padre, me paresce que se debarataba *(sic)* mies, que si vuiera ministros que la cogieran, que se allegara mucho; mas no solo no añaden á los que están aquí, que son los dichos, los quales andan achacosos de su salud, sino que los desminuyen, porque á mi me mandan yr agora á Simancas, no sé si me tornarán á enbiar. Digo esto porque entienda V. P. la buena disposicion desta tierra, la qual, y avnque sean peñas, se ablanda con la palabra de Dios.

Aquí a pocos dias que se hizo auto de la santa Inquisicion, adonde salleron muchos penitentes, y algunos de ellos nos enbiaron á nuestra casa los Sres. Inquisidores para que los instruyésemos, y, lores á nuestro Señor, con las pláticas que con ellos se tienen, dan buenas muestras de aver sido su conversion de ánimo.

---

1 P. Franciscus de Estrada.
2 P. Franciscus de Borja, cui, utpote Commissario, subjacebat P. Estrada.
3 Festum Assumptionis B. M. Virginis, 15.ª Augusti.

Exerçiçios tanbien se an dado á algunas personas en esta casa, y se an aprouechado, lores á nuestro Señor.

En los santos sacrificios y oraciones de V. P. y de todos los Padres y hermanos deseamos ser encomendados, junctamente con toda esta cibdad, para que nuestro Señor mueua á los de ella para más seruirle y agradarle, cuya misericordia infinita nos dé á todos gracia para sentir y cumplir su sanctíssima voluntad.

De Cuenca, á veinte y ocho de Agosto de 1556 años.

De V. P. indigníssimo hijo y sieruo en el Señor,

BALTHASAR [1].

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesus a Sancta Maria de la Strada, en Roma.

Alia manu: Jhus. 1556. Cuenca. Del P. Balthasar 28 de Agosto.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] Desideratur cognomen; verum id aperit Polancus in *Chronico,* t. VI, dum de Collegio Conchensi agit, hunc Patrem appellans Balthasarem Diaz.

DXXXI

Petrus Sylvius
Patri Ignatio de Loyola.
Praga, 29 Augusti 1556 [1].

Jhus.

Ex literis Mag. Petri Siluii Pragae scriptis 4 Calen. Sept. 1556.

Doctoris Henrici [2] officium est Theologiam sanctamque linguam profiteri; literariis negociis praeesse, concionari germanice in nostro S.ti Clementis templo, puerorum confessiones audire, viros grauiores alloqui nos consulentes de re aliqua uel inuisentes; et tamen diuersissimis rebus agendis aeque permanet constans et inconcussus.

Doctor Joannes Tilanus insignem professionem [3] Philosophiae exhibet, sed non minus humilem obedientiae discipulum; tam nostris quam externis admirationi est, maxime cum tantam modestiam tam insigni cum doctrina coniungat.

Collegii nostri admoneo paucos esse uel nullos aduersarios praeter lutheranos: qui nos timeant, esse plurimos; quippe qui per nos suae sectae auctoritatem minuendam praesagiunt. Jus-

---

[1] Apographum in duplici folio, nn. 225 et 226. P. Braunsberger in opere *Beati Petri Canisii S. J. epistulae et acta*, vol. i, pag. 770 et seq., aliquot hujus epistolae fragmenta ex Radero in lucem edidit. Eas *annuas* appellavit Raderus; ait enim: "In annuis Collegii Pragensis, Anno M. D. LVI, IV. Cal. Sept. a Petro Siluio Romam perscriptis in haec verba lego.„ Cf. Braunsberger, l. c., pag. 771. Verum cum annuas literas scribendi mos nondum eo tempore in Societate invaluerit, sed menstruas et quadrimestres, cumque inter quadrimestres hae reperiantur, eas hic inserere non dubitamus.—Item ipse Braunsberger, pag. 770, has litteras *Sociis romanis* dicatas supponit; at cum Romam missas certo ex Radero constet, et, quo die scriptae sunt, nondum de S. Ignatii obitu notitia Pragam usque pervenire potuerit, eas, ut in similibus moris erat, Ignatio potius quam aliis dicatas autumamus.

[2] Patris Doctoris Henrici Blyssemii.

[3] Sic; *professorem [se]?*

sit nobis indicari Praepositus Arcis Pragensis [1] quosdam lutheranos nobis moliri insidias, adeo vt non clam fassi sint se uelle nos, cum contingeret pontem transgredi, in flumen praecipitare, et statim aufugere [2]; sed noctu foris non uersamur: interdiu uero negocia obedientiae intrepide obimus. Fuerunt et Doctori Henrico paratae insidiae, et Doctori Tilano, alteri domi, alteri foris. Aliquando lapidibus Collegium impetitur; sunt et qui incendium nobis minentur.

Habuit Doctor Henricus trilinguem orationem perpetua memoria dignam, qua uidetur apertus nobis ad Boëmorum animos foelicissimus aditus, magna cum satisfactione magistratuum, et complurium, qui interfuerunt, Illustrium virorum. Nec mirum cum diuini spiritus plena omnino visa fuerit. Alio die prodiit D. Tilanus philosophus, qui orationem habuit doctrinae uarietate et eloquentia insignem: 3am habuit Mag, Guilelmus [3], quam mirum in modum omnes suspiciebant. Quisque autem suae professioni sic accommodauit orationem, ut quadam methodo, quod diu praelecturus erat, exposuisse uideretur.

Classis Theologica, quotquot auditores habet, aedificatos domum remittit; habet autem plurimos semper, sed pauciores assiduos; verum inter hos, Franciscanos, Dominicanos et sacerdotes, qui sub utraque communicant [4], ac etiam duos haereticorum concionatores celeberrimos, qui a P. Henrico edocti clare ad bonam mentem redire uidentur cum in frequentibus Picarditarum, et aliorum haereticorum conuentibus, pristinis contraria eaque catholica dogmata publice profiteantur, vt ipsi haeretici apud nos de suorum concionatorum inconstantia conquerantur, qui uidentur iam dubitare quibus adhaerere debeant.

Balthasar noster, germanus [5], puerorum gymnasiarcam

---

[1] Vide supra, pag. 410, annot. 2.

[2] "Scholae quidem in monasterio S. Clementis habebantur, quod cis Moldavam prope lapideum illum pontem („Karlsbrücke") situm erat, ex quo sanctus Joannes Nepomucenus ob servatum sacrae confessionis sigillum in flumen praecipitatus esse traditur. Sociorum autem saltem aliquot trans flumen editiore aliquo Pragae minoris („Kleinseite") loco habitasse videntur, donec monasterium clementinum plene instructum esset.„ Braunsberger, *ibid*, annot. 3.

[3] Vide dicta supra, pag. 408, annot. 3.

[4] "Communionem seu sacram Eucharistiam sub utraque specie accedentibus praebent.„ Braunsberger. *ibid*, pag. 772, annot. 8.

[5] Vide supra, pag. 334, annot. 6.

agit, mansuetudine et constantia et confidentia in Deum insignis, de quo singulari quadam ratione dici potest: *omnia opera eius in fide*[1]: nec mirum, cum expertus sit, non suis, sed obedientiae viribus, bene sibi omnia cessisse; praeest tribus puerorum classibus. Mag. Guilelmus rhetores, ut natu grandiores, non ita ad omnem pietatis habitum ualet inflectere; unde in Balthasare spem maximam seminarii huius ecclesiae ponimus. Vtimur autem Magistro Guilelmo latino concionatore, ac iuuentutem exercente in publico dicendi munere, quem Deus ad multos praeparat agones. Est hic Guilielmus insignis nostri collegii pars, cum praesertim hic, praeter humaniores literas, fere nihil dulce sit: quicquid ad illud officium pertinet, omnibus modis exequitur, eiusque discipuli iam ad dicendum prodire incipiunt.

Gaspar schalauus[2] vnus omnium linguam boëmicam ita intelligit, ut infimos puerorum ordines instruere ualeat: germanicam optime callet, laborum patientissimus, et ad omnia obedientiae munia aeque promptus: 120 pueros habet: alios Syluius[3] docet. Omnes aperte experimur, quicquid boni fit quocumque in officio, id ad vtilitatem proximi et Dei gloriam Societatem totam, per meritum Jesu X.[i] et eius sponsae Ecclesiae catholicae, operari; vt hic obuium sit illud in omnibus his Dei seruis *omnia operatus es in nobis, Domine*[4] et sciat V. R. uel vnum ex his minimis, qui uitales obedientiae spiritus attrahunt, aduersariis omnibus timorem incutere.

Decanus Vniuersitatis Hussitarum tam pueriliter agit in hac parte, vt non modo eum non pudeat disputare cum nostris scholasticis, grammaticam nunc aggressis, sed nec vinci quidem minimis in rebus, ut nesciamus cur tam parui se faciat vir tanti nominis. Hussitae quidem efficaciam operum timere uidentur, ne si pergamus sic proximum iuuare, populus aperte tandem ex fructibus intelligat ueritatem; vnde et abstinentiam et sobrietatem ac modestiam nostrorum aegre uidentur ferre

---

[1] Ps. XXXII, 4.

[2] "Gaspar Conger Labaco (Laibach, Carniolae caput) ortus erat, in qua civitate etiam nunc plerique sunt Sloveni, ideoque hic *Slavus* vocatur." BRAUNSBERGER, t. 1, pag. 773, annot. 1. P. Georgius Varus (Ware) S. I. in *Historia fundationis Collegii Pragensis* illum Casparum Kongum Labacensem Carniolum appellat. Vide supra, pag. 332, annot. 5.

[3] Petrus Sylvius, ipse qui litteras scribit.

[4] *Omnia enim opera nostra operatus es nobis.* Is., XXVI, 12.

Pueri quidem tam sunt nobis addicti, tantique nostras lectiones faciunt, ut tempore recreationis concesso, a ludo etiam abstinere uelint, et opus est a nobis statis temporibus studia intermittere cogantur. Priuatim etiam doceri cupiunt et a scholis excludi uix possunt: hoc sibi omnino persuadent optime a nobis et literarum et morum documenta tradi. Timent nos et amant et alios variis modis ad nos inuitant, dicentes omnia illa uera esse, quae de nobis praedicantur: nec solum quae ad literas, sed etiam quae ad mores pertinent, auide a nobis discunt. Nulla est aetas, quae non fateatur nos nulli esse offendiculo, imo velut suae naturae bonitate victi, nobis bene uidentur affici, quamuis suo more diabolos, et nescio quos, uocent. Prohibuerunt quidem Duces Hussitarum, cum uiderent magnam multitudinem ad nos confluere, ne quis suorum huc auderet accedere; idque secundo statuerunt, omnemque mouent lapidem ne ciues nos audiant. Nihilominus tamen illi suos ad nos mittunt. Malunt enim gratis, melius honestiusque doceri apud nos, etiam schismatici, quam alibi. Experimur tamen horum pueros longe minus quam catholicos proficere. Nec ipsi aduersarii diffiteri queunt, quin habeant nostro in Collegio a quibus in omni genere literarum, tam in humanioribus literis, latinis, graecis et hebraicis, quam in theologicis et philosophicis, fideliter instituantur. Timere uidentur haereticorum Magistri ne instituamus disputationem ac eos prouocemus. Dicuntur ex Germania aduocare viros quosdam doctos, quorum opera Pragense studium, quod olim floruit, instaurent; sed spes nostra Dominus.

Ex xenodochio nobis vicino non exiguum fructum nostri retulerunt, catholicos confirmando. Quemdam etiam haereticum his diebus ad sanam mentem per confessionem permouerunt.

Archidux Ferdinandus, ut patris nomen sortitus est, ita virtutem imitatur. Publice per praecones proclamari iussit, ne quis huic collegio ulla in re nocere auderet. Nunc profectus est Chiliarca in Vngariam [1], et a nobis, ut senior coronam [2], ita et ipse

[1] "Ferdinandus Archidux contra Turcas, quorum exercitus magnus irruperat et arcem Szigetvar capere volebat, 3000 equites et totidem pedites penultima mensis Augusti hebdomade prope Viennam collectos in Hungariam duxerat *(Hirn,* Erzherzog Ferdinand II von Tirol, I, 24-24)." BRAUNSBERGER, l. c., pag. 771, annot. 6.

[2] "Ferdinandus I rex a Sociis coronam Beatae Mariae Virginis sive rosarium acceperat." ID., *Ibid.,* annot. 7. Vide supra, pag. 331.

Agnum Dei [1] accepit, quod secum tulit, vnice nostris orationibus et sacrificiis se commendans. Qui etiam, suggerente P. Canisio, constituit ut per totam Boëmiam innouaretur mos meridie pulsandi contra X.i hostes ac pro Xianae. Religionis prospero successu; reuerenter gratias agens Canisio, qui, tam honesta petendo, Principem catholicum officii sui admoneret [2]. Effectum est apud eum ut probatae fidei virum concionatorem haberet in militia [3], et curaret diebus veneris in tota Boëmia processionem fieri, et missam de Sancta Cruce cantari, et moneri populum de poenitentia et pietate [4], et vbi nos coeperimus familiaritatem inire cum nostris auditoribus (quod ex parte coepimus), non dubitamus quin literarum pretextu, pietatis etiam fructum uberiorem simus capturi.

Vocantur aliquando nostri ad magnates ad varias eorum difficultates responsuri, quibus non solum doctores nostri, sed et alii ita, uerbo sibi dato coelitus, satisfaciunt, vt illud manifeste impleatur: *Nolite praemeditari quid respondeatis, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini* [5], *etc.* Lectio fit in Arce singulis diebus dominicis, maxima cum admiratione et fructu, ex sacra Scriptura, a Doctore Joanne Tilano. Variis enim modis disponimus materiam cum varium fructum pullulare uideamus.

---

1 "Agnus Dei. Figura cerea, cui imago *agni Dei* impressa est; quae figurae consuetudine vetere a summo pontifice certis temporibus sollemniter sacrantur. Viennae in bibliotheca caesarea brevis commentarius manu scriptus exstat, cui titulus est: Virtutes Agnorum Dei soluta oratione authore P. Canisio Societatis JESV.„ Id., *ibid*, annot. 8.

2 "Ferdinandus archidux postea similes preces etiam Tirolensibus praescripsit (Hirn l. c. I, 173).—Supersunt litterae, a metropolitano capitulo pragensi Praga 24. Julii 1556 ad clerum illius archidioecesis datae, quibus edicitur: Regem Romanorum et Ferdinandum archiducem velle, ut periculosis iis temporibus per totam Bohemiam preces fiant, ideoque „renouetur tempore meridiano mos pulsandi per campanam in memoriam Dominicae passionis", atque ita omnes coniunctim Deum precentur, ut ecclesiae suae misereatur et imperium romanum ex periculo turcico eripiat. Simul praecipitur, ut campanae sonitu audito omnes, ubicumque exsistant, genua flectant ac genibus nixi Deum precentur; quod si neglexerint, a magistratu regio puniendos esse. Harum litterarum exemplum, typis exscriptum et ab Henrico Scribonio praeposito capituli subscriptum, exstat Pragae in archivo capituli metropolitani (XVII, 1).„ Id., *ibid*, pag. 772, annot. 1.

3 "Antonius Brus (de Müglitz), *crucigerorum cum rubea stella* magister generalis, id munus administrabat simulque totius exercitus sacris praeerat.„ Id., *ibid.*, pag. 772, annot. 2.

4 "Haec quoque a capitulo pragensi in litteris 24 Julii 1556 datis praescribuntur; in quibus etiam magistratus civiles sacris illis caerimoniis interesse iubentur.„ Id. *Ibid.*, annot. 3.

5 Luc., XXI, 14.

In festo Sancti Bartholomaei (cuius habemus sacellum, a Boëmis eo die solemniter uisitatum, etiam Hussitis) post concionem Boëmicam, ante missam frequentissimo auditorio habitam, in medio eiusdem missae Rhetor noster, Mag. Guilielmus, latine, maxima cum admiratione, concionatus est. Vnde nonnulli commoti, postridie summis precibus nobis suos obtulerunt filios instituendos, quorum etiam opera nobis in negotiis obeundis uti liceat. Eodem die Diui Bartholomaei a prandio habita est a quodam ex discipulis oratio latina, cui interfuerunt praecipui sacerdotes arcis, cum Domino Praeposito, et multi sectae Hussiticae viri, quibus omnibus mirum in modum inexpectatum id accidisse videtur: ita obstupescebant.

Patrem nostrum Prouincialem Canisium mire hae regiones Aquilonares venerantur, ut non solum Catholici sed etiam Hussitae et alii haeretici, immo et iudaei eum [1] diligant; quamuis doleant malorum artifices tam multa eius consilio in uniuerso Germaniae statu fieri, ut mihi a quibusdam indignantibus dictum est, omnia scilicet eius consilio fieri, etc.

Habuimus aliquot scholasticos confitentes et etiam quosdam communicantes in festo Beatae Virginis. Gaudent autem pueri discere cathechismum nostrum.

Maximum de nobis rumorem spargi apud germanos, ac praesertim apud Marchionem Brandemburgensem [2] et Ducem Saxoniae [3], retulit nobis D. Marschalcus [4] a regia Maiestate defensor nobis constitutus: utinam omnium expectationi satisfacere liceat.

Nostrum Collegium in ciuitatis meditullio situm est, loco saluberrimo; quondam trecentos dicitur habuisse fratres Domi-

---

1 Sic; *illum* BRAUNSBERGER, l. c., pag. 772.

2 "Joachim II, marchio brandenburgensis et imperii elector, ab ecclesia catholica ad Lutherum defecerat.„ BRAUNSBERGER, *Ibid*, annot. 4.

3 "Augustum, imperii electorem.„ ID. *Ibid*, annot. 5.

4 "Ladislaus Popel de Lobkowitz. ID. *Ibid.*, annot. 6, lectorem remittens ad pag. 607, annot. 6, ubi haec scripserat.„ Supremus regni Bohemiae mareschallus Bertholdus von der Leip in Krumau fuisse traditur. Neque tamen hunc Canisius significare videtur, sed Ladislaum II. Popel de Lobkowitz (1502-1584), qui curiae regis Bohemiae mareschallus, primus praeses appellationis, supremus regni praefectus fuit. Nam ab historiographo provinciae bohemicae S. J. inter nobiles catholicos, qui Societatem in Bohemiam ingredientem adiuverint, Leipenses non recensentur, Lobkowicii omnes religionis studiosissimi fuisse traduntur. Quos Societati ab initio valde favisse etiam aliunde constat (Hosii Epistolae II, 1027. Schmidl l. c. I, 67. I. W. Imhof, Notitia sacri Romani Germanici Imperii Procerum ed. 5. cur. I. D. Koeleri [Tubingae 1732], p. 394-395) „

nicanos, ex quibus 15 doctores, et unus episcopus fuit. Habet intra septa sua omnium artificum officinas, scholarum et habitationis commoditatem, hortos etiam et reliqua, quae in collegio expeti possunt; et aliquando spero fore ut iuuenes complures in literis et moribus bene instituendi, more collegii Germanici Vrbis, teneri in coniuncta domo a nobis possint, ne incidendo in homines parum probatae fidei, plus eorum consuetudine deprauentur, quam a nobis iuuentur.

De persecutionibus breuiter et pauca perstrinxi, cum de illis fratres nostri, ut caeci de coloribus, loqui uideantur; tam enim viuunt securi in maximis periculis, quasi iam in Paradiso agerent. Nec mirum; cum iam altero pede, nempe affectu, ibi sint, et effectu esse sperent, in dies assidue domi et extra domum martyrium expectantes, praesertim dum ad scholas descendunt, vbi probabiliter secundum humanam rationem nunquam se redituros ad cubiculum, sed potius ad coeleste tabernaculum, sibi persuadere possunt. Ecce in Aquilone India.

Hodie habita est in laudem Sancti Joannis Baptistae oratio a quodam ex discipulis, cum Catholicorum et Haereticorum omnium satisfactione maxima, etc.

In quarta pagina haec leguntur: 1556. Pragae. Quadrimestres 7bris *(sic)* 1556.

DXXXII

Joannes Cuadra
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 30 Augusti 1556 [1].

IHS

Admodum R.do in Christo Patri.

Gratiam et beneuolentiam Christi Jesu Redemptoris tibi semper optamus propitiam.

Quae praecipienti tibi significanda per epistolam occurrunt, de iis uero maxime, quae cum pietatis studio sanctaeque religionis ullam habere uidentur affinitatem, paucis demonstrabo.

Principio sacris confessionibus ac diuinis epulis Eucharistiae frequentius assuefacti maiora in dies uitae spiritalis incrementa quodammodo persentire quotidianis experimentis deprehenduntur. Atqui res ista in scholasticis adolescentibus elucet in primis, ad quos optima uiuendi institutio potissime dimanat. Tragoedia, quam frater Josephus [2] de Jeptaeo, filiam trucidante, composuit, non citra plausum ingentem et jugem totius populi acclamationem publicitus acta est; et praeter incredibilem fructum classicis nostris inde proficiscentem et miram ingenii dexteritatem, arguebat in puero ueluti specimen optimum, quod certissimam nobis futurae indolis fiduciam confirmabat, et (quod amplius est) formam hinc bene uiuendi spectatores hauserunt vna cum optima animorum aedificatione.

E tribus autem, quos hactenus in spiritalibus exercitiis ad nostrae Societatis normam instruebamus, regulam sibi cartu-

---

[1] Autographae unico folio, n. 375.

[2] Fr. Josephus de Acosta.

siensem praescripsit vnus. Reliqui duo sunt nobis copulati. Alterum nomine Gutierrez ex meo nosti superiore chirographo [1], interim quod taxatos ac praestitutos dies solitis precationibus et exercitiis impenderet. Matthaeus Didonius [2] uocatur tertius, patre Roderico Didonio, Methimnensi ciue, qui principem et facultatibus et beneficentia in republica tenet locum, nam neque te latet quantis beneficiorum nominibus sit ille de nobis benemeritus. Annos decem et octo nondum excessit adolescens hic, et iam latinis et graecis literis ut eius aetatis affatim instructus, perdidicit quoque liberales disciplinas pari cum fructu, et dialecticis praesertim ac physicis (uti fieri solet) justum ac praefinitum tempus persoluit. Postremo dum multis modis probandus excutitur, optima de se quidem praebet experimenta.

De corporis, in summa, ualetudine fere diuinis auspitiis feliciter cesserat, praeterquam quod vnum aut alterum infirmos miserunt ad nos vicini fratres Sichimantias incolentes [3]. Nec plura quam illud semper insidere filiorum uotis: Deus Opt. Max. te nobis incolumem seruet, uitamque tueatur tuam, quatenus et diuino cultui et commodis proximorum necessariam intellexit.

Methimna, 3.º chalendas Septembris millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Minimus et indignus filius P. T.,

† Joannes Cuadra. †

Superscriptio in secunda pagina: IHS. Al muy R.do en Christo Padre Maestro Ignacio, Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Methimna. Quadrimestres 30 Augusti.

Manet vestigium cerae sigilli.

---

[1] Periisse hoc videtur.

[2] Matthaeus de Dueñas, filius Roderici de Dueñas cujus saepius mentio fit in Polanci *Chronico* et in *Cartas de San Ignacio*. Horum cognomen quam apte latine *Didonius* dicatur, ipse viderit litterarum auctor.

[3] Id est, *fratres in Septimancensi domo degentes*

DXXXIII

Joannes Lopez
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 30 Augusti 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en X.o

Gratia et pax Christi, etc.

De lo que de postrero de Abril, que fué la vltima quadrimestre [2] se offresce, daré á V. P. quenta breuemente. Eran entónces los padres y hermanos veinte y siete ó veinte i ocho, y casi los mismos han sido en este tiempo, ménos algunos que parte dél han ido á conualescer á otras casas, por la poca comodidad que ai en esta, y los muchos enfermos que tuuimos, lo qual no duró mucho tiempo por la bondad del Señor, aunque algunos estuuieron muy peligrosos.

Del aprouechamiento spiritual de los hermanos paresce auer auido augmento, aiudándose ellos de pedir penitencias por las faltas, y que se las digan, y otros medios, y ayudándolos, como V. P. lo tiene ordenado, assí con los sacrificios y oraciones de casa, como teniendo muy particular cuidado de cada uno, máxime de los que tienen más necessidad, no oluidando aun para con los studiantes la mortificacion, que se suffre con sus studios, y otras occupaciones de humildad; y assí por la bondad del Señor se han visto buenos effectos en algunos, y esto se platicará acra más en particular, que van al cabo los studios deste año, exercitándolos en los officios baxos, y en andar rotos, y peregrinaciones, y otras cosas que les aiuden á su apro-

[1] Autographae duplici folio, primo n. 372, altero non numerato.
[2] Eas vide supra, n. CDXCIV, pag. 201.

uechamiento spiritual: y por depender esto tanto del perfecto cumplimiento de las reglas, y para más afficionarlos todos á ellas, se vsa aora este medio, de que las aprendan de coro [1], y muchas pláticas de los viérnes que se hazen son sobre ellas.

Algunas peregrinaciones se han hecho á nuestra Señora de Guadalupe [2] y San Ilefonso de Çamora [3]. Tambien se han visitado los hospitales en fiestas, exercitándose allí en las occupaciones de humildad y charidad que se offrescian.

En los studios los sanos han procedido bien, como suelen, con sus sólitas conferencias de ambas las facultades. Aunque parte deste tiempo las conclusiones públicas no se han tenido por ser el tiempo tan trabajoso y, como he dicho, de tantos enfermos. Vno de los studiantes sumulistas [4] se ha adelantado tanto, que por sí ha visto el curso de la lógica, y está tan bien en ella, que podría pasar al de philosophia, aunque, por no dar occasion á trabajos excesiuos, ha parescido no se le conceder. Ha leido vn padre estos dos meses postreros vna licion de theologia en casa con mucha satisfacion de los hermanos.

En las confessiones han tenido los padres buena occupacion: son las personas que en casa se confiesan muchas de las principales del pueblo y vniuersidad, y ha auido communmente confessiones de muchos años, vltra de muchas generales que se han hecho, aunque en esta y en la del aiudar á morir (para lo qual son muy deseados y pedidos) se procura satisfazer, attendiendo no aia falta á los exercicios nuestros spirituales y de letras; lo qual se attiende tambien en las más obras de charidad, que por los próximos se hazen, de visitas de cárceles y amistades. A algunas aldeas tambien an ido á predicar de casa, donde los curas nos son muy affectos, y lo tienen en mucho que vaian á predicar á sus ouejas.

Con esto de pocos dias acá no nos ha faltado alguna contradicion, porque se han aora publicado los artículos de París contra nosotros [5], y esto paresce que ha sido por estos padres do-

---

[1] *de coro*, memoriter. Vide supra, pag. 208, annot. 1.

[2] Vide supra, pag. 22.

[3] Sancti Ildephonsi, Toletani Archiepiscopi, corpus in templo Sancti Petri in urbe Zamora asservatur.

[4] Qui *Summulis* operam dabant. Vide supra, pag. 206.

[5] Parisiensis universitatis adversus Societatem decretum, de quo Polancus, Orlandini, Rivadeneira et alii Societatis historici ad annum 1554-1555.

minicos. Lo que pensamos que de aquí se ha seguido es maior affection de algunos maestros de la vniuersidad, á lo ménos muestra de la que nos tenian, entre los quales vno dellos, catedrático de theología, siendo conbidado en su casa el dia de Sancto Domingo, dixo que no los queria ver; que si admittian los artículos de París contra nosotros, los auian de admitir contra Sancto Thomas, y que se olgaua que ouiese hombres spirituales del hábito de San Pedro [1]. Dos padres dellos tambien fueron al collegio maior [2] de aquí á comer, y despues paresce que quisieron mostrarles los papeles que dellos tenian, y el Rector del collegio y otros collegiales, hijos de confession desta casa, tampoco los quisieron ver, ántes nos lo han venido á dezir acá.

La condesa de Monterrei [3] vino aquí á uer al P. Rector [4] diziéndole que despues que esto pasaua auia tenido más deseo de verle, y su hijo maior [5] nos es muy affecto: fué al monesterio destos padres, donde mostró muy bien su affeccion, diziéndoles que, pues vian la bondad de los de la Compañía, y el fructo que hazian, por qué se auian desta manera? y paresce que se excusauan algunos de los principales, con quien él trató desto, diziendo no auer sido en ello, sino que abria sido vn compañero del P. M.º Cano [6], y que ellos nos encomendauan á Dios. Con todo eso les reprehendió porque no tratauan de más hermandad con nosotros, y en special de la que con otras religiones [mostraban] el dia de su Sancto. De todo esto vino á dar quenta al P. Rector.

Uno de los maestros más principales desta vniuersidad, catredático de propriedad della, es ido aora á tratar con el Arçobispo de Toledo [7] vn negocio de la vniuersidad: va muy persuadido que tratará con él de las cosas de la Compañía; porque es

---

[1] *del hábito de San Pedro,* qui non alio habitu seu veste uterentur, quàm clericorum saecularium. In civitatibus enim Hispaniae, ubi plures erant clerici saeculares, coalescebant ii plerumque, ut etiam nunc fit, in sodalitatem quamdam, quae *congregatio* seu *ordo Sancti Petri* appellari consuevit.

[2] Collegium Sancti Bartholomaei, appellatum postea *el Viejo.*

[3] Maria Pimentel et Velasco. Vide t. III, pag. 24, annot. 9.

[4] P. Bartholomaeus Hernandez.

[5] Hieronymus de Acebedo.

[6] P. Melchioris Cano, O. P.

[7] Joannes Martinez Guijarro (Siliceus).

vno de los que mejor las entienden de la vniuersidad, y que más affection nos tiene.

Juntamente vemos aora que tratan más personas de pedir la Compañía que ántes, vltra de los exercitantes que emos tenido. Aora tenemos tres theólogos sacerdotes, que han acabado sus cursos de theología; los dos dellos maestros en artes, y buen talento en el predicar, y se han exercitado en ello: el vno está ya determinado para la Compañía, y los otros dos tratan dello: y sin estos ai otros cinco sacerdotes, que han acabado sus cursos de theología, que están acceptados para hazer aora los exercicios con propósito de determinar de su estado; y el vno dellos, que tiene voto de religion y halo pedido con mucha instancia, no se le ha concedido hasta aora.

Estos effectos hallamos que han hecho los artículos Parisienses, porque, despues que ellos se publicaron, casi se han mouido todos estos: y assimesmo estos dias vn cauallero principal desta cibdad, cuya muger se confiesa en casa continuamente y está muy aprouechada, visto la necessidad que acá ai en la carestía del pan, se mouió á pedir limosna entre los caualleros desta cibdad, diziendo que sabia que auia necessidad en esta casa, aunque nosotros no lo pedíamos, y mostraron todos buena voluntad y aiudaron con buena parte de trigo para el año.

Lo que resta que dezir es que, de los Padres que aquí auia, se han embiado vno á Seuilla, y otro á leer las artes á Córdoua.

Los que aquí quedamos, pedimos á V. P. ser aiudados con sus sacrificios y oraciones, y de los Padres y hermanos nuestros charíssimos que ay están. Dé el Señor á todos su sancto amor. Amen.

De Salamanca, á 30 de Agosto de 1556.

D. V. P.

hijo indigno,

Juan Lopez.

Superscriptio in quarta pagina: † Jhus. Al muy R.do Padre nuestro en Xpo. el P. M. Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jhus, en Roma.

Alia manu: 1556. Salamanca. Quadrimestre 30 de Agosto.

Manet integrum sigillum.

DXXXIV

P. Petrus de Acebedo,
Ex commissione Patris Alphonsi de Zárate,
Patri Ignatio de Loyola.
Corduba, 31 Augusti 1556 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

Pax Christi etc.

Daré cuenta á V. P. de las cosas que en estos quatro meses pasados han succedido breuemente, para que dello se entienda cómo nuestro Señor no se oluida de los suyos, andando la nauecica de vna parte á otra con las olas destos tiempos.

Niños, mancebos y viejos procuran la confesion muy de veras, dando de mano á no se qué rumorcillos de algunos, con los quales no solo no son apartados del sancto exercitio començado, ántes más fuertemente se encienden é ynflaman. El perseuerante ánimo destos en cosa tan fructuosa es causa para que, quasi sin poder hazer otra cosa, vengan á ser de nuestro parecer los que muy léjos estauan. Ay en esto otra cosa; que, auiendo muchos por la carestía del tiempo y falta de todas cosas venido á mucha probeça, allende de quedar muy adebdados, confiesan el beneficio de la sancta confesion, que frequentan, auerles sido grande ayuda para lleuar, no solo con ánimo paciente, el trabajo de la pobreça, mas aun muy alegremente.

Los sermones en casa los dias de fiesta se hazen no con pequeño fructo: de cada dia se va aumentando el número de los oyentes: y porque particularmente son auisados en las cosas

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 499, altero non numerato.

que tocan al officio de cada qual, viene á ser que ay muchos que de muy buena gana restituyen, lo qual es cosa muy sabida.

Los estudios, en que vuo intermission por vnos pocos dias, para que los maestros se reparasen para el trabajo venidero, y los studiantes boluiesen con más calor, se començaron vn dia despues de nuestra Señora de Septiembre. El mesmo dia de nuestra Señora se representó un colloquio por nuestros estudiantes, poco ántes del sermon, en loor de la Natiuidad de la Vírgen nuestra Señora, porque no quedase fuera de sus alabanças la lengua latina. Los mismos libros, que hastaquí, se interpretan: los nuevos, que se han de leer, diferimos para S. Lucas, porque entónces se juntan todos los studiantes, los quales, ansi en sus studios como en christiandad, trabajan con diligentia. Los que estudian dialéctica toman muy á pechos el studio, é dan muestras de la sólida doctrina que tendrán.

A los Maestros, pocos dias ántes de nuestra Señora, se les dió licencia para yr á recrearse á los montes: fueron á vna casa de campo, que se pensaua ser spaciosa; y aunque para el cuerpo no fué, por ser pequeña y que apénas auia lugar para los que fueron, empero en el spíritu se alegraron todos mucho, porque se durmió en vn establico, embueltos en sus mantas, puesto heno debajo, de que ay abundancia en aquel lugar.

Es este lugar de fieras muchas: vn Padre encomençó á hechar redes; cayó vna mugercica de edad de deciseis años, la qual, fauoreciendo la gracia de nuestro Señor, combida[da] con las palabras del Padre, dixo que queria recogerse; la qual por aquellos montes auia hecho más mal á sí é á otros que los xaualíes. Procuróse cómo se recogiese.

Vn cabrero, que por allí la traya, combidado á la confesion, fácilmente se confesó allí con otros algunos, los quales, haziendo gracias á Dios por el beneficio recebido, dezian auer amanecido buen dia para ellos.

En el camino fuimos á vn lugar que no pensamos: vn Padre entró en vn hospital, donde halló un moço quasi muriéndose, que, por estar el cura enfermo, no auía confesado: pareció auer sido ordenacion de nuestro Señor auer ido allí: él se confesó, gloria á nuestro Señor.

De allí, no sin rodeos, fuimos á la casa, do estuuimos quatro

dias: allí vno de los hermanos, cuya synceridad es cosa de marauillar: "O! plega á Jesuchristo, dize, me dé tan larga vida, que vea yo por todo el mundo leuantados los pendones de la † de mi S.or Jesuchristo.„ Començó con mucha diligentia á cortar del monte palos y fabricar cruzes: y porque en todo aquel lugar no auia alguna, hizo vna grande, que se lleuó á vn monte alto, donde se puso cantando hymnos: los que allí se hallaron, fuera de los Padres y hermanos, muy mucho se alegraron en el Señor: las demas cruçes, boluiendo á casa, se pusieron en el camino con mucha veneracion; aquel camino pasamos auisando á los caminantes é instruyéndoles en la doctrina christiana.

Resta dar cuenta á V. P. de cómo se puso en nuestra capilla el Sanctíssimo Sacramento, que tanto auía se deseaua. El S.or Obispo [1], á quien tan cuesta arriba parecia hazérsele este negocio, él mesmo offreció su trabajo, y dia de San Bernabé vino á nuestra casa muy de mañana, acompañado de muchos señores, ecclesiásticos y seculares: fué de los Padres y hermanos muy humilmente recebido. Bendixo la yglesia, y los dos patios, de las escuelas y de nuestra casa, con vn rostro muy alegre, muestra de la voluntad para con nosotros: concluydo, el S.or D. Juan [2] lo lleuó á comer. En la tarde á las quatro puso el Sanctíssimo Sacramento en el sacrario y boluió al patio: subió en el mesmo lugar, do se auia de representar vna comedia, en latin, del Sacramento, y allí estuuo hasta el fin con mucha attencion y sin fatigarse, aunque el calor y la gente que auia concurrido era mucho.

No faltaron canciones varias y dançás. La casa estaua ornada no tanto de paños ricos, aunque auia muchos, quanto de versos latinos y griegos y en castellano, pinturas que figurauan el mysterio del Sanctíssimo Sacramento: puestos premios, tres varas de tafetan, otras tantas de raso é vna pieça de plata. Desto no más.

En este tiempo del estío a entrado en esta cibdad modorra: han muerto muy muchos, y ansí los Padres eran forçados contínuamente á oyr confessiones ó consolar á los que estauan

---

[1] Leopoldus ab Austria.
[2] D Joannes de Córdoba.

para morir. De los nuestros pocos han caydo de calenturas. Sean á nuestro Señor gracias, todos conualecieron; y ansí cada qual se esfuerça á hazer con diligentia su officio, ansí en lo que toca á los estudios como en los otros exercitios spirituales.

De ocho á ocho dias los domingos se tienen conclusiones de lógica ántes de la doctrina, no sin satisfacion de los que estan presentes, entre los quales ay padres de los que argumentan, los quales no se puede dezir quánto se huelgan en el Señor.

Los Padres y hermanos deste Collegio piden humilmente ser ayudados de las oraciones de V. P.

De Córdoua, postrero de Agosto de 1556.

De V. P. indigno hijo en el Señor,

Por commission del Rector.

† AZEUEDO. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M. Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus, etc., en Roma.

Alia manu: Jhus. 1556. Cordoua. Quadrimestre del Agosto.

Vestigium cerae sigilli.



Praecedentium Patris Petri de Acebedo litterarum latina versio [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Pax Christi, etc.

Breuiter reddam rationem eorum, quae acta sunt quatuor his proxime exactis mensibus, vt vel ex eo intelligi possit quam non obliuiscatur suorum Dominus, nauicula horum temporum procellis fluctuante.

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 498, altero non numerato.

Pueri, adolescentes, senes, summis viribus student confessionis portum tenere, parum curantes quid ea de re nonnullorum rumusculi iactitent: quibus non solum ab incoepto semel pietatis studio non retrahuntur, verum acrius idipsum eos incendit et inflammat. Horum in re tam fructuosa perseuerans animus, etiam qui longissime abesse videbantur, in nostram sententiam manibus pedibusque pene dixerim venire cogit. Est aliud, quod cum multi propter annonae caritatem ac rerum aliarum penuriam, quam invexit temporum istorum iniuria, in summam pene paupertatem redacti sint, praeterquam quod multum aeris alieni conflarint, confitentur, sanctissimae confessionis beneficio adiuti, graue paupertatis onus non aequo solum animo, verum et alacri tolerare posse.

Domi conciones feriatis diebus habentur de more, non sine maximo fructu: crescit in dies auditorum numerus: et quia priuatim, quae ad vniuscuiusque artem spectant, admonentur, fit vt multi non quidem grauate male parta restituant.

Studia per paucos dies intermissa, vt magistrorum animi ad laborem repararentur fulcirenturque, et auditores ad eadem alacrius redirent, postero a Sacratissimae Virginis Natiuitatis die coepta sunt, atque eo ipso Natali die colloquium per adolescentes actum est, paulo ante concionem, in Mariae recens natae laudem, ne commendationis ejus esset expers latina lingua: libri iidem enarrantur; nouos vero, quos sumus interpretaturi, distulimus in diem beatissimi Lucae, quia tunc solent auditores conuenire, qui (gratias Christo Jesu) et pietati et litteris gnauiter student. Jam qui dialecticae dant operam, mirum est quam auide accipiant studia, quantaque futurae solidae doctrinae praebeant documenta.

Magistris, paucis ante diebus, concessa est animi relaxandi gratia abeundi copia in montana loca vrbi vicina: commigrarunt in suburbanum, quod credebant futurum laxitate saltem conspicuum, verum etsi curando corpori non satis aptum (erat enim exigua quaedam casa et quae vix hospites capiebat), animus tamen omnium est supramodum exhilaratus; cubitum est enim in stabulo, lodicibus involutis, subter foeno posito, cuius eo in loco abunde erat.

Est locus hic feris abundans. Quidam autem ex Patribus coepit retia tendere deciditque in casses muliercula quaedam

vix decem et sex annos nata, quae, Patris monitis inuitata, Christi gratia fauente, dixit velle in viam redire: haec et sibi et aliis, dum per haec loca diuagatur, plus damni quam apri frendentes intulerat: elaboratum est vt in melius vitam commutaret.

Caprarius, qui huius curam gerebat, quique eam eo duxerat, nullo ferme negotio ad poenitentiam inductus, ibi fassus est vna cum aliis, qui, gratias agentes Deo pro accepto beneficio, fortunatum sibi illuxisse dicebant diem illum. In itinere ad oppidulum diuertimus nec opinantes, vbi hospiciolum ingressus vnus ex Patribus adolescentem offendit, qui fere iacebat exanimis et, quia oppiduli curio aegrotabat, non fuerat fassus: ita eo iter direxisse diuino consilio factum videtur, nam Patri confessus est.

Inde non sine viae dispendio venimus in villam, vbi mansimus quatuor dies. Quidam autem e fratribus, cuius animi synceritas admirationi est: "O vtinam eam mihi vitam Christus annuat vt toto orbe crucis vexilla extolli videre possim„. Coepit tunc, resectis e sylua lignis, cruces fabricare; et quia eo in loco nulla erat, vna, quae magnitudine reliquas superabat, confecta, in excelsum quemdam montem deportata, non sine hymnis statuta est. Qui ad id convenerant, in Domino supra modum sunt oblectati. Reliquae, domum redeuntes, in itinere sunt constitutae. Viae illius spacium confecimus, viatores admonentes variis de rebus, ac doctrinam christianam docentes.

Restat vt de sacratissimi Christi corporis collocatione, tamdiu expetita, in nostro sacello rationem reddam. Praesul huius vrbis dignissimus, qui rem molesto animo ferre videbatur, ipse suam operam pollicitus est. Ita die Beatissimi Barnabae huc ad nos venit summo mane, honestissimis vtriusque ordinis viris comitatus, qui a nostris summa veneratione exceptus est: sacellum sacrauit, scholae quoque et domus impluuium vtrumque hylarissimo vultu, quo animi sui erga nos propensionem facile indicabat. Quo peracto, Illustris admodum noster Joannes prandio, vt nimio sumptu ita et summa comitate, illum excepit. Vesperi, audita quarta, ab eodem Sacramentum in sacrario collocatum est solemnissima pompa; ad impluuium rediit, scaenam conscendit, actioni comicae instructam, quae per auditores nostrae scholae acta est latino sermone de Eucharistiae Sacra-

mento: hanc attento animo ac indefatigato audiuit ad *Plaudite* vsque, quamquam et calor vrgeret et innumera turba confluxisset. Non defuere modulatissimi variique cantus perfectae musicae scientiae, tum etiam chori saltantium adolescentum: domus non tam erat aulaeis praeciosis ornata, quamquam haec abunde satis, quam versibus latinis, graecis, vernaculis, picturis etiam, quod celebrabatur mysterium, adumbrantibus, praemiis edicto decretis, tafetanis tribus vlnis, totidem rasi serici, atque argenteo vasculo. De his satis.

Aestiuo hoc tempore phrenesis ciuitatem hanc inuasit, suntque quam pro numero plures vita defuncti: vnde assidue Patres coacti sunt audire confessiones, vel morti vicinos consolari. Ex nostris pauci febribus laborarunt: Christo Jesu gratias, omnes conualuere, atque ita quam possunt diligentissime cuncti suum officium facere student, tam in his quae ad studia spectant, quam quae ad reliqua exercitia spiritalia.

Octauo quoque die diebus dominicis assertiones dialecticae defenduntur ante concionem, non sine astantium plausu, inter quos sunt et concertantium parentes, qui, quantopere in Domino oblectentur, dici non potest.

Patres ac fratres huius gymnasii humiliter adiuuari postulant orationibus tuis.

Cordubae, pridie Calendas Septembris anno 1556.

D. V. P. filius indignus P. tuae in Cristo.

Ex commissione Rectoris.

† AZEUEDO. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum R.do in Christo Patri nostro P. M.tro Ignatio a Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, etc.

Alia manu: Jesus. 1556. Corduba. Quadrimestres vltimo Augusti.

Vestigium cerae sigilli.

DXXXV

Antonius Trancoso,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 1 Septembris 1556 [1].

†
Jesus.

Muy R.do en Christo Padre.

Pax Christi.

Lo que destos quatro meses ay que dar quenta á V. R. es lo que se sigue. Todos los padres y hermanos, que están al presente en este collegio, quanto á las fuerças y salud spiritual están buenos por la bondad del Señor. Crescen todos y uan adelante en los acostumbrados exercitios de la uirtud y obseruantia de las reglas, conforme al instituto y modo de uiuir de la Compañía: y con la obseruantia de las reglas se tiene particular cuenta despues de la uenida del P. Luis Guonçalez á estos Reinos. Son muy frequentes las penitentias acostumbradas en la Compañía por la obseruantia dellas, si acaso acaesce algun hermano auerse descuidado en esso, las quales todas se toman con mucha alegría y consolation en el Señor. Y particularmente la regla del hablar latin se cumple aora exactíssimamente, cosa que tan impossible parecia al principio, por auerse ya muchas uezes intentado y dado por eso muchas penitentias; mas por la buena diligentia, que el P. Luis Guoncalez a puesto en ello, por ser cosa tan necessaria, máxime en estos collegios

[1] Archetypae duplici folio, nn. 575 et 576.—Fortassis autographae sunt, totae manu ipsius Trancoso; id tamen affirmare non audemus quia nullum aliud ejus scriptum vidimus certo autographum.

donde se enseña latin; es admirable la cuenta que con ella se tiene.

Los padres se ocupan de noche y de dia en uisitar y confessar los enfermos que ay en esta ciudad, consolándolos y animándolos á bien morir, como es costumbre de la Compañía: lo qual quán agradable sea al Señor, y quánta gloria y alabança desto resulte á la diuina bondad, no lo sé yo bien explicar por palabras á V. R.; porque, auiendo grandíssima multitud de enfermos en esta ciudad, cosa que parece increible, es tan grande la opinion que todo el pueblo tiene á los padres y hermanos deste collegio, así en letras, como en uirtud y sanctidad de uida, que con otros ningunos se quieren confessar sino con los padres de casa: y ai algunos que no cessan de inportunar hasta que les lleuen algun padre ó hermano que los consuele en el Señor: lo qual es más de espantar por la gran multitud de Religiosos de diuersas órdenes y hombres doctos, que ay en esta ciudad, por causa del Infante Cardenal [1]. Loado sea el Señor de todos.

Y esto me parece que buena parte dello uiene por muchas y notables cosas, que en esto y en muchas otras cosas an acaescido á los nuestros: porque estando ya algunos del todo desesperados, y no quiriendo uer ni oyr hablar persona alguna, y aunque les hablassen Religiosos, no aprouechauan cosa alguna con ellos; por la bondad del Señor, tanto que lleguauan los nuestros, luego eran libres desta tan diabólica tentation, y se confessauan con grande arrepentimiento de sus pecados. Vienen á llamar muchas uezes á nuestros padres y hermanos para hazer amistades entre algunas personas, y para otras muchas obras de misericordia, á las quales todas satisfazen con el diuino fauor y aiuda, aunque sean pocos. Los dias passados, auiendo reñido algunas personas onrradas desta ciudad, hiriendo y maltratándose unos á otros, luego uinieron de la ciudad al collegio con grande instantia que fuessen á remediar esto, por causa de muchos males que daquí se podian recrescer: anles mandado el hermano Lionel de Lima, el qual no solamente los hizo amiguos y pacíficos como ántes eran, mas procuró con

[1] *por causa del Cardenal Infante,* Henrici Cardinalis gratia (quem, Eborae tum versantem, plures religiosi hominesque docti comitabantur).

ellos, para maior señal de su uerdadera amistad, que públicamente se fuessen á habraçar en un templo delante del Sanctíssimo Sacramento, lo qual ellos hizieron con mucho arrepentimiento de lo que tenian echo: y fué tanbien causa de loar todos los que allí se hallaron al Señor con uer cosa de tan grande seruitio suyo.

A ido tanbien este hermano y el P. Cotta [1] á acompañar dos hombres, que mandauan ahorcar por iusticia pública: uno dellos estaua tan terrible, que no podia sofrir hablarle que auia de morir este género de muerte; mas tornando en sí, con pláticas y amonestationes que le hizieron, pidia á todos encomendassen su ánima á N. Señor; y así finalmente, firme en la fee y Religion christiana, padeció este género de muerte con mucha consolation en el Señor. El otro no solamente a tomado esto con mucha alegría y consolation, mas dezia que de mucha mayor pena era digno por sus pecados: lo qual creo yo que uino por parte de los nuestros. Despues de acabados de iusticiar, acostumbran lueguo en el mismo lugar hazer una plática de Dios, que en estos Reinos suelen acompañar estos padecientes [2].

Los dias passados el P. Gaspar Diaz fué á hablar á un sacerdote, que estaua amancebado y tenia ya un hijo: y hallándose acaso el sacerdote en casa de la manceba, á donde el Padre yua, y con temor que tuuo dél, tanto que lo uió á la puerta, escondióse lueguo en un rincon detras de unos paños que allí estauan; y llamado por el Padre, lo sacó fuera de casa; y lleuándolo fuera de los muros de la ciudad, le declaró primero el mal estado en que estaua, y mostrándole por muchas razones la graueza del pecado que contra Dios N. S. hazia, y el escándalo que deso podia dar á los que lo supiessen: fué tan grande el arrepentimiento que de su pecado tuuo, que se deliberó luego de dexar la manceba, con prometimiento de guardar castidad perpétua á Dios N. Señor.

Este mismo padre con otro hermano fueron los dias passados á casa de una muger, que estaua deliberada por iustas razones de descasar una hija suya del marido: y no pudiendo aca-

[1] P. Melchior Cotta.

[2] Sic; sed, ante verba *que en estos Reinos*, desiderantur alia, forte plura, ut sententia compleatur.

bar cosa alguna con ella por su grande durezia y pertinacia, se hincó el hermano de rodillas delante della, pidiéndole con lágrimas que por amor de Dios desistiesse desto, poniéndole delante el marido de su hija, hincado tanbien de rodillas, pidiéndole misericordia con arrepentimiento de lo passado, prometiéndole el hermano que, si dentro de dos meses no se emendasse, le tornasse á acusar: y acabado ya con la madre, en este interim tenia el Padre concertado con la hija que holguase de tornar á su marido: y finalmente por la bondad del Señor quedó la cosa apaziguada, y de camino hizieron con el escriuano que no procediesse en esto por delante. An echo tambien otras amistades entre unas mugeres, que auia mucho que no se querian perdonar; lo qual ellas hizieron con muchas lágrimas y arrepentimiento de lo passado.

Las confessiones, communiones y predicationes de nuestro templo uan en contínuo augmento con el fauor y gratia diuina: y son tantos ya los que uienen á los sermones, que ni en nuestra iglesia, que es de mediocre magnitud, ni en el portal della, que es tanbien algo grande, caben ya los oyentes, aunque por otras muchas partes se pongan bancos. El fructo que en estas predicationes y doctrinas se haze es muy grande, por ser tanbien el concurso de los oyentes grande y de personas de mucho respecto. Y en esto me parece que se podrá uer el grande fructo y seruitio de Dios N. Señor que en esto se haze, porque quasi todos estos son muy continuos en las confessiones y communiones, y en otros muchos exercitios de uirtud que, induzidos por los nuestros, hazen. Esto es quanto á lo espiritual: aora contaré breuemente á V. R. de la salud corporal de los padres y hermanos, y de nuestros estudios y exercitios de letras.

Muchos de los nuestros, loado sea el Señor de todos, an caido en uarias y diuersas enfermedades: tanto que todos los maestros, tirando uno [1], y todos los sustitutos que para estas necessidades estauan ordenados, an enfermado grauemente, de suerte que contra nuestra uoluntad emos dado á los estudiantes vn mes de ferias. Lo qual como supiesse el Infante Cardenal, que al presente estaua en Lisbona, pesóle mucho con esta nueua de la enfermedad de los hermanos; y mandando lueguo uno de los

[1] *tirando uno*, uno excepto.

más doctos médicos que consiguo tenia á uisitar los hermanos, encomendándole que procurasse mucho por la salud dellos, y le escriuiesse muchas uezes cómo se hallauan. En lo qual podrá uer V. R. el grande amor que á nosotros y á toda la Compañía tiene: porque tiniendo ya dexado aquí un médico, que tuuiesse cuidado de los hermanos si alguno caiesse en enfermedad, y no se confiando en esto, no quiso sino mandar al que tenia cuidado de su propria persona y lo auia muchas vezes curado. Loado sea el Señor por todo.

Anse representado en estos 4 meses algunos diáloguos, que hizo el hermano Francisco de Morales, y se recitaron tambien algunas orationes. Todo se ha hecho con mucha gracia, y á ello se an allado muchos de fuera y con grande satisfaction.

Los nuestros estudiantes aprouechan en letras y uirtud: algunos de la 1.ª y 2.ª classe, por ser más hábiles y aptos para nuestro instituto, se an admittido á la Compañía: otros an entrado en otras Religiones: andan otros muchos, así de los estudiantes como de los de fuera, con grande deseo de ser admittidos en la Compañía. Dios N. Señor les dé perseuerantia en sus sanctos propósitos. Este anno tambien se comiençan aquí á leer las artes.

El padre Don Leon [1], que estaua en Coimbra, es aora aquí Rector y lee los casos de conscientia por el P. Marcos Jorge, que es ydo á Coimbra á leer un curso. El padre Cornelio [2], que dántes era Rector, es aora ministro; y el hermano Lionel de Lima, que era ministro, es sotoministro. Fué muy accepta la uenida del padre Don Leon á esta ciudad, por ser conoscido de muchos; y algunos de los ciudadanos y personas Religiosas, tanto que él lleguó, le an uenido á hablar. Esperamos que hará mucho fructo en esta ciudad por auer en ella personas para mucho, y que si les hablassen, dexarian sus rentas y canongias y se meterian en la Compañía, lo qual plegue á la diuina bondad que sea ansí.

Esto es lo que se me a offrecido de escreuir á V. R.: no queda sino que á todos nosotros como padre en Christo nos encomiende en sus orationes y sanctos sacrificios.

---

[1] P. Leo Enriquez.
[2] P. Cornelius Gomes.

Deste Collegio de Jesu de Euora, primero de Setiembre de 1556.

Por commission del Padre Don Leon.

Inutilis filius tuus,

ANTONIUS TRANCOSUS.

Superscriptio in quarta pagina: Jhus. Al muy Rn̄. en Chrō. p.e el P.e m.o Ignatio, Prepo.to General de la Comp.a de Ihus.

De Euora.

Et paulo inferius. 2.a [via].

Alia manu: Jhus. 1556. Euora. Quadrimestre del p.o de settembre.

DXXXVI

Franciscus de Varea,
Ex commissione P. Emmanuelis Godinho,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipona, 1 Septembris 1556 [1].

†

R.de admodum in X.o Pater.

Gratia et pax Ihu. Xpi. adsit semper animis nostris. Amen.

Priusquam eorum, quae proximo quadrimestri in hoc Olyssipponensi collegio, Xpi. Opt. Max. beneficio, sunt gesta, tibi, ut mos est, rationem reddam, idem de singulari Dei in nos cle-

---

[1] Autographae tribus foliis, nn. 141 et 142, tertio non numerato. Aliud est autographum exemplar in tribus praecedentibus foliis. In hoc, quod nunc in lucem edimus, sunt aliquae emendationes ignoti cujusdam manu factae, quas more solito indicabimus, verba, vel deleta vel mutata, *italicis* characteribus annotando.

mentia uisum est facere. Superioribus itaque duobus mensibus anni, quidem tempore grauissimo, uix prae maximis caloribus (non enim meminimus maiores) consistere, eorumue molestias sedare poteramus. Accidit eodem tempore, ut tot ex nostris fratribus in uarios morbos inciderent, ut plures fere essent qui morbo laborarent, quam qui aegris ac laborantibus subuenirent. Aegrotauerunt quatuor ex nostris praeceptoribus, quorum duo nondum firma utuntur ualetudine: nec mirum, quippe qui saepe multum sanguinis ore ejecerint, ita ut coacti simus aliquid de nostris studiis remittere; bona enim pars nostrorum scholasticorum morbo premebatur. Mense denique Augusti duas tantum horas consumebant praeceptores in gymnasiis ante meridiem: tempore uero pomeridiano non erant praelectiones, praeterquam in infima classe. Aderat tunc in hoc collegio P. D.us Ignatius [1], cum fratres coeperunt male habere, qui etiam in subitum morbum incidit, cui bis incisa est uena solitasque potiones sumpsit: verum Dei clementia breui ex hoc morbo conualuit: at quinto die postquam a priore morbo fuerat recreatus, in eum de integro incidit; atque ita grauiter aeger fuit, ut iam pene omnes diffiderent ejusque uitam desperarent. Morbo ingrauescente, quaesiti sunt nobilissimi atque optimi medici, ipseque Regius medicus huc a Regina [2] missus cum aliis tribus uel quatuor magno studio ac diligentia Patrem inuisebant, et postea, quae ejus saluti conducere arbitrabantur, inter se conferebant, praesente Patre Ludouico Gonzalez, qui in Patrem fratresque curandos toto pectore incubuit tanta alacritate tamque ex animo, ut omnis moeror ex aegrorum animis omnino expelleretur: nec erat qui ejus praesentia et charitate erga se ad ferendas morbi molestias non maxime excitaretur. Reliqui etiam omnes, Dei Opt. Max. misericordiam precibus ac obsecrationibus humilibus implorantes, quam maxima poterant diligentia et cura, in idem negotium incumbebant, ac quisque pro se diligentissime laborabant, ne qua culpa circa fratrum valetudinem committeretur. At uero non passus est clementissimus Pater filios diu in lacrimis jacere, sed eos omnes consolatus est omniumque dolorem abstersit. Paucis enim post diebus coepit

---

[1] P. Ignatius de Azebedo.
[2] Catharina ab Austria.

Patri, qui in tanto uitae discrimine uersabatur, meliuscule esse a febrique relinqui: est tamen adhuc infirma admodum ualetudine; nec id mirum uideri debet; grauissime enim aegrotauit, purgationibusque ac ui morbi consumptus corpus et uires amiserat. Curatur modo diligentissime ut se reficiat pristinamque recuperet ualetudinem. Sunt etiam nonnulli ex aliis fratribus, quos dixi in morbo esse, nondum plane confirmati: in dies tamen Xpi. munere ualentiores fiunt. Haec habui, R.de Pater, quae de tuis filiis, praesertim aegris, Paternitati tuae dicerem: reliqui mediocri ualetudine utuntur, curantque (ut solent) ut injunctum sibi opus, qua possint diligentia et integritate, perficiant.

Redeo ad id, de quo in principio epistolae erat mihi tractandum, quod quidem in finem de industria distuli: primum enim locum maxima illa Dei Opt. Max. in nos beneficia suo quodam jure sibi uendicare uidebantur. Denunciatus itaque est superioribus mensibus Olyssiponi jubilaeus, singularique omnium consensu et gaudio (ut aequum erat) exceptus. Tanta frequentia fuit eorum, qui ad sanctissimum confessionis eucharistiaeque sacramentum in nostrum collegium conueniebant, ut, cum perpauci essent confessarii, quadringenti et triginta eo die ad dominicam mensam accesserint.

Nec multo post, secundo nimirum Pentecostes die, hi, qui ab inquisitoribus in uincula fuerant conjecti, in conspectum populi erant producendi in locum ad hoc juxta mare praeparatum. Petiit (ut solet) R.mus necnon Xpianissimus Cardinalis [1] a Patre Prouinciali [2], ut aliquot ex nostris eo mitterentur, ea potissimum de causa, ut eos, qui ad necem erant producendi, consolarentur, optimisque consiliis adiuuarent atque eorumdem confessiones audirent: hi erant quatuor, tres uiri et quaedam mulier. Missi sunt ex nostro collegio duo Patres et quidam frater, qui quidem per aliquot dies fuerunt in carcere non sine magno animorum fructu. Ita enim sunt accensi ac inflammati Patrum cohortationibus et consiliis, Christique imprimis beneficio, ut non solum patienter, sed etiam libenter, et ut ab eisdem Patribus accepi, libentissime ad supplicium festinarent, Christum

---

[1] Henricus, qui supremus in Lusitania Inquisitor erat.
[2] Michaële de Torres.

Opt. Max. clarissima uoce confitentes. Quod quidem non poterat non magnam spectantibus admirationem et consolationem adferre.

Inter hos fuit quidam turca, qui superioribus annis sacro lauacro fuerat expiatus; qui, ubi intellexit se iam flammis esse destinatum propediemque comburendum, tanta est ira percitus, tantaque rabie et furore incensus, ut maximis uocibus propter animi acerbitatem exclamaret, multisque aliis signis dirum illum animi furorem et aegritudinem significaret, ita ut nemo posset cum eo agere ut de suis peccatis confiteretur: eoque dementiae uenit, ut eos, qui bona suadebant, a se expelleret, nec eos uellet audire. Tandem qui se primum tam ferreum ferinumque praestiterat, ita Christi concessu flexus placatusque est, ut non solum animi mitigati, uerum et poenitentis, magna signa dederit. Insperato uero tantae rei euentu quanta fuerint omnes uoluptate perfusi, uix Paternitati tuae explicare potero. Seruatori Christo, a quo haec omnia bona proueniunt, maximae immortalesque gratiae agantur.

Eo die, quo haec gesta sunt, quaedam comoedia, quae dicitur Acolastus, in nostro Collegio fuerat agenda: et cum omnia jam fere essent apparata, illius rei causa uisum est Patri Doctori [1] ut in sequentem diem dominicum Sanctissimae Trinitatis differretur. At uero cum plures intermitterentur dies, plusque temporis ad quaerenda necessaria daretur, multo copiosius et abundantius omnia [2] sunt inuenta. Constructum est suggestum siue proscenium in peristylio ornatissimum, atque ad agendum amplissimum: ornati sunt parietes aulaeis ac peristromatis maximi pretii, necnon et columnae perystilii pretiosissimis picturatisque tapetibus, in quibus plurima optimaque affixa erant epigrammata. Allatae sunt etiam quamplurimae tabulae uariis mirisque imaginibus depictae, quibus bona pars domus non inornate erat instructa. Ramis praeterea frondentibus aliisque peruenustis et odoriferis frondibus arundinibusque erant omnia strata, quorum omnium uisu mirifice oculi capiebantur ac pascebantur. Cum itaque *domus omnibus his rebus instructa ac*

---

[1] Nempe Patri Provinciali, Michaëli de Torres.

[2] Hic additum est: *ut tapetia et huiusmodi, quae ad ornandam scenam pertinebant.*

apparata *esset* [1] (qua in re boni quidam uiri ac nostri cupidi nos maxime adjuuerunt), *cumque hujus* [2] rei fama per urbem uniuersam diuulgaretur atque in ore et sermone omnium esset, omnis hominum cursus erat ad nos, tantaeque multitudinis, quantum domus nostra superius et inferius capit, concursus est ad nos factus, ita ut et in ostiarium impetum facerent, inuitisque omnibus, ingrederentur. *Et ne aliquid in tanto apparatu desideraretur (praesertim quia res ita postulabat, nec comoedia, ut postea uisum est, aliter sine dedecore agi poterat), uocatus est quidam egregius musicus, qui gratis suam multorumque musicorum operam est pollicitus. Fuerunt denique quamplurimi uiri symphoniaci, inter quos lyricines tibicinesque, sambucistae, organistae et alii quamplurimi, qui aliis suauissimis instrumentis et cantu aures mulcebant, quibus ita auditores capiebantur ac tenebantur, ut in tanto hominum conuentu ac frequentia solitudinem aliquam esse judicares: ita omnium animi symphoniae erant intenti* [3].

Actores praeterea siue comoedi pretiosissimis *ornatissimisque* [4] uestibus induebantur, *sericis, coccineis, purpureis et gausapinis, atque aliis magnificis totius corporis ornamentis aureisque torquibus* [5]. Verum si haec omnia cum uenustate, sale et facetiarum lepore actorum conferantur, sine dubio frigida ac insulsa uidebuntur. Ii enim, cum uix duodecimum, tredecimumue ad summum, annum attingerent, *praeter duos eorum uel tres* [6], tam strenue ac praeclare in eo se munere gesserunt, ut nullus esset qui eorum industriam, gestus, uocem ac prolationem non maxime admiraretur illisque bene precaretur: tam miros suo tempore risus excitabant, cum res nimirum ita postulabat, ut nihil praeter cachinnos audiretur: alio uero tempore ita animo spectatores mouebantur, ut multi ex praecipuis plurimas lachrymas profunderent. Incredibile quidem est quantopere uniuerso populo placuerit, quantumque omnes cuperent ut hujusmodi comoediae frequenter agerentur, maxime scholastici, qui hac re

---

[1] Cum itaque *in hunc modum* apparata *essent omnia.*

[2] *hujusque.*

[3] Quidam *etiam* egregius musicus *uocatus accessit,* qui suam multorumque musicorum operam *gratis in ea re praestitit.*

[4] Deletum est hoc verbum.

[5] Etiam haec sunt deleta.

[6] *fere omnes.*

mirifice delectantur ac excitantur; quod spero fore. Scholastici primae et secundae classis faciunt quamplurimos uersus latinos et graecos, aliasque orationes et declamationes componunt.

Proximis diebus, ex primariis, parentum consensu (ut moris est), ad nos se receperunt, unus ex ueteranis, alter uero ex mediocribus; hīc erat nepos, nescio an ex fratre, Magistri Gasparis, Eborensis Decani atque Archiepiscopi Goae [1], quos secutus est alius ex praecipuis secundae classis: hic et nobilissima familia natus, et optimo praeditus est ingenio. Atque alii non deterioris conditionis idem facerent, si potestas daretur.

Nec hos solum fructus nostrum hoc collegium Christi beneficio tulit; alii enim multi ad alia se contulerunt coenobia, et quamplurimi alii sunt tam modesti tamque spectatae adolescentiae, ut nihil supra. Quod quidem uix sine magna consolatione referre possum. Multa quidem de horum modestia optimisque moribus Paternitati tuae possem scribere: tamen quia longius quam putaram produxi sermonem, tantum scribam quod mihi proximis diebus quidam de nostris discipulis narrauit, quem cum quodam die *laetitia elatum* [2] intuerer, nouitas rei me ad exquirendam laetitiae causam excitauit: is respondit se non posse non incredibili gaudio perfundi ea potissimum de causa, quod eo primum die diuino ac splendidissimo Christi Opt. Max. conuiuio interfuisset, et quia praeterea cum eodem die domum recta tenderet, quemdamque alium maledictis lapidibusque se insectantem amice increparet, rogaretque ut ne id faceret, ab eodem est in facie acriter percussus, tanto gaudio mihi referebat se Dei munere patienti animo illud tulisse, ut ejus animus laetitia et gaudio exultare et liquefieri uideretur. Multa alia hujusmodi, ne longior sim, de industria praetermitto. Faxit Deus, qui prima haec uirtutis fundamenta in his, quos suo pretiosissimo sanguine redemit, dignatus est jacere, absoluere ac perficere. Amen.

Non mihi silentio praetereundum censeo quod jam fere ex memoria exciderat: nempe antliam, siue puteum, ingentis altitudinis in nostris hortis esse apertum inuentamque maximam

---

[1] Post Joannem de Alburquerque († 1553) electus est in Goënsem Archiepiscopum Gaspar Leam de Pereira, qui tamen sedis possessionem non adivit ante annum 1560. Gams.

[2] *maxime laetum.*

aquae uim, qua et arbores et olera abundantissime rigantur. Constitit fere talento Attico, id est, quingentis nummis aureis et eo plus; tanti uero modo fit, ut gratis nobis constitisse uideatur. Solent eo fratres nostri confluere tempore quietis, atque non mediocri uoluptate aquam ex fistulis cadentem inspicere, eaque manus interim atque faciem lauare.

Nihil amplius habeo, quod Paternitas tua hoc tempore ex me possit scire. Etiam atque etiam vale, nosque indignos filios (ut facis) commendatos habe.

Datum Olyssippone, Kal. Septembris, anno salutis nostrae sesquimillesimo quinquagesimo sexto.

Ex commissione P. Emmanuelis Godino,
indignissimus,

FRANCISCUS DE VAREA. †

Superscriptio in sexta pagina: 2.ª Jhus. Obseruandissimo in Christo Patri nostro M.º Ignatio de Loyola, Praeposito Generali, Societatis Jesu, etc., Romae.

Alia manu: Iesus. 1556. Olyssipone. Quadrimestres p.º Septembris.

DXXXVII

Nicolaus Bellefille
Patri N. N., Romam.
Parisiis, 3 Septembris 1556 [1].

Ex aliis [literis] eiusdem [M.tri Nicolai Bellefille] 3 Septembris 1556.

Multi hic permanent nostri studiosissimi, et uidere fuit his diebus cum uehementi febre urgeretur R. P. Pascasius [2]; eo enim tempore limina domus huius singulis horis terebantur gressibus eorum, qui de eius ualetudine tam soliciti erant, ut uel nocte fere media illi afferri, quae uidebant necessaria, curarent. Et propemodum impatienter illius ferebant infirmitatem. Post febrem extinctam, reliquiae superfuerant; sed continua exercitatione et labore improbo eas excussit: siquidem illi non uacat esse aegroto inter tam multas pias occupationes.

Hic daemon suis technis saepius fraudatus, adeo improbus est, ut malit eludi quotidie, quam fateri se uictum; nihil enim daemon intentatum relinquit, quo nobis grauissimum facessat negocium; sed illius conatus uani sunt, non per nos, nam tanta machina est impar humeris nostris. Verum Jesus X.s est fortitudo nostra et refugium nostrum. Nostrum est ut tueamur humilitatem, a cuius castris nemini nostrum discedere licet, potissimum sacerdoti, in quem ex professo omnes oculos conuertant: vnde oculatior sit oportet, ne quid per incuriam aut ex composito admittat, quod minuat usuram Domini ex talento credo [3] expectatam.

Parisiis.

---

[1] Apographum fragmentum in folio n. 37 v.; est et aliud huic simile in folio n. 40.— Decernere non audemus cui hae litterae inscriptae sint, scilicet, Sancto Ignatio, an vero Patri Jacobo Laynez, Societatis Vicario, quia nondum certo scimus quando tandem illum obiisse et hunc in Vicarium electum novere Socii parisienses.

[2] P. Paschasius Broët.

[3] Sic perspicue in utroque apographo; eritne *credito?*

DXXXVIII

P. Alphonsus Roman
Patri Ignatio de Loyola.
Caesaraugusta, 6 Septembris 1556 [1].

† IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.

La gracia y paz de Jesu Christo nuestro Señor, y la consolacion del Spíritu Santo sea siempre con todos nosotros. Amen.

Hauiendo de scriuir en esta las cosas que en los quatro meses próximamente passados ha obrado aquí por sus inútiles sieruos la diuina bondad, començaré primero de las cosas de casa, por las quales passaré presto, por yr á otras. Todo lo que toca á esta casa del órden de proçeder en los exercicios spirituales, en la guarda de las reglas y constitutiones, de la salud de nosotros, y del número, quasi proçede del mismo modo de que en la quadrimestre passada [2] se dió cuenta á la larga á V. P., porque todos á gloria del Señor tenemos salud, y somos en el número y los mesmos que entonçes, excepto que el P. Queralt [3] se partió á Barçelona de voluntad del P. Francisco [4], y en su lugar han venido dos padres, que hemos tenido muy desseados, el Doctor Ramirez [5] que vino de Valentia, y el Doctor Rodriguez [6] de Gandía, de cuya venida confiamos en el Señor se ha de seguir mucho fruto: y esto quanto á lo de casa.

De lo que toca á los próximos diré lo que se offreçe. Siempre vienen á nuestra capilla en buen número á frequentar los Sa-

---

[1] Archetypae duplici folio, nn. 453 et 454. In his postrema tantum verba *De V. P.ad...* ROMAN, sunt ab ipso Roman exarata.

[2] Vide supra, n. DVIII, pag. 282.

[3] P. Joannes Queralt.

[4] P. Franciscus de Borja.

[5] P. Dr. Joannes Ramirez. Vide sequentes Petri de Cabrera litteras, n. DXXXIX.

[6] P. Dr. Christophorus Rodriguez.

cramentos, y vienen más de cada día. En la fiesta de la Assumption de nuestra Señora próximamente passada, y en tres dias continuos otros, fué tanto el concurso á las confessiones y comunion, que pareçia tiempo de jubileo: lo qual en fiestas principales particularmente se ve en nuestra yglesia entre todas las la de la ciudad y monesterios, y aun en todo tiempo fuera de quaresma: y segun es la gente de la tierra, esto se deue estimar en mucho.

A un sacerdote se han dado estos dias en casa los exerçiçios, y mouióle tanto el Señor en ellos, que se determinó á dexar el siglo y seruir á Dios en la Compañía; para la qual determinacion á la Compañía pareçe que fué mucha parte hauer él leido nuestras constitutiones, las quales le agradaron grandemente, y dezia estar llenas de Dios. Este sacerdote, aunque tiene medianas partes, buena inclinacion, ánimo pio, discrecion y aparencia, y buen nombre entre los que le conosçen, y razonable talento para las confessiones (en lo qual se ha exercitado algunos años teniendo cura de almas); pero como es de çerca de cinquenta años, por uentura esto impediria su admission, que él ha mostrado mucho dessear. Consultado se ha á su instancia: nuestro Señor ordene á su mayor gloria. Heme alargado en esto porque me pareçe hay razon de estimar que en este reyno y tiempo, aun no del todo assosegado el alboroto passado, se atreua alguno á hazer los exercicios y á dessear la Compañía, aunque de la misma causa que offreçe ahora difficultad, segun es la bondad y sabiduría de Dios, deuemos sperar grandes cosas, y aun hay confiança que presto las començará el Señor á obrar.

El P. Santander [1] salió por commission de vno de los inquisidores de la herética prauedad á visitar vnos lugares de nueuos conuertidos, donde se detuuo por algunos dias predicándoles y instruyéndoles en los principios de la fe, y obró mucho en ellos el Señor, porque al buen officio del Padre se ayuntó la ayuda y diligencia del Señor de aquella tierra (que se dize el Conde de Sástago), que es vn hombre de virtud y de spíritu [2],

---

[1] P. Ludovicus Santander.

[2] Conveniunt haec maxime Dno. Artal de Alagon et Luna, "apellidado el Santo, III Conde de Sástago„ (Burgos, l. c., pag. 48), filio Dni. Artal de Alagon et Espés. Uter autem horum hic sit, quem meminit Pater Roman, definire non valemus, quia tempus, quo primum in Comitatu patri successit filius, ignoramus.

el qual puso órden cómo lo bien començado por el dicho Padre perseuerasse y fuesse en augmento.

Boluió el Padre y pareçiónos en el Señor conuenir que fuesse á vna villa principal deste reyno á predicar algunos dias, lo qual hizo, y mouióse tanto el pueblo con algunos sermones que hizo, que me scriuieron de parte del justicia y jurados pidiendo con instancia que se detuuiesse ay el Padre por algunos dias, y se cree bien que fué mucho el fruto que allí se hizo. Dezíase por las calles: "¿No es este de aquellos que nos dezian no creer en Dios? y que trahian cosas nueuas? ¿Cómo, pues, nos declara (como vemos) la doctrina del euangelio?„ y otras cosas se oyan desta manera. Oyó allí el Padre muchas confessiones, y con el diuino fauor entendió tambien en otras buenas obras.

No dexaré de dezir vna cosa que quiso el Señor aconteciesse allí. En esta ciudad [1], pocos meses há, vn frayle de la obseruancia de San Francisco predicó cierta fiesta en vn monasterio, y dixo tales cosas de nosotros, que vnas personas deuotas nuestras, que le oyeron, se indignaron tanto, que fué necessario rogarles yo que no le hiziessen molestia, y lo obtuue: este frayle fué al lugar, donde el P. Santander estaua, á pedir trigo para la sustentacion de su casa, como lo suelen hazer estos Padres al tiempo del Agosto, y desseaua predicar el dia de fiesta más cercano para notificar al pueblo su intento y pedirles la limosna. Y sabiendo que el P. Santander hauia de predicar aquel mesmo dia el primer sermon, fué á él (que estaua en el hospital(y díxole su intencion y su desseo, mostrando nueuas señales de amistad: dióle el Padre el sermon, y él le recibió con grande alegría y agradecimiento. Venida la fiesta sube el frayle al púlpito, y luego en el principio del sermon començó á dezir tales cosas del Padre nuestro, á saber es *(sic)*, de su humildad, de su dotrina y del buen talento en predicar, exortándoles que le detuuiessen allí, que la gente se admiró y edificó, y al Padre no le fué pequeña confusion (porque estaua presente); y créese que aquello ayudó mucho para que lo que el Padre despues predicó (que aun entónces no hauia començado) se oyesse con mas attencion y aprouechamiento: scriuióme de allí vn amigo y deuoto, que nunca hauia allí ayuntádose (que él supiesse) á sermon de alguno tanta muchedumbre de gente.

[1] Caesaraugustae.

Venido el Padre, reposó poco aquí: ya es el nono dia que salió otra vez con vno de los señores inquisidores para predicar é instruir á los moriscos, como otras vezes ha hecho. El inquisidor salió á visitar muchos lugares destos, que hay en este reyno, y créese que se deterná en el viaje tres ó quatro meses, teniendo siempre consigo al dicho Padre: embian los inquisidores por muchos lugares commissarios de confiança, que suplan por ellos, porque no pueden ellos hazerlo todo, y huuieran eligido de nosotros algunos destos, y vno destos señores lo dessea; sino que los pocos, que aquí estamos, somos necessarios para satisfazer á lo que se offrece segun nuestro instituto: ámannos tanto estos señores inquisidores y fauoreçen nuestras cosas, que spero en el Señor que con este medio, que su bondad ha offreçido (que aquí es grande), cada dia más se han de yr ablandando los coraçones de muchos, de lo qual vemos ya buena parte, porque á lo ménos en lo público pareçe ya todo tranquillo, lo qual pareçe milagro, si ponemos delante lo passado.

Vno de nosotros visita tres dias en la semana el hospital, y de los pobres enfermos que allí están consuela y piamente exorta [á] aquellos en quien halla mayor necessidad de spiritual ayuda. Vamos en esto poco á poco, no procediendo adelante hasta que el Señor offresca tiempo conueniente para passar á cosas mayores: á otros enfermos suele alguno de los padres visitar, ó quando llaman, ó quando lo pide la charidad: attiéndese tambien á otras diuersas obras de piedad, que offreçe muchas vezes la necessidad de los próximos.

Esto es, muy R.do Padre, lo que mediante la diuina gracia se ha hecho aquí por estos indigníssimos hijos de V. P., lo qual todo, para que en el Señor perseuere y cresca dichosamente, y para que le seamos fieles ministros, supplicamos humilmente á V. P. que tenga memoria con su paternal amor de encomendarnos á Jesus, nuestra sperança, y para que nos dé gracia que en todo cumplamos su voluntad santíssima. Amen.

De Çaragoça, á 6 de Setiembre de 1556.

De V. P.ad

indigníssimo hijo y sieruo en Christo,

†

† Alonso Roman. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do Padre Nuestro en Christo, el P.e M.o Ignacio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus en S.ta Maria de la Strada, en Roma.

Alia manu: Jhus. 1556. Çaragoça. Quadrimestre de 6 de Set.e

Praecedentium Patris Alphonsi Roman litterarum latina versio [1]

IHS

Admodum R.de Pater noster in Christo.

Gratia et pax Christi Jesu et consolatio Sancti Spiritus sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Vt ea, quae proxime elapso quadrimestri tempore diuina bonitas per inutiles seruos suos hic operari dignata est, describam, a rebus primo incipiam domesticis (de quibus, vt ad alia transeam, cito me expediam). Eae autem (vt in praecedenti quadrimestri epistola ad longum tuae Paternitati expositum fuit) quod ad ordinem procedendi in spiritualibus, atque ad regularum constitutionumque obseruantiam, ad valetudinem denique omnium nostrum attinet atque numerum, pene ita omnino se habent. Valemus enim omnes ad Domini gloriam, et numero sumus quot iique qui tunc eramus, praeterquam quod P. Queralt Barchinoniam ex P. Francisci consensu petiit, et loco eius duo iam diu optati patres huc abhinc paucis aduenere diebus, quorum alter Doctor Ramirez, alter vero Doctor Rodriguez nuncupantur, illorumque aduentu vberes producendos fructus, Deo dante, confidimus. Caeterum de eis, quae ad proximos expectant, dicam quae sese offerunt.

[1] Archetypae duplici folio, primo n. 452, altero non numerato. Subscriptio tantum esse videtur manu Patris Roman.

Semper in nostro sacello eorum, qui ad sacramenta sanctissima confessionis et eucharistiae accedunt, frequens est numerus: et ille quidem, auxiliante Domino, in dies augetur. In festiuitate Assumptionis Beatissimae Virginis proxime elapsa, et in tribus diebus eidem festiuitati proximis tantus fuit numerus accedentium, vt pene tempus jubilaei appareret, quod singulare est nobis semper extra quadragesimam inter omnes ecclesias et monasteria vrbis, atque id quidem (prout gentis conditio est) pro maximo aestimari debet.

Sacerdos quidam ad exercitia spiritualia accipienda his diebus admissus est, exindeque adeo ejus animus motum sensit Spiritus Sancti, vt et seculo renunciare, et Deo in Societate nostra militare constanti animo decreuerit. Quem in hanc animi sententiam magna ex parte hoc impulit, quod constitutiones nostras legit, quas Deo plenas esse professus est, eique mirum in modum placuerunt: cumque hic optimi ingenii homo sit atque animo pius, eiusque exemplarem vitam laudent communiter qui eum norunt et conuersati sunt, atque in literis ita mediocriter profecerit, vt confessionibus audiendis valde aptus appareat (cum id ipse muneris per plures subierit annos, curam gerens animarum), ingressum tamen eius, licet optatum ab eo, impediet forte hoc, quod fere quinquagenarius est. Det Dominus, vt id fiat, quod ipsi maxime placeat. Hoc non immerito mea scientia diffusius expressi, quia aestimandum duxi, vt in hoc regno hacque in tempestate, procella maxima (quae praecessit) nondum omnino sedata, aliquis et exercitia sumere spiritualia a nobis, et nostrum amplecti sequique audeat institutum, licet ex eo ipso (quod modo difficultatem obiicit, quae Dei sapientia et bonitas existit) magna sperare debeamus, et merito iam iam ad Domini gloriam aduentura indubitanter expectemus.

P. Santander, de commissione cujusdam ex inquisitoribus prauitatis haereticae, quaedam neophitorum loca inuisit, vbi per aliquot dies moratus est praedicando et fidei prima edocendo rudimenta: ex quo non mediocrem fructum protulit Deus, cum spirituali prosequendo negotio dominus terrae illius (qui Comes de Sastago nuncupatur), optimi animi vir, qui et in viam Domini non parum profecit, manum porrexerit adjutricem, vt ea, quae a Patre bene coepta sunt, et perseuerent et crescant.

Rediit Pater, et visum nobis fuit in Domino expedire vt oppi-

dum quoddam inter praecipua hujus regni (vbi seminaret verbum Dei) inuiseret: quod et fecit, et ita populus ex ejus concionibus motus fuit, vt ad me litterae nomine judicis et concilii ejusdem oppidi mitterentur, quibus obnixe petebant vt Pater per longius statuto sibi tempore moraretur ibidem. Credo equidem ex hujusmodi re obsequium Deo optimo praestitum fuisse non mediocre. Audiebatur per vias oppidi: "Nonne iste est ex illis, quos audiebamus in Deum non credere, et noua quaedam ad nos afferre? quomodo ergo euangelicam ita nobis edisserit doctrinam?„ Et alia huiusmodi dictitabant. Perplures Patri peccata sua confessi sunt, et alia ibidem, fauente Domino, opera charitatis exercuit. Vnum non praetermittam, quod illic Deus voluit euenire.

Frater quidam ex obseruantia Beati Francisci in hac vrbe paucis abhinc mensibus in conuentu quodam monialium sermonem habuit, atque in eo talia in nos verba fecit, vt nonnulli ex auditoribus (qui nobis deuoti sunt) ita in eum vehementer exarserint, quod necessum mihi fuerit instanter rogare vt ab inferenda illi desisterent molestia; quod et obtinui: is quidem ad oppidum deuenit praefatum, vt triticum (quod tempore messis a fratribus peti solet) ex eleemosinis recolligeret in sustentationem domus suae; et vt publice populo cum precibus exponeret id, cuius causa illuc accesserat, in proximo festo optabat concionari: sciensque Patrem Santanderium eo die primam eidem populo facturum esse concionem, eum in domo pauperum existentem conuenit: propositum ipsi votumque expressit, noua ostendens amicitiae signa. Votis Pater libentissime annuit, vt, loco videlicet eius, frater ille populo verbum Dei praedicaret: quod ipse admisit cum laetitia et gratulatione non minima. Aduenit festiuus dies: pergulam conscendit frater, atque in ipso statim sermonis initio talia coepit populo de Patre Santanderio, et de ejus scilicet humilitate, doctrina, et in concionando dexteritate, praedicare, vt et audientibus admirationi et aedificationi, et Patri (qui et praesens erat) confusioni et verecundiae fuisse non dubites: neque id creditur profuisse parum vt ea, quae P. Santander populo verba fecit (necdum enim tunc coeperat) maiori attentione captarentur et animis fortius inciderent. Hoc mihi amicus quidam et deuotus literis significauit, nunquam in illo oppido ad cuiusquam concionem tantam populi multitudinem (quod ipse sciret) fuisse congregatam.

Iam Pater aduenit, et nonus hodie dies est quod cum altero ex inquisitoribus est profectus, vt neophitis, qui ex mahometica secta conuersi sunt, rudimenta fidei edoceat atque in via Domini dirigat. Dominus autem inquisitor plura horum loca (quorum in hoc regno multus est numerus) invisurus abscedit, idque (vt creditur) per tres aut quatuor continuos menses efficiet, Patrem Santanderium semper in comitem habiturus.

Dimittunt insuper per plura loca inquisitores ipsi commissarios fideles, qui eorum vicem suppleant, quandoquidem ipsi omnia per se minime valent peragere: horum autem aliquos ex nostris assumpsissent, et id nunc alter eorum exoptat; sed numerus non suppetit, quandoquidem perpauci sumus hic negotiis, quae ex instituto nostro se offerunt, satisfacturi: inquisitores insuper ipsi semper nos resque nostras magno prosequuntur fouentque amore atque zelo. Quo medio (quod maximum hic obtulit Deus) speramus in eodem Domino fore, vt in dies corda multorum emolliantur, quod iam magna ex parte experimur: iam enim saltem in publico apparent fere omnia tranquilla, quod quidem (si praeterita recolamus) quasi pro miraculo sumi posset.

Vnus ex nobis ter in hebdomada domum pauperum infirmorum visitat, eosque exhortatur pie ac consolatur, quos indigere magis auxilio spirituali animaduertit: sicque paulatim procedimus, donec tempus adueniat idoneum, quando ad maiora liber aditus pateat. Ad infirmantium domus aliquando Patres vocati vel quando alias charitas expostulat, accedunt, aliisque vacant pietatis operibus, quae necessitas saepe proximorum offert.

Haec sunt, Pater colendissime, quae per indignissimos filios tuos, diuina opitulante gratia, gesta sunt: quae omnia vt auctore Domino successum prosperum, et foelix sortiantur augmentum, vtque ipsi Deo fideles simus ministri, humili prece dignissimam Paternitatem tuam obsecramus vt nos Christo, spei nostrae, paterna pietate commendare dignetur, vt et ipse nobis gratiam conferat copiosam vt sanctissimam ejus semper voluntatem adimpleamus. Amen.

Caesaraugustae, 8 idus Septembris, anno autem Domini 1556.

Indignissimus filius et seruus P.tis Tuae,

†
† Roman. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum R.do Patri nostro in Christo P. Mgro. Ignatio de Loyola generali praeposito Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: Jhus. 1556. Caesaraugusta. Quadrimestres 6 Septembris.

DXXXIX

Petrus Cabrera
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 6 Septembris 1556 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre.

Pax Christi etc.

Aunque por otras diuersas he dado relaçion á V. P. deste Collegio de Valençia, pero haora lo haré más en particular con esta quadrimestre, por ser esta la ordenation de V. P.: ellas son cierto cosas de muy grande ediffication, y de que nuestro Señor mucho se ha çeruido, no solamente acerca las cosas de los hermanos de casa, de su aprouechamiento, el qual es muy notorio á todos por auer en ellos muy grande desseo de ir adelante para alcansar el fin para que, dexadas todas las cosas que poseian, padres y madres y todo lo demas, con abnegation de sus uoluntades entraron en la Compañya, para lo qual se exersitan muy de ueras en la obseruantia de las reglas y constitutiones, aiudándoles para esso los Superiores con penitentias quando en algo faltan; pero ellos son tan desseosos de mortifi-

[1] Autographae duplici folio, nn. 433 et 434.

carse, que tienen en cierto modo importunados á los Superiores, pidiéndoles mortificationes y dissiplinas por el refectorio, aunque de meior gana las tomerian para fuera de casa, en las calles, segun stan desseos de su proprio aborecimiento, pero no se las conceden.

Pero de las muchas mortificationes, que an hecho, en particular contaré algunas. Estos dias paçadas, como aconteciesse que en la calle huuiesse un perro muy hediondo y que daúa muy mala olor, dixo el maestro de nouitios: "bueno seria que fuessen tales y tal„; que eran, el uno un Padre nouitio de muy buena parte y natural desta ciudad, el qual, ántes que entrasse en la Compañya, era muy conoscido por ser singular en ir galano, y el otro era un hermano de muy raras partes, que ha leido un curso de artes en una huniuersidad muy principal: ellos *tamen*, no curando de más de lo dicho, se salieron al perro, y el uno lo tomó de una pierna y el otro de la otra, y así lo hecharon fuera de la ciudad.

El mesmo Padre que arriba dixe, iendo por compañero de uno que iua á predicar á un lugar fuera de Valençia, tomó un asnillo con su albarda, y fuesse por los lugares más públicos de Valençia, como el mercado, etc., con muy grande desseo que se le offreciesse alguna cosa en que mucho se pudiesse mortificar.

Exercítanse los hermanos en ir algunas uezes á consolar los enfermos del ospital, quitándoles las inmunditias, como los uasos, y tanbien dándoles de comer, de lo qual todos mucho se ediffican.

Somos entre todos 25 ó 26 entre hermanos y padres: destos ay 4 theólogos y dos philósophos y dos artistas, que haora an enpeçado el curso: y todos ellos así como se señyalan en la uirtud, así tanbien en las letras y modestia, en el studio, en el disputar y tratar con todos, y de aí uiene que todos tienen puestos los ojos en ellos, por senyalarse tanto en todas cosas.

Así como los exersicios de las cosas de casa son de mucha ediffication y prouecho para sus almas, así tanbien el desseo grande que todos tienen de aprouechar al próximo es muy execiuo; y así la gente, conosciendo el grande zelo que tienen, acuden al nuestro Collegio con todas las nescesidades, y son muy frequentes en los cermones de los de la Compañya, en spe-

cial en los del P. Dotor Ramirez [1], el qual estos dias se ha partido para Çaragoça por ordenation del P. Françisco [2], no sin grande centimiento de todos los de la ciudad, porque ueian el grande fruto que hazía en esta ciudad, donde ai tantos males. El fruto, cierto, era muy grande: diré en particular algunas cosas.

Auia un cauallero que, por auer recebido una iniuria de uno, staua muy determinado de matar á su contrario: y de tal manera, que no aguardaua otra cosa sino occasion para ello: con una plática del Padre se le quitó el tal propósito y perdonó. No es de mucho ménos ediffication uer los muchos, que por sus predicationes an salido de pecado, obstinados de muchos anyos, en special una señora muy principal, la qual staua con muy mala fama por uer todos la mala uida que hazia y scándalo que daua de su persona; por medio de los sermones se retruxo y hizo uida nueua, apartándose aun de las cosas y plaseres lícitos, para del todo darse á su Criador, á quien ántes tan brauamente offendia, y trata en cosas de oration, y con muy grandes centimientos y desseos de ir adelante. Vn frayle, que iua fuera de su religion ia algunos anyos auia, por medio de los padres boluió á ella. Vino á esta ciudad un fraile, que auia nueue anyos que staua fuera de su religion, que era muy reformada, ordenado de misa, y tamen iua en hábito de láico, cargado con muchas censuras, y muy grauemente obstinado: oiendo un cermon de la Madalena del P. Ramirez, que le rogó mucho un hermano que fuesse allá, se reduxo de tal manera, que peronpió en muy grande copia de lágrimas, durándole por muchos dias; y uenido delante el P. Ramirez, se hechó á sus pies, dando bozes, con muchas lágrimas, pidiendo remedio para su alma: y era tanto el mouimiento que tenia, que en ninguna manera le podía el Padre hazer alsar de tierra: él se boluió á su General para hecharse en sus manos, con determination de hazer todo lo que mandasse.

Auia una persona que públicamente dezía mal del P. Ramirez y de los de la Companya: acontesció uenir á una plática de las que se hazían en casa, y quedó tan compungido, que con

---

[1] P. Joannes Ramirez. Vide supra, pag. 460.
[2] P. Franciscus de Borja.

lágrimas se quexaua de la persona que lo auia traido, porque mucho ántes no le auía dado á conoscer tanto tesoro como era este (que asi lo dezía él). Otra persona de la mesma manera dezía mucho mal del P. Ramirez, y aun en la mesma iglesia donde auía de predicar, *alta uoce* dezía mil males dél, y aun reñya con los que lo querian deffender: en uiendo al Padre en el púlpito, ántes que enpesace á predicar, enpesó á lorrar, y nunca paró en todo el cermon con tres mil suspiros y solosando por auer perdido tanto tiempo sin auerle oído, porque nunca lo auia oído.

Auia un hombre de tan praua concientia, que sus deleites eran matar á unos y herir á otros, de tal manera, que era medio por donde los hombres se uengauan de los que les auian hecho algun mal, dándole un tanto: hablóle un hermano, y fué tanta la mutacion de aquel hombre, que despues se confesó muy á menudo; y le acontesció que un contrario suio le dixo muy malas palabras, y aun le quiso dar con la spada: él siempre callando, y en lo interior conosciendo que merescia mucho más: y despues tomóle el Gouernador al contrario por aquello, y él mesmo fué á supplicar al Gouernador lo sacase de la cársel, y todauía perseuera.

Auia un cauallero, el qual se auía iugado tres mil ducados, y despues, de aborescido, se queria ir, sin iamás boluer á Valencia, de donde era: hablóle un hermano, y quedó tan quieto, y fué tan mouido, que se conffesó algunas uezes, y prometió de hazerlo muchas más, y se dexó en manos de aquel hermano para que dispusiesse de sus cosas como le paresciesse, que en todo segiria su órden, y así se ha todo adobado.

Auia un hombre, el qual staua á la muerte y todauía obstinado en una mala intention, por la qual, si muriera, se fuera al infierno: fueron muchos ha hablarle, dándole á entender de cómo staua en pecado mortal, y que si se moria se iria al infierno. Respondia que no se le daua nada de irse al infierno. Fueron allá dos de casa y quedó tan cumpingido, que hizo todo lo que los padres de casa le conseiaron. Vn cauallero mançebo, muy puesto en la gloria del mundo, como huuiesse recebido una iniuria de uno, ordenó de matarle. Hablóle un Padre, y perdonó la iniuria.

Auia una muger, la qual, como tuuiesse enoios con su ma-

rido, tomó un dia el manto y fuesse para desesperarse; y el marido por otra parte, pensando no le huuiesse hecho maldad, se fué de la ciudad á un lugar lexos dos leguas. Pero despues hablaron á la muger unos de casa, y la retruxeron de su mal propósito y del enoio que contra su marido auia consebido: y á él tanbien fueron ha hablar, y hablandado boluió con su muger, y biuen con mucha paz.

No diré en particular las muchas donsellas que, auiendo dedicado su uirginidad á su Criador, perseueran en sus propósitos: ni tampoco de las muchas personas que se exersitan en cosas de oration y en obras pias, porque son en muy grande número; pues que si dixesse de los muchos que uienen á la nuestra iglesia á recebir los sanctissimos sacramentos de la comunion y conffeçion, los quales son, segun pienso, ordinarios los domingos y fiestas más de 200, y estos sin los que entre cemmana uienen á conffesarse, que por ser pocos los padres diuiden los penitentes por entre cemana. Esto sepa V. P. que uienen muchas personas á conffesarse de muy lejos; specialmente uno uino de 30 leguas oiendo el buen odor de la Compañya. De los penitentes ay muchos [de] 10, de 15 y de 25 anyos que no se auian conffessado, unos por ser inuálidas las conffeciones por auer celado algun pecado, otros por auerse descuidado con sus conciencias.

Qué diré á V. P. de la grande aceptation que la Companya tiene en Valençia, que todas las necesidades, como de concertar casados que stauan diuididos, lo qual se ha hecho muchas ueces, en special de dos, los quales aunque muchos se auian puesto en esto, no auian podido effectuar cosa alguna; pero hablándoles unos de la Companya, se concertaron y stan iuntos.

Al tiempo que algunos stan en el tránsido, no se contentan si no stan allí algunos de la Companya, paresciéndoles que hablando ellos los pacientes stan seguros de los enganyos del demonio. Io oí esto, que iendo á un enfermo dos de casa, stauan dos frailes de una religion muy perfecta, y ellos predicadores y muy senyalados en letras y en uirtud, y en entrando los de la Compañya por la puerta, dezian la gente de la casa: "estos si, que todo lo demás es burla;„ y uinieron todos con tanto cuidado como si uiniera algun santo, lo qual fué arta confusion para los que allá iuan.

Vna cosa me he oluidado de muy grande ediffication, y es que, tratando los Padres de Predicadores con los de la Companya, uiniéndonos muchas uezes á uisitar, quiso el mesmo Prior y Prouincial de la orden, personas que son lumbre y speio de toda la religion, por ser personas tan notables, quisieron dezir la misa cantada el dia de San Paplo, que hezimos fiesta en nuestra iglesia; y despues los mesmos pidieron les diessen los exersicios, y así los han hecho, y después los an hecho 8 ó 9 frailes de la mesma órden, que auian de ir á reformar un monesterio de su órden, unos en nuestro collegio, y otros en su mesmo monesterio, adonde hiua un hermano á dárselos, porque en casa no auia lugar para tantos. Cierto, Padre, que es arto grande la confusion de todos los que en este Collegio stamos uer en quánto son seruidos por todos los de las otras religiones: tanto que casi nunca salen de casa que, si puedan, no uengan á tratar con nosotros de cosas de Dios. Bendito sea el Señor por todo, que tanto sabe prosperar sus cosas.

En los sermones de los de la Companya, en special de los del P. Ramirez, siempre auia muchos frailes y muchos letrados; y estos no qualesquiera, sino los más letrados y predicadores muy famosos; y aun en las pláticas que azia de casos de conciencia en casa. Predicó el dia de Santo Domingo en el monesterio de los dominicos, el qual dia, aunque no era fiesta de guardar en Valencia, huuo tanta gente, que, con ser la iglesia de las más capaçes de Valençia, staua muy llena de gente: y aun por no caber se subian por las uentanas de las uidrieras: auia la flor de los letrados y dotores de Valençia, tanto ceculares como religiosos: fué un cermon de mucha dotrina y muy prouechoso. Gloria al Señor por todo.

En nuestra iglesia se predica la dotrina christiana los domingos y fiestas, despues de comer, con arto concurso de gente, y á las manyanas se sfuerza el P. M.º Miron [1] á predicar, por star la gente tan desconsolada con la ida del P. Ramirez, que, cierto, no me spanto dello: la iglesia es muy capaz por star ya casi acabada, y acuden, como dixe, mucha gente. En casa se lee una licion de casos de conciencia para los Padres y para los demás.

---

[1] P. Jacobus Miron.

Ase recebido estos dias un hermano de muy buenas partes, artista y retórico: en las liçiones que leió en casa, se ha mostrado bien su habilidad; muchos otros dessean entrar, á los quales ua el P. M.° Miron prouando para despues recebirlos. Nuestro Dios y Señor nos reciba en sus santíssimas moradas. Amen.

En las orationes y sacrifficios de V. P. todos humilmente nos encomendamos.

De Valençia y de Setiembre 6 de 1556.

De V. P. hijo en el Señor,

CABRERA [1].

Roma [2].

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do en Christo Padre el P. M. Ignatio de Lojola prepósito general de la Compañya de Iesus, en Roma.

Alia manu: Val.a Set.e 56. †

Praecedentes fratris Petri Cabrera litterae in latinum conversae et nonnihil exornatae [3].

†

Admodum R.de in Christo Pater.

Pax Christi, etc.

Etsi permultis scriptis a me literis Paternitati Tuae, quae in hoc valentino collegio geruntur, abunde explicaui, ea tamen longiori nunc oratione complectar, cum praesertim morem

---

Auctum est Collegium hoc Tyburtinum 500 aureis, quorum redditibus ut nostri alerentur, R.dus sacerdos, D. Laurentius Uirilis [2], fundator huius nostri Collegii, iamdudum, antequam decederet, testamento reliquit. Vere ille Dei seruus fidelis ac prudens, pater multarum gentium, quas clanculum suis impensis, per fidum famulum suum oblatis, ad uictum necessariis alebat; quod post eius mortem manifeste patuit ex lachrymabili questu, ac lamentabilibus uocibus, et planctu magno omnium fere pauperum huius urbis, cum ad eius cadauer accederent: cuius etiam funus R. P. Bobadilla, concione de eius uita habita, decorauit, ubi quam fideliter ac prudenter cum talentis acceptis diu negotiatus esset, ostensum fuit. Tandem in templo nostro ad dexterum altaris angulum, inter sacrarium et altare, sepultus est, ubi se uoluerat sepeliri, sine alio monumento marmoreo, sine sui laudabili epitaphio, sine multis aliis ceremoniis, quae nostri temporis semigentiles xpiani. sibi facienda post mortem legare solent, qui, humum spernentes, in sublimi uolunt extolli, ubi putrescant, et in fine ad ima usque tartara deturbentur; quia *qui se humiliat exaltabitur, et qui se exaltat humiliabitur* [3]. R.dus Episcopus cum omnibus canonicis suis interfuit, dum efferretur domo usque ad templum; sed de isto iam satis. Dies eius in Domino obdormitionis fuit quatriduo antequam Beatissimus in Xpo. Pater noster P.s R.dus Ignatius, bonae memoriae, longi laboris sui palmam adeptus esset, eadem scilicet hebdomada. Adfuit semper ei R. P. Rector ultimis eius diebus, spiritualibus illum colloquiis confortans, et nihil prae-

[1] Desiderantur hic verba *curatum est* aut alia similia.
[2] D. Laurentius de Virilibus. Vide POLANCI *Chronicon*, t. v, pag. 23, annot. 3.
[3] Luc. XIV, v. 11.

termittens eorum, quae necessaria uidebantur, donec tandem, peccatis per confessionem ablutus, et almo uiatico sanctae communionis munitus, ut dixi, foeliciter cessit in Domino.

Nunc de fratre nostro Antonio [1] dicendum uidetur, qui officium diligenter obit, quod semper habuit, scilicet, mendicandi per urbem, emendi uictui necessaria, et caetera alia omnia ad procuratorem domus uel Collegii pertinentia, sedulo prouidens atque administrans, ut certe nihil nobis deesse, Deo ita iubente, uideatur.

Jam si de charitate ac deuotione omnium fere Tyburtinorum, qua ipsi nos omnes complectuntur atque honorant, deque imprimis R. D. Episcopi Tyburtini ac Gubernatoris [2], qui nunc alteri prouinciam cessit, de quo non minus speramus, erga nos beneuolentia contestabimur, finem dicendi faciemus.

Tu uero, R.de in Xpo. Pater, si nos parum fructus hoc elapso quadrimestri attulisse censebis, tuae erit uel paternae in nos dilectionis, uel generaliter in omnes, charitatis Deum orare, ut ita nobis ignoscat, uti te iam ignouisse non dubitamus, quamuis indigni uenia, et ne talentum a nobis auferat, quin tantum potius in dies gratiae suae nobis infundat, ut qui duo acceperit, quatuor; et qui quinque, decem; et qui plura, itidem duplo plura in die reddendae rationis ante aequissimi Judicis Maiestatem laeto animo referat, et praemium centuplum, quod bonis negociatoribus promissum manet, tandem unusquisque nostrum foeliciter consequatur.

Tyburi, die Natiuitatis B.tae semper Virginis Mariae 1556.

R. P. T. in Xpo. filius ac seruus inutilis,

STEPHANUS.

Superscriptio in quarta pagina: † Admodum R.do in Christo Patri M.tro Jacobo Laynes, Vicario Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556. Tyburi. Quadrimestre 8 Septembris.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] F. Antonio de Robore.

[2] Duo etiam hoc anno fuere Gubernatores electi in urbe Tybure, prior Angelus Paluzzi de Albertoni, posterior Hieronymus Altieri. GIUSTINIANI, *De' Vescovi et Gubernatori di Tivoli,* pag. 161-164. - Vide etiam POLANCI *Chronicon,* t. v, pag. 52, annot. 2.

DXLIII

P. Hieronymus Ruiz del Portillo
Patri Ignatio de Loyola.
Septimancis, 12 Septembris 1556 [1].

IHS

Muy R.do Padre nuestro en Christo.
Pax Christi.

Despues de la que screuí á V. P. el mes pasado [2] se han ofrecido algunas cosas en esta casa por la bondad de nuestro Señor, de que me parece deuo dar quenta á V. P. como lo deuo; y primeramente diré que doy muchas gracias al Señor por el particular fauor que ha hecho con estos hermanos en conseruarlos y augmentarlos en los santos desseos de mortificacion y oracion y obediencia. En la vltima quadrimestre [3] screuí cómo auían venido de Alcalá por órden del P. Francisco [4] doze ó treze hermanos, muy escogidos subjectos, Maestros y Licenciados, cuyos nombres embié en vna poliça, y de cómo se yuan aprouechando en la mortificacion y obediencia; mas aora más particularmente diré cómo nuestro Señor ha mostrado su diuina mano en que todos los que vinieron y los que acá estauan han perseuerado y crecido en virtudes, sin hauer entre ellos hombre que no sea muy edificatiuo: han hecho muchas mortificaciones en casa y fuera, andando muy rotos y siruiendo en todas cosas con mucha edificacion, sin lo que ordinariamente hazen en casa en officios baxos y en quebrantar su

[1] Autographae duplici folio, nn. 431 et 432.
[2] Periisse hae videntur.
[3] Hae etiam periisse videntur.
[4] P. Franciscus de Borja.

voluntad á cada paso, y otras cosas que serían largas de screuir : y entre estas cosas diré vna para gloria del Señor, y es que vn hermano, cauallero principal, fué á Valladolid por órden del P. Francisco, y lleuaua solamente vn sayo hecho pedaços y vnas calças de la mesma manera, sin manteo ni otra cosa; y despues he sabido que se entró en el palacio Real, y anduuo mirando la casa, entre tantos caualleros como por allí andan, por sólo que le tuuieran en poco; y este, que digo, tenía en el palacio parientes principales, y aun en aqueste tiempo le tratauan sus deudos vn casamiento principal: hanos mucho edificado su mortificacion (aunque fué sin licencia) y dado á todos mucho ánimo de ser mortificados y buscar el menosprecio, pues por este camino tan presto se llega á la perfection que deseamos: es cozinero el mesmo hermano en Valladolid aora, y tiene muy edificados á todos los de casa; porque lo haze, como si en este officio se hubiera criado toda su vida: yo digo cierto que es vno de los mas aprouechados en poco tiempo que he conoscido. Llámase Don García de Alarcon.

El P. Don Antonio [1] se ha venido aquí este verano, y está muy contento y consolado de ver los santos exercicios de casa: hanos mucho edificado con su buen exemplo y humildad, y tambien ha hecho sus mortificaciones, como es, traer agua del rio en vn asno por el pueblo; y otra vez salió al refitorio con vna disciplina, que movió mucho á los nouicios á imitarle: y cierto que en todos los officios baxos de casa nos ha mostrado bien la humildad, que Dios le ha dado; porque se ha exercitado en estas cosas como el menor nouicio, diziendo que él nunca estuuo en casa de probacion sino aora, y que se quería aprouechar este poco de tiempo: y hauiendo venido á descansar de sus studios, se ha regalado muy poco.

Ha embiado el P. Francisco de los hermanos de aquí algunos por los collegios: al P. Santacruz [2] embió á Portugal para predicar, porque lo pedían mucho; y al hermano Ramiro [3] á Plasencia para leer mayores ó rethórica, porque es muy docto y lo sabe bien hazer; y al her.no Lic.do Bernal [4], que era cano-

[1] P. Antonius de Cordoba.
[2] Vide supra, pag. 398.
[3] Alphonsus Ramiro. Castro, *Historia* ms. *del Colegio de Alcalá*, lib. vii, cap. 2.
[4] Fr. licentiatus Petrus Bernal.

nista y fué catedrático de Granada, á oyr artes á Cuenca; y al hermano Maestro Quadra [1] á leer de mayores en el collegio de Medina por algun tiempo de su probacion; y al hermano M.tro Baptista á leer 3.ª classe tambien en Medina; y al hermano Montoya [2] á oyr theologia á Salamanca: y han entrado de nueuo tres hermanos: vn hijo de Rodrigo de Dueñas, el de Medina [3], muy buen latino, griego y artista, y aurá 17 años no más; y otro hermano, de Medina de Rioseco, studiante y theólogo; y sin estos vn lego: y otro, sacerdote, tenemos en casa, que aguarda resolucion del P. Francisco.

Pues he dado cuenta del aprouechamiento en parte y de las missiones de algunos, diré de los que acá hemos quedado, y es que nuestro Señor nos ha á todos de tal manera visitado, que todos auemos estado enfermos en vezes, y por ordinario éramos diez enfermos juntos, que no auía quien pudiese seruir, y á esta causa no han ydo á los hospitales ogaño, porque con los enfermos de casa no auia quien pudiese cumplir: algunos han tenido mucho peligro, pero no han muerto: vno estubo oleado y con gran conformidad de voluntad con la de Dios nuestro Señor, y quando esperauamos que acabara sus dias, como los médicos dezían, començó á estar bueno: otros quatro ó cinco auemos estado desafiuciados de los médicos, y tambien sin esperança de vida; y contra toda natura, segun los médicos dizen, nos ha Dios sanado; pero aora estamos muy flacos todos y sin fuerças: esperamos en el Señor nos ayudará á convalecer presto. Hanos aprouechado mucho el her.no Segura [4], screví á V. P. que auía entrado en Alcalá, porque era muy buen médico y nos regía muy bien: á todo esto se halló el P. Antonio con salud, con ser el más flaco de toda la casa, y siruió á ratos á los enfermos; mas aora vltimamente, en pago de sus seruicios, le ha nuestro Señor visitado con enfermedad, como á los demas: y como el S.or Marqués de Táuara [5] lo supo, pidió licencia al P. Francisco para embiar por él, y así le embió vna litera y á su médico para que viese si estaua para caminar, y si no,

[1] Mag. Joannes Cuadra

[2] Alphonsus de Montoya. CASTRO, l. c.

[3] Matthaeus Dueñas.

[4] Ingressus fuerat hoc anno Societatem Compluti Joannes Baptista de Segura CASTRO, l. c.); sed eum medicinae operam dedisse nusquam legimus.

[5] Bernardinus de Pimentel.

que se quedase á curarle aquí; mas como no parecía cosa de peligro, le han lleuado á Valladolid: despues acá sabemos que ha estado con mucho peligro, y aun no está fuera dél: speramos en el Señor que no será nada.

El P. Francisco está en Valladolid despachando con priesa al P. M.tro Nadal [1] que, segun dizen, se partirá dentro de ocho días: él dará quenta á V. P. con el diuino fauor de las cosas de acá como testigo de vista: y con esto no me alargaré yo más de dezir que la deuocion deste pueblo ha siempre crecido y crece de cada día, y el Comendador Mosquera [2] está ausente, que es embiado por su Magestad al Adelantamiento de Caçorla para conseruar en paz aquel estado, por estar rebuelto por parte del Arçobispo de Toledo [3] y el Rey [4], como V. P. abrá sabido por otros. El Señor lo remedie todo como convenga al bien de su iglesia, y guarde la muy R.da persona de V. P. como todos sus hijos auemos menester y deseamos.

De Symancas doze de Septiembre de 1556.

Hijo indigníssimo D. V. P.,

PORTILLO.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el P. M.tro Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: Jhus. 1556. Simancas. Quadrimestre. De Portillo 14 de Set.e R.da á los 29 de Nouiembre. Q. V.

Manet vestigium cerae rubrae sigilli.

---

1 P. Hieronymus Nadal.
2 Joannes Mosquera.
3 Joannes Martinez Guijarro (Siliceus)
4 Philippus II.

DXLIV

Arnoldus Conchus,
Ex commissione Patris Pauli d' Achillis,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Panormo, 24 Septembris 1556 [1].

†
Jhus.

Pax X.i

Tempus iam nos admonet, Pater obseruande, ut ea, quae Deus Opt. Max. hoc quatuor mensium curriculo per nos, minimos uineae suae operarios, proximis nostris ad maius gloriae augmentum conferre dignatus est, Paternitati Tuae, iuxta Societatis nostrae morem, scribamus.

Statui igitur eorum, quae dicturus sum, summam tribus capitibus complecti: idque, a prudentissimi Patris nostri [2] decreto de breuitate olim facto non recedens, quam breuissime potero efficiam.

Et ut inde exordiamur, unde praecipuus totius uitae spiritualis fructus emanat, praeter eam cuiusque status confitentium multitudinem, quae domi quotidiana est, maior uero in diebus solemnioribus, foris etiam multorum confessiones a Patribus quotidie audiuntur. Verum omnibus satisfacere minime possumus; qui enim hoc onus sustinent, aut sunt ab aliis ante, eadem aut alia de causa, accersiti, aut aliis pietatis officiis impediti. Atque ex his, quos audiuimus, fuere nonnulli, qui, negle-

---

[1] Apographae duplici folio, nn. 160 et 161.—Superscriptione carent. Nos autem, licet ignoremus quo die nuntium de Ignatii obitu et Vicarii electione Panormum pervenerit, eas Patri Jacobo Laynez, Vicario, superscribimus, quia ei superscriptum est italicum harum litterarum exemplum infra, n. DLIV, subjiciendum.

[2] His verbis indigitari videtur Sanctus Ignatius; quod si ita est, tunc certum est nuntium de ejus obitu jam ante hoc tempus Panormum attigisse.

ctis sancti sacramenti coniugii caeremoniis, contra ueterem et communem consuetudinem, per fidem tantum sibi uicissim datam copulantur. Quae macula in plerisque adeo inoleuit, ut non sine magna difficultate inducantur ad legitimas nuptias celebrandas. Diuina tamen adiuuante gratia effecimus, ut qui, tot annis liberos quasi in quodam concubinatu procreando, coniugalem torum inquinauerant, eum deinceps sanctificarent iusto et castissimo matrimonio, deque erratis poeniterent. Contentiones etiam, rixae, odia diuturna grauissimaque inter maritos et uxores sunt extincta penitus atque sedata: bona etiam aliena, quae a pluribus iniuste detinebantur, suis dominis per nostras manus sunt fideliter restituta. Non pauci nobis affuerunt, quorum alii quatuor, alii sex, alii octo, alii duodecim annorum peccatis et sceleribus, sarcina, quam antea nunquam apud X.[1] vicarium deposuerant, grauati erant. Qui omnes, abiecta illa mole, non sine dolore et luctu Deo sunt reconciliati. Eleemosynae plurimae partim ad pauperculas quasdam puellas, parentibus orbatas, in matrimonio collocandas, partim ad augendum diuini cultus honorem uariis in locis piis, partim ad pauperum sustentationem, sunt per Patres nostros distributae aut procuratae. Nostra quoque altaria non fuerunt expertia liberalitatis cuiusdam sanctae foeminae nuper defunctae, quae, adhuc integra et firmo corpore, cum domum Dei sui non paruo munere decorasset, obtulit enim magnificum uas, in quo sanctum Eucharistiae sacramentum conseruatur, tamen non eo contenta, priusquam periculose aegrotare coepisset, de rebus suis optime disponens, praeter alia, quibus egenorum et religiosorum inopiae subuenire uoluit, sacraria nostra etiam pulcherrimis donis instruxit. Haec, R. P., erat nobilis et diues ac summa religione uidua mulier, quae frequentius quam dominicis diebus in templo nostro confitebatur et Dominicum corpus accipiebat; adeo rebus diuinis intenta, ut pertraheret totam familiam (quam habebat amplam) et matrem suam, matronam venerabilem, atque alias nobiles foeminas suo exemplo et adhortationibus ad pietatem, ac nobis magnam materiam laudandi Deum suppeditaret; cuius mortem mater, fratres, sorores, seruitia et uicini hoc aegrius ferunt, quod ipsa esse sola uidebatur columen domus, quam admirabili prudentia gubernabat et probissimis moribus instruebat. Audiui a Patre Juue-

nale [1], eius confessario, qui moribundae atque animam agenti superastitit, numquam illam (o foelix anima) in mortalem culpam incidisse. Quae fuerit huius foeminae mors facile est coniectare, quam talis uita praecessit.

Concionatur in templo nostro P. Angelus [2] (laus Deo) satis foeliciter, eumque populus perlibenter audit, tum propter spiritum Dei, qui in ipso elucet, tum etiam quod siculus siculorum animos facilius quam alius quispiam conciliat. Fiunt etiam conciones a quibusdam aliis patribus in diuersis collegiis religiosarum foeminarum, et (quantum intelligo) nusquam sane infrugiferae nec ociosae. Non pauci enim, uerbo Dei permoti et incensi, priorem uitam immutarunt, ex quibus aliqui Religionem sunt ingressi. Doctrinam xianam enarrat P. Petrus [3] diebus ueneris: alii etiam fratres nostri habent suas in urbe parrochias destinatas, ubi singulis diebus dominicis xianam doctrinam sunt interpretati, aut conciunculas non inutiles ad puerulos et plebem habuerunt. Hactenus de concionibus, nunc de scholis.

Scholasticorum numerus satis est frequens; plures tamen procul dubio ad nos uentitarent, si scholae non essent in angulum quemdam ciuitatis retrusae, quibus praeter hoc, quod vrbs in magna ualle tanquam in quadam concha est posita, aliae quoque incommoditates accedunt: eo namque in loco sunt exstructae, ubi tota aestate praeceptores cum discipulis mirum in modum solis caloribus aestuant. Quod cum intellexisset Prorex [4], senatui per literas mandauit, ut si quid in hac re effici posset, id sedulo curarent. Non mora; uenit Praetor cum senatu, atque minima quaeque diligentissime perlustrarunt. Singulae classes sua epigrammata, alii graeca, alii latina: rhetores suam orationem in laudem magistratus recitarunt: quae omnia tanta audientium uoluptate, et studium nobis offerentes [5], iam iam statuerent publico sumptu reparare commodiori in loco quaedam aedificia, ubi opacitate tectorum, umbris, et aurarum

---

[1] P. Juvenale Boterio.
[2] P. Angelus Pullicinus. Vide AGUILERA, l. c, cap. v, n. 24.
[3] P. Petrus Venustus. Vide *ibid.*, cap. VI. n. 9.
[4] Joannes de Vega.
[5] Sic perspicue in ms.; rectius fortassis sic: *quae omnia tanta audientium voluptate [acta sunt], ut studium nobis offerentes.*

lenissimis flatibus, aestus molestiae temperarentur. Vnde spero nos uberiores ex scholis quam antehac fructus percepturos.

Non tamen potest dici quod ex his scholis nullum laboris nostri fructum ceperimus; imo fuit semper amplissimus, ut argumento sunt sanctissimi scholasticorum mores, quos hebdomadariae confessiones et crebrae communiones potissimum exornare uidentur. Quanta autem sit in istis ab aliis, qui rarius aut coacti tantum confitentur, morum diuersitas, iam saepissime experti sumus: nec minus hi proficiunt in literis Nam eos semper doctiores habemus, qui student una cum honestissimis disciplinis pietatem coniungere. Caeteri dum se lucrifacere studiis hoc tempus putant, quod alii salubriter confitendo expendunt, hoc detrimentum accipiunt, quod illi statim, confessione absoluta, ad libros redeunt (quod conscientiae stimulus nullam patiatur temporis iacturam fieri), isti autem lusibus aut iocis, inutili leuique sermone bonas horas plerumque male consumunt: ex his, qui crebrius sacramenta percipiunt, sunt permulti, qui summopere exoptant in Societatem admitti; at non recipimus nisi iam diu probatos, et qui per preces humiles instanter et ardenter id petunt, ne postea, levi flante tentationum uento, a proposito recedant. Quinque egregii juuenes (qui a multo tempore nobis se adiungere constanter decreuerant) nuperrime sunt ingressi, in quibus elucet non mediocris spes et probitatis et sanctitatis: quorum unus, senatoris Panhormitani filius, penitus immemor generis sui, non secus se inter fratres gerit, ac si omnium infimus et uilissimus esset. Quintus ultimo admissus, annos natus circiter 22, doctoris cuiusdam filius, a puero semper fuit a nostris institutus in literis latinis, graecis et hebraicis, et aliis scientiis: sed pietate adeo insignis est, ut ea in aetate similem in hac vrbe non inuenias. Sunt praeterea nonnulli, magno desiderio aliquando tandem admitti expectantes, e quorum numero est quidam legisperitus, uir, ut aetate, ita moribus grauis, qui a duobus annis continuo sensit diuinos quosdam instinctus, ad hoc nostrum institutum sequendum se impellentes, et nunc multo uehementiores se in dies pati dicit: quare non segniter agit apud Patrem, obsecrando ut in domum nostram possit quamprimum admitti; quod illi propediem absque aliqua repulsa concedetur, ubi animum paulo frequentiori confessione et communione ac spiritualibus meditationibus confirmabit.

Haec sunt fere, R. P., quae in summa contigisse his quatuor elapsis mensibus, Dei bonitate, comperimus. Tu (quaeso) obsequium nostrum qualecumque et labores nostros boni consule, ac Deo nos iugiter commenda.

Panhormi 8.° calend. Octobris 1556.

De mandato P. Pauli Rectoris.

R. P. T. indignus in X.° filius,

ARNOLDUS CONCHUS.

In quarta pagina haec tantum leguntur:
Panhormi. 8 Calend. Octobris 1556.—25 *(sic)* di 7b.

DXLV

Franciscus Stephanus,
Ex commissione Patris Pantaleonis Rhodini,
Patri Jacobo Laynez, Vicario,
Messana, 24 Septembris 1556 [1].

†

La gratia et pace etc.

Quantonche il frutto spirituale (osseruandissimo in Xpo. Padre) qual [2] questa città di Messina in questi quattro mesi ella ha sentito, sia d' alcun' momento, non dimeno, egli non è tale che possi esser' equiparato a quegli che in uarie parti con somma diligenza, per le frequenti lettere a noi mandate manifesti,

[1] Archetypae duplici folio, primo n. 152, altero non numerato.—In iis extrema tantum verba, *Della R. P. V......* STEFANO, sunt manu ipsius Stephani.—Tertius autem quidam, sed antiquus, quaedam verba sustulit et quaedam mutavit.

[2] Tertius is, de quo in annotatione praecedenti, larga crassaque superducta linea quaedam hic verba delevit, quorum aliqua adhuc legi possunt, scil.,...... *alla diligenza dei nostri padri.*

ogni giorno s' accrescono. A tal che apena habbiamo che mandarui di nuouo. Se pur non uoleste dir' che fossi nuoua cosa, la solita et antiqua cura del riformar' l' anime da noi si ardentemente riceuuta, qual anco così constantemente si tiene (e sempre terrassi), che non solamente non si è dal suo esser rilassata per alcun modo, ma più tosto per il commun studio e diligenza di tutti di giorno in giorno più s' accresce.

Nei soliti essercitii tutti stanno occupati, nè in uero pigramente, essendo che ogn' un per se si sforza fruttificar' con quel talento a se commesso, et affaticansi anco spenderlo con grand' usura. Imperoche oltra le consuete e domestice predice (alle quali concorre grande [1] moltitudine così d' huomini come di donne) si dechiara parimente ogni uenerdì il libro della Sapienza: e anchora nella madre chiesa si espone il decalogo dei precetti, quai forno cominciati a dechiararsi (se ben mi ricordo [2]) da cinque mesi o in cerco, e anchor' si leggono con molto stupor' e frutto di tutti, oue per udirgli ui concorrono con grand' ammiratione di questa [3] città, d' ogni genere o conditione, età e sesso. Fuui anco un de nostri Padri, qual ogni domenica e festa suol predicar' [4] in certo monastiero di monache, lassando hora da parte le frequenti prediche, quali, anchorche non in statuto luocho o tempo, si fanno.

Gl' altri poi oltra l' assiduo studio delle lettioni, che nella settimana o odono, o uer' espongono, le domeniche e giorni di festa, tutti nelle parrocchie a loro constituite (che in numero son' 10 [5]) per imparar' a figluoli la dottrina christiana diligentemente s' essercitano. Onde il Cardinal di questa città, primo a uoi noto che a noi manifesto [6], ci dimostrò la beneuolenza, e l' amor grande che lui ci portaua. Perciò che hauendo lui questa istate passata, dato la cura dell' insegnar' a figluoli la dot-

---

[1] Prius erat scriptum *immensa*.

[2] Loco verborum *mi ricordo* scripserat Stephanus *souviēmi*. Ex hoc tamen ne conjicias eum Gallum fuisse; nam Aguilera, l c., cap. ix, n. 19, eum Hispanum vocat.

[3] Prius *cotesta*.

[4] *quivi* addiderat his Stephanus, sed deletum est.

[5] Undecim numeravit suo tempore Aguilera, l. c., cap. v, n. 5.

[6] Verba haec *primo a voi noto che a noi manifesto* linea subter ducta a caeteris distincta sunt Id autem asserit Stephanus, quia Joannes Andreas de Mercurio, Messanensis Archiepiscopus et Cardinalis, magnam sui pontificatus partem Romae, ubi nostris notus fuit, exegerat, nec *Messanam pontificaliter ingressus est* ante diem *23 Martii hujus anni 1556*. Vide Rocchi Pirri, *Ecclesiae Messanensis Notitia* II, lib. i, col. 343, A.

trina, a suoi parrochiani, acciò ch' egli isperimentassi (secondo ch' egli dicea) se lor poteano senza tanta nostra fatica far' il medesimo [1]: ma finalmente accorgendose lui quel spiritual' edifitio, con tanto sudor e trauaglio e con si felici principii cominciato, andar' a terra, fe chiamar' il nostro R. P. Preposito [2], dal qual pregò che di nuouo le si concedessi l' opera e diligenza della Compagnia in questa cosa, dal qual ottenne ciò che chiedea. E però questo mese passato con il medesimo ordine, qual nell' altre lettere più diffusamente dechiarassimo, nella docttrina christiana con gran frutto (secondo che si uede) s' incominciorono a essercitar' i figluoli: la qual cosa di tal modo è trattata che a tutti ne procede grand' utilità: nè ui è persona ueruna, che non s' accenda e infiammi sommamente al studio del diuin culto. Perciò che non solo i fanciulli, ma anchora gl' huomi di età han dimostrato il frutto che dalle lettioni e prediche fatto hanno. Imperoche oltra quelli che da noi si confessano, che sono molti, nelli hospitali anchora e in case priuate, e molti infermi, e prigioni, e sforzati nelle galee, dalli nostri si son' confessati. E per questa causa le confessioni sono state più del solito frequenti, per causa di una certa febre detta pestilentiale, che molti n' ha oppresso e molti a' sepolchri condotto. Non dico quì quanti si sono confessati da nostri Padri, nel qual numero molti erano, che alcuni da 2, altri da 18, molti da 15 anni non si eran confessati.

Lasserò anco di dir' quante cose siano state restituite che di mal acquisto procedeano, quante discordie parimente pacificate, e quante ingiurie rimesse. Hora quanto sia la diuotione e il feruore, parte la modestia dei uestimenti, l' andare, e le lachrime, la dechiarano, e principalmente la mutatione della uita. Sono molti in matrimonio congionti, la cui uita e costumi se fossero comparati con quelli di coloro che nei monasteri perfettamente uiuono, non si potrebbe subbito giudicar' chi di loro hauessi tocco il colmo della perfettione. Molte uergini sono nobili e uirtuose, che si son soggiogate al uoto di uerginità e religione.

Molti giouani parimente si sono ad altre religioni (e prenci-

---

[1] Vide supra, pag. 319.
[2] P. Hieronymus Domenech, Provincialis praepositus.

palmente alla nostra Compagnia) dedicati. E tra gl' altri uno assai nobile, e nelle letere latine, grece, per molt' anni uersato, e delle hebraice dotto [1] alquanto, a questi giorni nel nostro numero si condusse, e congiunse. Qual, peroche dalla giouentù Messinese era hauuto (come in uero era) per un essempio, così in lettere come in uertù, per questo, ha tratto molti in sua ammiratione e imitatione, et è giouane così come di sangue nobile, così di costumi uertuoso; nondimeno hora non riguardando nè degnità nè nobiltà alcuna, si essercita in qual si uoglia ufficio anchor' che minimo. Dui abbati sono, de quali l' uno la fama [2] da Calabria a noi l' ha condotto, l' altro la singolar' modestia dei nostri fratelli ogni giorno l' acende, con molti prieghi domandano esser' posti a qual si uoglia uffitio a benche minimo.

Alcunė di quelle donne, che dal peccato a Dio si son conuerse, che uiueano nella casa (detta di probatione), si sono maritate. E quattr' altre in un medesimo giorno sono entrate in religione.

Non mi son pensato hor' quì, P. R., connumerar' il tutto, per ciò che si ricercherebbono più lunghe lettere che non si richiede. Ma dirò quello che a ogni modo non si può tacere, e che principalmente dichiari la bontà e patienza di quelli, che frequentano il nostro tempio, nel sopportar' oltraggi, ingiurie e uituperii. Il che però deue parer assai, essendo che questa gente è molto pronta alle uendette e ricordeuole dell' ingiurie antiche. Fu ferito in questa città un giouane assai nobile da un altro d' età pari, ma di costumi diuerso, e talmente ferito che si dubitaua grandemente della sua salute: hor' il malfattor' per timore di non esser' chiamato in corte dal fratello di quel ferito, s' ascose, non hauendo ardir' d' uscir' fuori di casa. Il fratello di quel ferito lo cercò assai, non già con animo di uendicar' l' ingiuria fatta al fratello, ma ben con intentione di perdonargli, per che trouato che l' hebbe, humanamente gli perdonò. Vn' altro anco (d' ogni lode degno) non ignobile, che tanto patientemente sostenne un schiaffo, che non solo non cercaua

---

[1] Stephanus scripserat *consapevole*.

[2] Sic; existimamus tamen scribendum fore *fame*. Praevaluit enim in Italia et Sicilia, ut narrat Aguilera, sub finem anni 1555 et initio sequentis, magna annonae caritas, unde factum est ut e proxima Calabria plures in Siciliam trajicerent.

uendicarsi, immo prostrato a' piedi del nemico humilmente gli chiese perdono.

Che dirò hora di quelli, quai la sua diuina Maestà gl' ha talmente mutati, che lassato la seruitù del mondo, demonio e della carne, han sottoposto i colli loro al dolce giogo di Giesù? Era quì in questa città un huomo, che per i suoi uitii a tutti era molesto, e per questo ancora era stato messo in essilio, oué non facea altro che rubbamenti, homicidii, e ladrocinii; costui doppo alcun tempo confessandosi con un dei nostri Padri, si ridusse a miglior uita, lassata quella prima: qual dopo poco tempo, mutato l' habito dell' anima e del corpo, si fece monacho. Vna donna anchora, d' animo più uirile che femineo, qual hauendo già hauuta la fede, e quasi sposata, fu dal medesimo sposo repudiata, pigliando lui un' altra donna, costei non l' acusò, o uer' chiamò in corte; ma, lassato il mortal sposo, si dedicò all' immortal sposo, Giesù, dal qual non sarebbe più scacciata, se pur lei per sua causa da lui no si separassi per mezzo d' alcun peccato.

Questo è quanto per hora ci occorre, P. R., e perche questo è poco, prieghamo feruentemente V. R. P. si degni pregar' appresso sua diuina Maestà, acciò possiamo esser per il futuro più diligenti cultori della uigna a noi commessa, che per il passato non siamo stati.

Di Messina, alli 24 di Settembre del 1556.

Per commissione del Padre Rettore [1].

Della R. P. V. indegno seruo e figliolo in X.°,

FRANCESCO STEFANO.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto Reuerendo in Christo Padre, il P. M. Giacobo Laynez Vicario General' della Compagnia de Giesù, in Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Messina. Quadrimestre di 24 di Settembre.

Vestigium cerae sigilli.

---

[1] "Eodem fere tempore (sub finem Junii aut initio Julii hujus anni 1556) Pantaleon Rhodinus pro Vinkio, qui domesticum Catanae magistratum gerebat, Rector creatus Collegii Mamertini, neque Tironum curam deponit.„ AGUILERA, l. c., cap v, n. 8.

Praecedentium Francisci Stephani litterarum latina versio [1].

†
IHS

Gratia et pax D. N. Jesu Christi sit semper in cordibus nostris.

Etsi profectus spiritualis (Pater in Christo obseruandissime), quem sedula nostrorum patrum opera hisce mensibus urbs Messana sensit, non sit omnino poenitendus, *tantus* [2] tamen non est, ut tanta proferat, quanta aliis plerisque in locis geri scimus, eque variis ad nos delatis literis quotidie accipimus. Noui fere nihil habemus, de quo te certiorem fieri oporteat. Nisi nouum forte dicas animorum pie formandorum curam ardenter susceptam ita tenere constanter adhuc, ut non modo non aliqua in parte remissa fuerit, sed etiam communi omnium studio in dies magis ac magis excrescat. In consuetis itaque uersantur omnes, nec sane segniter, nec mediocri cum foenore commissum pro se quisque talentum studet expendere. Nam praeter domesticas [3] conciones (quae magna frequentia habentur), exponitur etiam *intra hebdomadam,* die veneris, Liber Sapientiae, necnon in templo *maiori* [4], quae quinto abhinc mense, si satis memini, legi coeperant praecepta Decalogi, inaudito fere omnium aetatum ordinumque concursu, leguntur etiam nunc non minori omnium et admiratione et fructu. Est quoque ex nostris patribus quidam, qui diebus omnibus dominicis et festis in quodam monialium monasterio concionatur, ut nihil de iis concionibus dicam, quae licet non statuto tempore et loco, frequenter tamen

[1] Duo sunt harum litterarum exempla archetypa, in quibus tantum postrema verba *R. P. T.......* Stephanus, sunt ipsius Stephani manu apposita. Primum est in folio unico, n. 149, in eoque tot sunt liturae, emendationes et additiones ab eo inductae, qui litteras exaravit, ut adversarium videatur. Alterum, nitidius, est in foliis duobus, quorum primum tantum signatum est n. 150. In eo pauca quaedam mutavit propria manu Polancus.

[2] *is.* Polancus.

[3] *nostra in ecclesia* addidit Polancus.

[4] *summo* templo. Polancus.

variis in monasteriis haberi solent. Reliqui uero, praeter assiduum lectionum studium, quas in scholis intra hebdomadam interpretantur uel audiunt, diebus itidem dominicis et festis in suis singuli paroeciis (quae numero sunt decem) in doctrina christiana pueris inculcanda gnauiter exercentur. Qua in re suum erga nos animum satis beneuolum videtur declarasse, qui in hac urbe est Cardinalis [1], tibi prius, credo, notus, quam nobis. Cum enim proxima aestate docendi pueros curam ad suos paroechos transtulisset, quo experiretur (ut ipse dicebat), possentne illi sine nostro tanto labore hoc ipsum praestare; ac tandem comperisset in omnibus fere paroeciis spiritale aedificium, quod tanto fuerat sudore tamque secundis initiis erectum, prorsus concidisse, accersiri iussit R. P. Praepositum, ab eoque, ut Societatis opera hac in re sibi iterum commodaretur, rogauit. Proximo ergo mense eodem ordine, quem aliis literis fusius praescripsimus, in piis Christi dogmatibus non mediocri cum prouentu (ut iam apparet) institui pueri coeperunt. Quae ita geruntur omnia, ut non exiguus hinc fructus ad omnes perueniat; neque ulla est aetas, quae non iis maxime ad pietatis religionisque studium adiuuetur; quae enim promptior expeditiorque perducendi ad Christum pueros uia esse potest, quam si dum tenera [2] aetate, simul cum lacte nutricis, piam doctrinam doctamque pietatem imbibant? Infantes sane, quoniam magnifica ab illis opera expectari non possunt, satis est, si amplam nobis suae uirtutis expectationem praebeant. Grandioris uero aetatis homines, uberes doctrinae haustae fructus iam protulerunt. Nam praeter eos, qui apud nos confitentur, qui sane multi erant, nunc multo etiam plures, in hospitalibus quoque permulti audiuntur, et in priuatis domibus qui lecto decumbunt, necnon qui in carceribus aut triremibus detinentur, quorum confessiones ideo his mensibus fuere frequentissimae, quod multos febris (quam uulgo pestiferam uocitant) et oppresserit, et ad funus deduxerit. Non hic dicam quam multi auditi fuerint a nostris Patribus, qui a duobus, qui a quindecim, qui a decem et octo annis confessi non fuerant.

---

[1] *et Episcopus Messanensis* addidit Polancus. Hic erat Joannes Andreas de Mercurio.

[2] *sunt* addidit Polancus.

Praeteribo quam multa restituta sint, quae inique ablata erant, quot dissidentium inter sese animorum compositae inimicitiae.

Quanta uero sit eorum, qui nostrum frequenter adeunt templum, deuotio, declarant quidem cum habitus, modestior incessus, lachrymarumque effusio, tum maxime morum in melius commutatio. Sunt enim multi matrimonio copulati, quorum si pietatem cum *eorum* [1] moribus, qui in monasteriis perfecte uiuunt, conferas, nescio quos uerius perfectionis apicem attigisse dicas. Sunt multae quoque virgines, quae et uirginitatis et religionis uoto se adstrinxere. Nonnulli etiam adolescentes, qui et aliis, et nostrae imprimis sese religioni consecrarunt. Inter quos quidam non obscuris natalibus ortus, in latinis et graecis multis iam annis uersatus, hebraearum non ignarus *omnino*, paucis ante diebus in nostrum collegium admissus est, qui, quia iuuentutis Messanensis exemplar, tam in pietate, quam in literis habebatur, et erat, ideo multos in sui admirationem et imitationem traxit: estque, vt generis nobilitate, ita et morum facilitate, et oris modestia insignitus. Nunc in obsequiis domesticis ita uersatur, ut nihil tam *generosum uirum decere* [2] putet. Duo Abbates quorum alterum fama e Calabria ad nos perduxit, alterum uero singularis fratrum nostrorum modestia, ignitaque charitas, ad eorum imitationem inflammat assiduis precibus, ut uel ad *sordidissima* [3] ministeria admittantur, efflagitant.

Ex iis quoque mulieribus, quae, a turpi uitae genere in honestius conuersae, in domo (quam probationis uocant) uiuebant, nonnullae sunt matrimonio copulatae, quatuor autem uno eodemque tempore religionem susceperunt.

Non est in animo hic singula persequi, R. P., quae prolixiores, quam par est, literas desiderarent, sed *ea* [4] dicam dumtaxat, quae praeteriri minime possunt, quaeque declarent praesertim in sustinendis iniuriis aequanimitatem eorum, qui in nostro templo conciones et confessiones, communionisque sacramenta frequentare sunt soliti, quod eo debet uideri maius, quo gens est haec promptior paratiorque ad uindictam, *antiquissimarumque* [5] iniuriarum memor. Vulneratus est hac in urbe quidam

[1] *multorum*. POLANCUS.
[2] *decere generosum uirum*. ID.
[3] *infima*. ID.
[4] *quaedam*. ID.
[5] *antiquissimarum etiam*. ID.

satis honesto loco natus adolescens, ab alio non multum aetate, moribus autem longe dissimili, atque ita uulneratus, ut de eius uita prope desperatum esset. Quamobrem, qui *maleficii*[1] author fuerat, ne a uulnerati fratre in ius uocaretur ueritus, latitabat, nunquam domo egredi ausus; sed tantum abest, ut caesi frater eum odio prosequeretur, ut etiam illum diu quaesierit, quaesito uero et inuento, noxam humanissime condonarit. Non minus commemoratu dignum est, quod *de quodam alio fertur qui*[2] cum non ignobilis esset conditionis, ita aequo animo acceptum colaphum sustinuit, ut qui lacessitus erat, a lacessente ueniam deprecaretur, ad eius genua prouolutus.

Quid uero de iis dicam, quos dextera Excelsi incredibili quadam uirtute ita mutauit, ut excusso durae seruitutis iugo, quod sub daemone, mundo ac carne sustinebant, blandissimo Christi iugo colla supposuerint? Vir erat quidam hac in urbe ob execranda flagitia omnibus inuisus, quo etiam nomine ab urbe in exilium relegatus fuerat, vbi expilationibus et homicidiis insignis diu cum uixisset, nostri cuiusdam Patris opera, cui sua ille peccata confessus fuerat, effectum est ut, deposito eo uitae genere, tutiorem uiuendi rationem arriperet. Nil ille moratur, et corporis animique mutato habitu, se Deo totum monachus effectus, deuouit. Dignum profecto uiro facinus. Ceterum nonne animo plus quam uirili fuit foeminei infirmique sexus mulier, quae cum compositis iam foederibus accepta esset in uxorem ab sponso, posteaque ab ipso repudiata, altera ascita, non eum in ius uocauit, sed omisso mortali sponso, Christo sese copulauit, nullam passura amplius repulsam, nisi se ipsa a sponso suo[3] sponte subtrahat?

Plura his quae scribam non succurrunt, R. P., et quoniam paucissima sunt, rogamus R. P. T. ut pro nobis apud Deum intercedat quo grauiores uineae nobis commissae cultores simus.

Messanae, 24 die Septembr. 1556.

De commissione d' il P. Rettore.

R. P. T. indignus seruus ac filius in Jesu Christo,

FRANCISCUS STEPHANUS.

---

[1] *delicti.* POLANCUS.

[2] *quidam.* ID.

[3] *X.°, id est, Christo,* addidit Polancus.

Superscriptio in quarta pagina: † Admodum obseruande in Christo Pri. Jacobo Laynez, Vicario generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: Jesus. 1556. Messana. Quadrimestres 24 Septembris.

Vestigium cerae sigilli.

DXLVI

Antonius Trancosus,
Ex commissione P. Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 29 Septembris 1556 [1].

†
Jesus.

Colende in Christo Pater.

Pax Christi.

Scripturus ad te, uenerande in Christo Pater, de iis rebus, quae quatuor hisce superioribus mensibus apud nos gestae sunt, principio te certiorem faciam de nostris deque illorum salute.

Patres igitur fratresque omnes, Dei Opt. Max. bonitate adiuti, cum in quotidianis exercitationibus maximos progressus faciunt, tum etiam in uirtute ipsa ac morum probitate magis magisque proficiunt, in eoque se praecipue omnes exercent, ut unusquisque diligenter et perfecte regulas obseruet: quae etiam, ut tenacius omnium animis adhaereant, affici solent aliquando poenis, si forte contingit ut aliquam minus diligenter seruent: quae quidem pene omnia alacri et hilari uultu excipiuntur, ita ut

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 577, altero non numerato.—Vere non sunt nisi ejusdem Trancosi litterae, quas supra, n. DXXXV, pag. 447, dedimus, latinitate donatae et nonnihil decurtatae.

omnes aliquando summis precibus a Rectore [1] contendant, ut eos, quacumque uoluerit poena, afficiat, propter eorum (si hoc uere dici potest) in obseruandis regulis negligentiam.

Patres uero iis praesto esse solent, qui e uita discedunt, eosque suis cohortationibus adiuuant et confirmant: quod, quam utile ac Deo Opt. Max. gratum sit, uerbis explicari non potest. Nam cum maxima et propemodum incredibilis aegrotantium multitudo in hac urbe sit, in iis inuisendis ac peccatis eorum expurgandis dies noctesque consumunt: tantus est enim erga nostros omnium amor et beneuolentia, tantaque de iis tum in literis, tum etiam in uirtute ac uitae sanctimonia apud omnes opinio est, ut nemini de peccatis confiteri uelint nisi illis: cum tamen in hac urbe et doctorum et religiosorum hominum non parua multitudo sit: quod quidem ex eo uel maxime euenire existimo, quia cum multi ex his crebris diaboli persuasionibus eo miseriarum deuenissent, ut de salute animorum suorum omnino desperassent ab eoque a quamplurimis religiosis, qui se huius rei gratia eo contulerant, abduci non possent, tandem diuina Dei Opt. Max. bonitate effectum est, nostris accedentibus, ut ab iis omnibus liberarentur.

Accersuntur praeterea nostri ad gratiam inter multos componendam atque alia quamplurima pietatis officia, quibus omnibus rebus, auxilio et fauore diuino, licet pauci sint, tamen satisfaciunt; nam cum quidam homines nobiles grauissimas inter se inimicitias gererent, seque mutuo uulneribus confecissent, missus ad eos frater quidam noster, Lionelus Lima nomine, eos in pristinam ac ueterem amicitiam reduxit: iisque non contentus, ut inuiolabile et perpetuum esset amicitiae foedus, elaborauit (quod certe consequutus est) ut sese mutuo publice in templo coram sacrosancto corpore Domini nostri Jesu Christi amplecterentur: quo facto, maximas omnes, qui ibi aderant, Deo Opt. Max. gratias egerunt.

Hic etiam frater, cum Patre Cotta [2] simul, bis duos quosdam homines comitatus est, qui publice ad patibulum ducebantur; quorum alter, cum iniquo et acerbo animo sententiam de eo latam tulisset, sibi ipsi mortem consciscere (ut aiunt) constitue-

---

[1] P. Leone Enriquez.
[2] P. Melchiore Cotta.

rat; sed crebris et assiduis nostrorum sermonibus hac tam execranda et detestanda cacodaemonis persuasione liberatus, genibus nixus, ab omnibus ueniam impetrare cupiebat, rogabatque ut animum suum Deo commendarent: sic tandem in fide ac religione christiana confirmatus suspensus uita excessit. Alter hoc supplicii genus non modo subire non recusauit, sed laeto et hilari uultu illud excepit, seque ea et multo maiore poena dignum esse omnibus declarabat: quod certe nostrorum consiliis et persuasionibus euenisse existimo: quibus peractis, solent statim in eo loco concionem habere ad frequentissimum hominum conuentum, qui sontes et nocentes illos in iis regnis ad patibulum usque comitari consueuerunt [1].

Accedit etiam illud: Patrem quemdam nostrum, Gasparem Didacum [2] nomine, superioribus proximis diebus ad sacerdotem quemdam se contulisse, qui iamdiu concubinam quamdam habebat ex eaque filium quemdam; quem cum acriter et uehementer reprehendisset, illique quam detestandum et execrandum hoc uitium esset declarasset, effectum est ut statim, poenitentia ductus, concubinam derelinqueret, seque (vt ferunt) uoto castitatis Deo Opt. Max. constringeret.

Confessiones uero ac conciones nostri templi reliquaque eiusdem generis exercitia non minore fiunt frequentia ac animorum utilitate quam antea: imo, crescente in dies auditorum numero, tantus fit hominum conuentus, ut iam neque templum, quod mediocris magnitudinis est, neque uestibulum, quod amplum etiam aliquantulum esse uidetur, eos possit capere, licet ubique multa subsellia collocentur. Quantum autem in huiusmodi concionibus et exercitationibus proficiatur, hoc uno satis intelligi potest, quod ii fere omnes assidui et frequentes sunt, cum in audiendis concionibus, et confessionibus uel menstruis uel singulis hebdomadis, ut unusquisque potest, conficiendis, tum etiam in sumenda Eucharistia. Habes hactenus, colende in Christo Pater, de iis, quae ad animorum salutem pertinent; nunc uero de ualetudine deque nostris studiis et literarum exercitationibus mentionem faciam.

Quamplurimi igitur ex nostris hoc anno aegrotarunt, ita ut

---

[1] Vide supra, pag. 449, annot. 2.
[2] Gasparem Dias vel Diaz.

omnes praeceptores, uno excepto, et subsidiarii, qui ad huiusmodi necessitates constituti erant, non mediocriter uariis et diuersis morbis afflictarentur: eoque res deuenit, ut inuiti ferias scholasticis per spatium unius mensis concederemus. Quod cum ad aures Principis Cardinalis [1], qui eo tempore Vlyssippone erat, peruenisset, summo quodam moerore hoc nuntio affectus, statim unum ex praecipuis ac doctioribus medicis, quos quidem apud se habebat, ad nos misit, ut nos inuiseret nostrosque diligentissime curaret, eumque crebro de ualetudine fratrum per literas certiorem faceret. Ex quo perspici profecto potest quanto nos omnes totamque Societatem amore et beneuolentia complectatur: iam enim alteri medico, in morbis curandis peritissimo, nostrorum omnium curam commiserat; uerum cum illi aliquantulum diffidere uideretur, fratrum salutem ei committi uoluit, cui aliquando suam committeret, quemque satis cognitum et perspectum haberet.

Habiti sunt praeterea in hoc quadrimestri, initio singulorum mensium, nonnulli dialogi: orationes etiam non paucae ab scholasticis nostris recitatae sunt, quibus omnibus non paucos externos interfuisse existimo: ii uero, qui apud nos literis operam dant, cum in literis, tum etiam in uirtute, non mediocres faciunt progressus: nonnulli etiam ex his, qui in prima et secunda classe uersabantur, in Societatem nostram admissi sunt: nonnulli uero aliorum religiosorum instituta sequuti sunt. Deus Opt. Max. eos in suscepta uiuendi ratione conseruet. Quamplurimi praeterea, tum ex scholasticis, tum etiam ex aliis, in nostram Societatem ingredi uehementer desiderant. Mirum est enim quantum iis publicis conuentibus omnium animi ad uirtutum et literarum studia incendantur.

Hoc etiam anno, diuina bonitate fauente, exponi philosophia incipiet, cuius etiam gratia Marcus Georgius, qui hic conscientiae casus declarabat, Conimbricam profectus est, in cuius locum Dominus Leo (qui hic nunc Rector est) successit, cuius profecto in hanc urbem aduentus tam omnibus gratus et iucundus fuit, ut nonnulli ex ciuibus, summa quadam laetitia perfusi, eum statim salutatum uenirent, eiusque aduentum felicissimum optarent.

[1] Henrici, de quo saepissime in hoc et in praecedentibus voluminibus.

Haec sunt, uenerande in Christo Pater, quae mihi hoc tempore in mentem ueniebant, de quibus te certiorem facerem: reliquum est ut omnium nostrorum, quorum Pater in Christo es in tuis precibus sanctisque sacrificiis ne obliuiscaris.

Eborae, tertio calendas Octobris 1556.

Ex commissione Patris Leonis.

Indignus filius tuus,

Antonius Trancosus.

Superscriptio in quarta pagina: † Jesus. Al muy Reuerendo en Christo Padre el P. Maestro Ignatio, praepósito vniuersal de la Companhía de Jesu, en Roma. 1.ª uia.

Alia manu: 1556. Ebora. Quadrimestres 29 Septembris.

DXLVII

P. Didacus Carrillo
Patri Ignatio de Loyola.
Compluto, 29 Septembris 1556 [1].

†
Jhs

Muy R.do en Christo Padre nuestro.

La summa gracia y amor eterno de Christo nuestro Señor sea siempre en nuestras almas. Amen.

De las pocas que deste Collegio despues de [la quadrimes]tre de Mayo se han escrito, terná ya V. P. entendido la poca commodidad que en él ha avido para tratar del aprouecha-

[1] Archetypae duplici folio bona ex parte jam detrito.—In illis tantum postrema verba *De V. P. el minimo,* &.ª sunt manu ipsius Patris Carrillo, qui Rectoris vices gerebat.

miento y edificacion de los de fuera y del estudio y los demas exercicios de los de dentro; mas con todo esso daré por esta á V. P. de lo uno y de lo otro más particular intelligencia.

Demas de la ocupacion que nos ha dado un quarto, que en esta casa se començó á labrar este verano, ha sido el Señor servido, en pago de los muchos que se han exercitado spiritualmente en este collegio, de exercitar con enfermedades corporales á los más de los Padres y hermanos dél de tal suerte que, en lugar de ocho ó nueve exercitantes que de ordinario solíamos tener, avemos agora tenido nueve ó diez enfermos á la contina; aunque con avernos el Señor dado los más de los que se avian este invierno exercitado, ninguno de los enfermos fué seruido de llevarse, como quiera que con su buen odor y paciencia hayan algunos dellos dado á entender que como maduros pudieran aver sido cogidos. Creo que el ser esta fruta, que por muy madura no pierde sazon, y la falta que esta viña tiene de obreros, han entre otras sido causa deste misericordioso juizio, segun la experiencia nos lo ha en alguna manera ya enseñado.

Luego como el calor y enfermedades entraron en es[te pueblo] y particularmente en este collegio, començamos de embiar á Loranca, á casas de personas devotas, donde otras vezes se suelen embiar, algunos de los enfermos y convalescientes, attenta la indisposicion que de parte de las obras y de la enfermedad del pueblo avía en este collegio para sanar ni convalescer en él; y ansí, de solos catorze, que en él quedaron, cayeron enfermos los nueve, y los demas han estado harto indispuestos y achacosos. De manada tan pequeña, tan enferma y tan derramada, qué pudiera esperar la sabiduría del mundo y la prudencia de la carne? á todos parece que los encerró el Señor debaxo de la enfermedad para que los vnos y los otros entendiéssemos cómo el dedo de Dios y su poderoso braço es el que, por medio de los sanos y de los enfermos, de los sabios y de los ydiotas, puede y suele obrar las maravillas que en el mundo se digna y se sirue de hazer.

[Tres] [1] hermanos y un Padre fueron á Berlanga, y el conde

---

[1] Evanuit hoc verbum cum charta; verum ex sequentibus refici valet.

de Montagudo [1] desde Almaçan, donde reside, embió luego [á pedir] le diesse los exercicios, como muchos días há nos lo avía embiado aquí á pedir, parte por cartas, parte por dos ó tres criados; y de sus más queridos embió á que aquí los hiziessen. Demas de lo que por medio deste Padre hizo el Señor en el alma del Conde y de otros particulares, obró tanto en su hermano [2], que tras aver pedido con instancia la Compañía, passando esse día por aquí dixo que ninguna cosa tanto dessea como hazer ya en vn collegio ó casa de la Compañía la cozina ó otra cosa semejante. Los otros tres hermanos se quedaron en Berlanga, convalesciendo, y enseñando la doctrina christiana con mucho concurso del pueblo y con mucha edification, *etiam* de los canónigos y señores de aquel pueblo, y ayudando á bien morir, y exortando á la frequencia de los sacramentos; y sacando en este lugar á ahorcar vn hombre, salió con él á pie y sin gorra Don Martin Cortes, hijo del Marques del Valle [3], que dos años há se exercitó en este collegio, ayudándole con tantas lágrimas y amor, que los que lo veyan se admiravan y alavavan al Señor. Es este cavallero vno de los que bien se han aprovechado de los exercicios en su profession por esta tierra.

[A Sigüenza] [4] fueron un Padre y un hermano, donde sin otros muchos, que de sus exortaciones se aprovecharon, vn hombre que avía dexado á su muger por adúltera, la tornó á recibir en su casa; y otro [se ha], *ultra* de la frequencia de los sacramentos, dedicado á visitar ospitales y á servir los pobres. Un moço avia muerto á otro, y confessándose se recogió á hazer penitencia. Vna muger estava mui reñida y apartada de su marido porque falsamente la avia infamado; y perdonándole se tornó con él, y está en las cosas del divino servicio tan

---

[1] Franciscus Hurtado de Mendoza, Montis Acuti Comes, quique ab anno 1575 primus fuit Marchio de Almazan. Vide Polanci *Chronicon*, t. iii, pag. 71 et indicem.

[2] Duos habuit fratres praedictus Comes de Monteagudo: Ludovicum, qui religiosum ordinem S. Francisci ingressus est; et Gundisalvum, in Siguntina Cathedrali ecclesia Scholarum Magistrum *(Maestrescuela)*. Burgos, *Blason de España*, part. ii, pag. 48.

[3] Ferdinandus Cortes *(Hernan Cortes)* Marchio I del Valle, duos habuit hoc nomine Martin Cortes filios, unum illegitimum, alterum legitimum, de quo sermonem hic fieri existimamus, quique dicebatur Martinus Cortes de Monroy, Marchio de Oajaca.

[4] Deest fragmentum papyri, ubi inveniebatur nomen loci, quo Pater et frater, de quibus fit sermo, profecti sunt. Sed ex Polanci *Chronico*, t. vi, apparet hic agi de Siguntia.

adelante, que ninguna cosa parece que la apartará dél. Otra estava impedida por affinidad, y su marido dezía que la avia de matar, y dióse con la gracia del Señor órden en lo vno y en lo otro. Vn doctor y un maestro, collegiales de vn collegio que allí ay, y vn cavallero y vn racionero, quedaron determinados de venir aquí á hazer los exercicios; y vn otro racionero se confessó generalmente, y queda esperando lo que la Compañía querrá hazer dél. Otras muchas confessiones generales y particulares se hizieron, y especialmente quedaron dellas aprovechados vna muger, [que mucho tiempo] há vivia triste, y vn hombre noble; y s[obre pad]ecer mucha pobreza, quedaron muy alegres y c[onsolados con la div]ina voluntad y providencia.

Otros quatro hermanos fueron á Cuenca, donde, en compañía de los Padres y hermanos de aquel collegio, se ocuparon en cattecizar algunos de siete ó ocho lutheranos, que allí sacaron los inquisidores en penitencia. Solos dos fueron estrangeros, y solos estos acudieron á nuestro collegio á ser enseñados y instruidos.

A Madrid fue vn Padre solo; hazia con el favor divino fruto como si anduviera acompañado; y aviéndole cortado el hilo el arçobispo de Toledo [1] con vnas excomuniones que mandó publicar contra los favorescedores de la Compañía [2], tornó la divina Providencia á enhilarle con augmento.

Los Padres y hermanos que aquí quedaron, aunque enfermos, se han ocupado en dar los exercicios y confessar á algunos, y entre ellos á vn cavallero de Medina Celi, que salió muy aprovechado y con desseo de ser miembro de la Compañía. Muchos de los que los absentes en su dispersion y los presentes aquí movieron, están esperando quándo los admitirémos á exercicios; y aun algunos más adelante: creo que con el auxilio divino será presto, porque ya casi todos los absentes son venidos con desseo de continuar los exercicios [de devocion] y de letras como solian, y mayormente el de la guarda de las reglas y constitutiones de nuestro instituto.

Cada dia speramos aquí al P.e Francisco [3], alentados ya con el calor que de su venida se spera.

---

[1] Joannes Martinez Guijarro (Siliceus).
[2] Vide *Cartas de San Ignacio*, t. VI, pag. 657-660.
[3] P. Franciscus de Borja.

Los enfermos son ya pocos y sin peligro. Ellos y los sanos, Padres y hermanos deste Collegio, se encomiendan affectuosamente en las oraciones de V. P. y de todos los Padres y hermanos de essa casa y collegio.

El Señor por su clemencia nos dé á todos en todo á sentir y hazer su sanctíssima voluntad, y á V. P. en el cuerpo y en el ánima la salud que estos sus hijos en el S.or avemos menester y desseamos. Amen.

De Alcalá, 29 de Setiembre de 1556.

De V. P. el mínimo é indigníssimo hijo en el S.r,

[Diego Carrillo [1]].

Superscriptio in quarta pagina: JHS. Al muy R.do en Chro. P.e nuestro el P.e Ignatio prepósito general de la Comp.a de JHS.

Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Alcalá. Quadrimestre de 29 de Set.e.

---

[1] Evanuere fere, attrita charta, haec verba; quae tamen scribere non dubitamus, quia eadem omnino in his litteris manus est et similia verba, *De V. P. el mínimo etc*, in litteris aliis 27 Octobris hujus anni a P Didaco Carrillo datis et propria manu subscriptis.

DXLVIII

P. N. Ruiz,
Ex commissione Patris Joannis de la Plaza,
Patri Jacobo Laynez, Vicario,
Granata, 30 Septembris 1556 [1].

IHS

Muy R.do en Christo Padre nuestro.

La gracia y paz de Jesu Christo nuestro Señor sea siempre en nuestros coraçones. Amen.

En la quadrimestre passada [2] se dió á V. P. quenta de las cosas que en esta ciudad y en esta casa ó collegio se digna nuestro Señor á obrar, y particularmente de la partida del P. Basilio [3] á Loxa (que es vna ciudad deste Arçobispado), á instancia del S.or Arçobispo [4]. Resta agora dar quenta á V. P. de lo que nuestro Señor obró en aquella ciudad, allende de lo que en la quadrimestre passada se escriuió: él estuuo allá hasta quinze de Setiembre prosiguiendo sus sermones, pláticas, confessiones y otras obras de charidad, y el hermano, que fué con él, la doctrina christiana: fué tanto el fructo que se hizo en los oyentes, que, allende de los nueuos propósitos que nuestro Señor en ellos plantó, la cárçel, que quando fueron estaua llena de gente, ántes que se viniessen fué el hermano allá á dezir la doctrina, y la halló quasi vazía. Siempre que la doctrina se dezia, la

---

[1] Autographae duplici folio, primo n. 519, altero non numerato.—Vere menstruae sunt, sed quadrimestrium, quae desiderantur, locum supplebunt.

[2] Sermo procul dubio est de quadrimestribus mensis Augusti, nam in illis, quas supra, pag. 223, n. CDXCVIII, dedimus, nulla fit mentio profectionis Patris Basilii in urbem Loja. Eae autem mensis Augusti periisse videntur.

[3] P. Alphonsus de Avila, P. Basilius etiam appellatus.

[4] Petrus Guerrero.

oyan chicos y grandes con grande deuocion: á los sermones del Padre concurria mucha gente, y concertóse la cofradía de los juramentos [1] con grande contentamiento de clérigos y regidores, escriuiéndose por cofrades, para en nombre de cofrades reprehender los juramentos: occupáuase el Padre entre dia en confessar: confessó muchos clérigos y algunos enfermos con mucha consolacion dellos; creemos que en aquella ciudad se ha de seguir mucho aprouechamiento de la buena simiente que el Padre allí sembró. Plega al Señor que las spinas y abrojos no la ahoguen.

De algunas ciudades deste Reyno de Granada desean mucho algunos Padres con sancta inuidia. Plega al Señor de embiar obreros muchos para que en todas partes sea su sanctíssimo nombre sanctificado.

Aquí en Granada se predica la doctrina christiana, y tenemos grande confiança en el Señor que con la continuacion della se ha de hazer mucho fructo. Continúase con frequentacion el vso de los sacramentos, *scilicet* confession y communion, con mucho aprouechamiento y algunas confessiones de años. Acuden Padres á confessar y consolar enfermos y á ayudar á bien morir, y para ello son pedidos con mucha deuocion.

En casa estamos al presente nueue sacerdotes y diez y siete hermanos, sin dos que han ido en peregrinacion: es para loar á nuestro Señor ver el cuidado que se tiene en la obseruancia de las reglas y en la abnegacion propria, procurando la consideracion en todas las obras, con preparacion al principio y exámen al fin. Finalmente para que en summa diga lo que en ellos ay, para que en ello sea nuestro Señor glorificado, represéntanseme en ellos (*maxime* en la simplicidad de algunos) aquellos padres y hermanos, que Casiano refiere, que con tanto feruor y diligencia aspirauan á la perfeccion, porque sin dubda en esto les imitan. Y á esto ayudan mucho las pláticas spirituales quotidianas, que nuestro P. Plaça [2] haze sobre las reglas, de las quales uisiblemente se vee el fructo y feruor que sacan los hermanos. Plega al Señor él nos dé gracia para que nos aprouechemos todos de tanta pluuia de auxilios y dones como sobre

---

[1] Nominis Jesu confraternitas ad juramentorum praecipue abusum corrigendum instituta, de qua jam saepius in his *Litteris* et saepissime in Polanci *Chronico*.

[2] P. Dr. Joannes de la Plaza, Collegii Rector et novitiorum Magister.

nosotros embia, para que de cada dia más crescamos, hasta que demos el fructo que su Magestad quiere, para gloria suya y prouecho de las ánimas, que con su sacratíssima sangre redimió.

Muchos piden ser admittidos á la Compañía, y algunos buenos subiectos: vn sacerdote canonista está agora en exercicios. Speramos en el Señor, segun es la deuocion y deseos de muchos, ordenará con augmento cómo sea muy seruido su Magestad de la Compañía en esta ciudad, como ha puesto los principios. Esto es lo que ay que hazer saber á V. P. deste mes.

Resta pedir que en los sacrificios y oraciones de V. P. y de los demas padres y hermanos charíssimos seamos á nuestro Señor encommendados, para que *in omnibus* hagamos y perfectamente cumplamos su sanctíssima voluntad.

De Granada, vltimo de Setiembre 1556.

Por commission del P.e D.r Plaça.

De V. P. hijo mínimo en el Señor,

† RUIZ. †

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Christo Padre nuestro el P. M.o Lainez, Vicario general de la Compañía de Ihs. en Roma.

Alia manu: Luego se den por īd.*(merced?)* procurando rep.ca en su pligo.

p.o *(pagado?)* p.rto *(porto?)......* [1] por mí Jac.e Lopz.

Et alia: 1556. Jesus. Granada. Quadrimestri de ultimo de Setiemb.

Vestigium cerae sigilli.

[1] Quoddam est hic vocabulum ita raptim exaratum ut legi nullo modo, a nobis saltem, possit

DXLIX

(Fr. Franciscus)? Monclaro
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, mense Septembri 1556 [1].

IHS

Muy R.do en X.o Padre.

La suma gracia y amor de X.o N. S. sea siempre en nuestras ánimas. Amen.

Muchas cosas ay que scriuir á V.ra Paternidad de lo mucho que el Señor en estos quatro meses a obrado en este Collegio en el augmento de su diuino seruiçio, y lo que de contino obra, que es mucho para nos esforçar á lleuar toda la cargua con mucha suauidad; y bien creo que lo hará el Señor, tanto por el fructo de las ánimas, que por los operarios dél se an mucho restaurado en el aprouechamiento suyo, como para nos animar á no tener en nada otras mayores empresas de su seruicio, por difíciles y trabajosas que parezcan.

Quien, Padre, uiese la mudança de la gente en esta tierra, y diguo desta tierra, porque los que en el Collegio oyen son los más esençiales [2], della (tiniendo algun zelo del bien de sus próximos) no dexaria de llorar, sentiendo la pérdida dotras, adonde no ay commodidad para quitar las ánimas al demonio y traerlas al iuguo suaue del Señor, pues uiendo tan buen procedimiento y con tan poco trabajo en gentes, que segun parecian indomables (por los malos hábitos y custumbres en que estauan), ponian muestras de camino áspero y trabajoso. Quien

[1] Autographae duplici folio, nn. 563 et 564.
[2] *esençiales, optimatum filios,* ut ipse latine reddit Monclarus infra.

uiera mançebos tan metidos en uanidades y tan acustumbrados á no sufrir castiguo, agora tanto de otra manera, y tan subiectos á la disciplina y correction de sus maestros. Quien, Padre mio, uiera tan malas palauras, y bocas, que muy poco hablasen, que delante no fuesen juramentos, agora tan resguardados, tuuiera mucha confussion en no trabajar por su aprouechamiento para poder alimpiar los templos dedicados para [el Señor], que tan stablos andan hechos del demonio, como ay por el mundo. Nuestro Señor, por quien es, no mirando á tan indignos, quiera librar sus ánimas del enemiguo y á nos dar fuerças para hazer el fim desta su mínima [Compania] a mayor gloria suya.

En este Collegio somos agora cento y tres entre padres y hermanos sin los que están en el Collegio antiguo, que agora sirue de casa de probacion, que son veinte y siete: vienen algunos de Lisbona y Euora para studiar, y ay muchos al studio; proceden con tanta edificacion que es mucho para loar al Señor, principalmente en los nouiçios, por auerem avn poco tiempo de religion.

El P. Luis Gonçalez, quando aquí vino, puso muchos al studio, exortándolos mucho á las letras, y ordenó entre ellos los tonos que de ántes no se hazian con tanta órden; y tenemos prédica *quotidie* en el refitorio, en que se ue muchas muestras de quánto el Señor tiene los ojos sobre esta su mínima [Compañía], porque uer hermanos tan nouiçios en el tiempo, y sin exerçiçios [1] muchos dellos, dizir cosas de N. Señor con tanto sentimiento, y traer los spíritus tan promptos en la mortificacion y aprouechamiento, no podrá dexar de sentir que el Señor tiene prometido á esta su mínima [Compañía] lo que dixo á los discípulos: *Ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculi* [2], y lo mucho que de tan buenos cimientos en el augmento del diuino seruicio por el tiempo se espera.

Yo confiesso, Padre mio, que no sé de qué manera pueda explicar, con sentir muy poco, el mucho que siento en estos sus nueuos hijos, porque si lo son en el tiempo de su llamamiento, tambien lo son en los años de su uida. Aquí no pudiera, Padre,

---

[1] *Sin exercicios:* Qui nondum exercitiis spiritualibus S. Ignatii exculti erant.—Haec in latina versione praetermissa sunt.

[2] Matth. XXVIII, 20.

detener las lágrimas, si sentimiento tuuiera de mis peccados, uiendo que ay muchos que no sé se con razon se puede afirmar cometer en el mundo vn peccado mortal, por la pureza y ynocentia de sus años, y estos pocos tan bien empleados y consumidos en buena criança, traeren tanta confusion consigo; y la promptitud en la obediençia y guarda de reglas, que es cosa tan sobrenatural y mannada daquella diuina gratia, quanto yo por mis imperficiones no puedo dizir.

Ordenó *tamen* [1] muchas cosas á la usança desa san[ta] casa, y halló en los hermanos buen aparejo para emprimir muchas otras que ya començaua á hazello, sino que en el mejor fué llamado del P. Doctor [2]: esperamos por él para los principios, y con su uenida se espera hazer muchas cosas de mucho seruiçio del Señor.

En los maestros a nuestro Señor mostrado este año su misericordia y el deseo que tiene del bien de las ánimas, que con auer en la ciudad enfermos, y junto con nos los collegiales, y en casa auer hermanos dolientes, no enfermó ninguno, y lleuaron por bondad del Señor el peso de sus trabajos mui bien. En casa auerá aora ocho enfermos, cinquo dellos algo flacos, pero no peligrosos; los otros uan conualesciendo: lo que no es mucho entre tantos y tiempo de tanto calor.

En el mes de Junio se hizieron vnas disputas en este collegio en la capilla muy solemnes, ansí en la edificacion como en las letras: vinieron á ellas los principales de la vniuersidad, ansí el Rector como maestros, y tambien hun hombre, que aquí embió el Rey para uisitar la vniuersidad, que allá estuuo por embaxador: llámase Balthasar de Faria, que es mucho con nos. Vinieron los que auian de disputar muy aparejados por la gran crédito y openion que tienen de los nuestros, y duraron vn dia por la mañana de las 7 hasta las 10 horas, y á la tarde de las 3 hasta media despues de las seis: y con ser dia de gran calor, vinieron tantos que no vuo lugar para argumentaren sino los doctores. Los nuestros lo hizieron tam bien, que todos fueron admirados de cómo les deshazian sus argumentos y con tanta facelidad. Fueron muy bien rescebidos por Miguel de

1 P. Ludovicus Gonzalez.
2 P. Dr Michaël de Torres, Provincialis.

Sosa, perfecto de los estudios. Vuo por la mañana vna oraçion en uerso, que recitó vn hermano con mucha satisfaçion, y por la tarde otra en prosa, que hizo vn estudiante, muy buena.

Los studiantes tienen sus exerciçios acustumbrados, que hazen con mucha satisfacion de sus maestros y de todos: ay entrellos muchas disputaciones, y orationes, y declamationes, en prosa y uerso, y muchas *publice,* juntos los cursos con las demas classes, que es vn buen auditorio; estas orationes se hazen en loor de las fiestas de nuestro Señor y de nuestra Señora, y mártires, y Santos otros. Ansí en esto como en los themas de sus maestros se haze mucho prouecho, porque á bueltas del gusto del latin gustan las cosas de Dios; porque todos sus exercicios lleuan estas suaues medicinas: ellos se huelgan mucho con ellas y añaden otras de su cabeça: ellos están ya en esto con tanto asiento, que es para loar al Señor. Ándanse aora aparejando para los principios con enigmas y orationes, y un diálogo que haze el P. Pedro Perpiñan, y espérase ser estos principios muy buenos á gloria del Señor.

Anse ydo por estos tiempos calurosos muy pocos studiantes en comparacion de los años passados. Con los collegiales que tenemos á cargo se tuuo trabajo por enfermar muchos, y dellos tan peligrosos que, se no vsaran con ellos de charidad, fuera mucho biuir; y esto por estar lexos de sus patrias y no les poder uenir presto lo necessario: á algunos recogeron en casa, y se embiaron á conualescer á las patrias: llegaron este año á cinquoenta, y por no tener casas no son más: ay entre ellos muchos muy nobles y hijos de señores principales del reino, que los embian aquí sus padres por la buena criança y doctrina que aprenden. Espérase que el Rey les dé vn collegio junto con nos, por lo tener ansí ordenado, en que pueda auer grande número dellos.

El P. Don Leon [1] es ydo para Lisbona: quedó en su lugar el P. Miguel de Sosa, y juntamente con tener cuidado de los studios, como dántes, paréçeme que hasta proueer el P. Doctor.

Vino agora de Euora para leer vn curso el P. Marcos Jorge, el qual es muy deseado de los studiantes, y andan muy aluoroçados con su venida, porque se espera ser este vn buen

[1] P. Dr. Leo Enriquez.

curso: el Cardenal [1] lo no queria alargar sin que le diesen el P. Don Leon, que agora está en Lisbona para partir para allá.

No ay que más se ofresca escriuir á V. P. de las cosas esenciales á esta. Estos sus hijos todos se encomendan en la bendicion y sanctos sacrifficios y orationes de V. P., y ansí de los padres y hermanos desa sancta casa.

De Coimbra, del Setiembre 1556 [2].

Mínimo hijo de V. P.,

Monclaro [3].

Superscriptio in quarta pagina: † Al muito R.do en X.o Padre el P. Mestre Ignatio Prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Coimbra. Quadrimestres del mes de Set.e

---

Praecedentium (fratris Francisci)? Monclaro litterarum latina versio [4].

†
IHS

Summa Dei Opt. Max. gratia ac amor magis magisque in nostris animis augeatur. Amen.

Multa sunt, Pater amplissime, tibi scribenda illorum, quae Creator ille huius mundi ac Princeps Deus in hoc collegio, cum maximo omnium virtutum incremento, quatuor his praeteritis

---

1 Henricus, Lusitaniae Princeps, Eborensis Collegii conditor.

2 Verba haec *De Coimbra, del Setiembre 1556* addidit manus antiqua et certo romana.

3 Sic, tum hic, tum in versione latina mox subjicienda, nomine non expresso. Existimamus autem hunc esse illum Franciscum Monclaro, qui, natus Visonii, Societatem Conimbricae ingressus est et, post emissam quatuor votorum professionem, in Indiam tandem anno 1569 navigavit. Vide Franco, *Synopsis annalium Societatis Jesu in Lusitania*, ad an. 1569, nn. 21-24.

4 Autographa duplici folio, nn. 549 et 550.

mensibus fecit singulisque diebus facit. Quod quidem nobis animum ac uires addere deberet, ut quoduis onus, licet arduum ac difficile, libentissime aggredi non dubitaremus: et hoc Dominum facturum, cum propter ingens animarum commodum, quod, illo duce, nobis ministris longe lateque amplificatum est, tum ut nos ad maiora his foeliciter et pro uotis succedentibus exhortetur, minime nobis dubitandum esse arbitror. Qui, o Pater, huius gentis (hos enim, qui in hoc collegio literis operam dant, fere optimatum filios esse uideo) mente et cogitatione complecteretur commutationem, si aliqua animarum salutis cupiditate teneretur, lachrymas largissime profunderet; plurimas alias regiones daemonis seruitute constrictas uidens, cum nulla opportunitas sit ut illas ad suauissimum Christi iugum trahere possimus; in hac autem quae propter indomitam ac pene barbaram naturam signa difficilis ac ardui itineris prae se ferebat, tam foeliciter esse successum. Quis uideret adolescentes ita ineptiis suis inuolutos, ita supplicii expertes, nunc adeo praeceptis ac magistrorum castigationi parentes? Quis homines iuramentis, aut, quod peius est, periuriis ita addictos, nunc ab illis ueluti a re quadam insolita ac penitus inusitata abhorrentes? Et certe non parum ruboris omnibus nobis inferre deberet, quod non multum operae, studii, diligentiae, laboris ad animorum nostrorum perfectionem conferamus, ut templa Domino olim consecrata, nunc uitiis omnibus coinquinata mundare possemus. Ille, cuius nutu et arbitrio omnia reguntur, non nos debiles ac minime ad id aptos respiciens, omnium animos a daemonis turpissimo iugo ad suam ditionem redigere dignetur, nobisque uires augere, ut ad huius minimae Societatis finem cum maximo ipsius honore peruenire possimus.

In hoc collegio modo sumus 103 fratres, praeter eos qui sunt in antiquo collegio, in quo nunc domus probationis est, qui sunt septem et uiginti: aliqui Olyssipone et Ebora ueniunt ut operam literis dent: sunt multi, qui id exercent, qui cum clarissimo optimorum morum documento maximos simul in studiis literarum progressus faciunt, nouitii praecipue, quod est mirandum, cum non multum temporis religioni impenderint. Pater Ludouicus Gonzalez, cum huc uenit, multos in scholis posuit, illos ad literarum studium amplissimis verbis excitans, simulque tona *(sic)* constituit, quae antea cum tanto ordine non habe-

bantur. Singulis diebus in refectorio habetur concio; qua in re aperte uidemus quanta cura in hac minima Societate tuenda ac amplificanda a Deo adhibeatur: cernere enim fratres, admodum in religione tyrones, tanta de Deo dicentes, nonnisi cum magna admiratione aliquis potest: et illos ita a propria uoluntate alienos, ita animi utilitatibus vacantes, qui intueatur, non poterit non manifeste uidere illud, quondam discipulis dictum, nobis etiam promissum esse: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.*

Ego quidem, mi Pater, ingenue fateor mihi penitus verba deesse, quibus uel summam illorum, quae in his tuis nouis filiis (noui enim cum in religionis tempore, tum in aetatis annis sunt) uideo, explicare possim: ac si praeteritis meis criminibus, contra omnia tuentis ac regentis Dei potestatem admissis, tristitia ac dolore afficerer, lachrymas continere non possem, cum multos videam, quos aliqua grauioris criminis macula aspersos affirmare quis certo non posset ob annorum innocentiam ac morum integritatem, adeo ueluti maximis peccatis susceptis angi ac cruciari, adeo obedientiae subiectos, et constitutiones ac sacramentum quoddam seruantes. Hoc unum dico, eius diuinam indolem, uel potius uirtutem, hominum fidem excedere ac superare, et a Deo illo, omnium bonorum auctore, fluxisse, quam ego tot criminibus inuolutus explicare minime possum.

Multa praeterea P. Ludouicus secundum istius domus morem instituit, fratresque ad id optime praeparatos inuenit, et in incoepto persisteret, nisi a Patre Doctore uocatus esset: illum ad Calendas Septembris, qua die anni principium in hoc collegio celebrari solet, expectamus, cuius aduentu non mediocriter omnia confirmabuntur, plura etiam, prout Deo placebit, de integro fient.

Omnibus praeceptoribus hoc anno Christus misericordiam impertitus est, ostenditque aperte quantum animorum salutem desideraret; nam cum passim in tota ciuitate homines uariis morbis tenerentur, nobisque coniuncti domestici, quos collegiales appellamus, cum aliqui fratres etiam aegrotarent, nullus tamen illorum in morbum incidit, sed grauissimi laboris onus sibi impositum omnes, Deo iuuante, sustinuerunt. Domi octo fratres aegrotant: quinque, ingrauescente morbo, non tamen adeo ut inde mors consecutura uideatur, anguntur; caeteri uero,

ab aegritudinis ui recreati, optimam corporis constitutionem reparant: quod quidem tam rapidi caloris tempore non est mirandum.

Mense Junio publicae in hoc collegio habitae sunt disputationes celeberrimae, quibus adfuerunt totius Academiae principes cum praefecto: adfuit etiam uir quidam, quem Rex ut ipsam Academiam renouaret misit: dicitur Balthasar a Faria, qui etiam in istam ciuitatem legatus a Rege missus est: hic nobis maxime fauet, Societatemque unice diligit ac charam habet. Qui erant disputaturi satis parati uenerunt, propter opinionem quam de nostris conceptam habent, cui non mediocriter responderunt: omnes enim admirabantur quod omnium argumenta minimo negotio confutarent. Disputationes mane habitae sunt a septima usque ad decimam, a prandio a tertia usque ad sextam; et cum dies caloris esset maximi, tot uenerunt, ut solis doctoribus argumentandi locus relinqueretur. Mane habuit orationem carmine compositam frater quidam, quae omnibus ualde placuit: postea scholasticus aliam oratione soluta.

Ii, qui literis operam dant, solita exercent munera, quae cum summa omnium congratulatione obeunt; habentur frequenter disputationes, orationes, declamationes, carmine et oratione soluta, quibus Diui laudantur, saepissime coram uniuersa academia: qua in re, cum in humanioribus disciplinis, tum in Dei Optim. Max. desiderio, multum proficiunt: omnia enim illorum exercitia his suauissimis condiuntur pharmacis, quibus ipsi maxime delectantur; nec solum illa componunt, sed augent et de suo late amplificant. Omnes aenigmata et orationes, quibus anni principium celebretur, praeparant, simulque agendus est dialogus, quem Pater Perpinhan composuit: haec principia celeberrima futura speramus; quod si, ut credimus, fiat, id Deo acceptum referendum arbitror.

Hoc feruentissimi caloris tempore, si rationem praeteritorum annorum habeamus, paucissimi discesserunt scholastici. Cum domesticis, quorum cura nobis est imposita, aliquantulum laboris pertulimus; multi enim illorum cum grauissimo uitae periculo in morbum inciderunt, quos nisi diligentissime curaremus, e uita fortasse discederent; magno enim interuallo a parentibus distabant, ita ut non facile ea, quae sibi necessaria erant, inde quaerere possent: aliqui illorum domi curati sunt,

et in patriam missi, vt firmam corporis ualetudinem ibi obtinerent; hi omnes hoc anno fuerunt quinquaginta; non enim plures domus capere poterat. Inter illos sunt summorum uirorum et totius Lusitaniae Principum filii, quos huc parentes non solum propter literas, sed etiam propter liberam et ingenuam educationem mittunt. Regem illis collegium quoddam nobis coniunctum, quod plurimos capere possit, daturum speramus, quod ita iam constitutum ac decretum est.

Pater Leo Olisiponem profectus est, cui successit Pater Michaël a Sousa cum simul studii sit praefectus, fortasse donec Pater Doctor aliud instituat. Huc uenit Pater Marcus Jeorgius, ut in primo cursu doceret, qui omnium scholasticorum uotis expetitur; de illo enim maxima sperant. Princeps Henricus eum dimittere nolebat, nisi illuc Pater Leo mitteretur, qui modo est Olisipone ut illuc inde contendat.

Nihil aliud est, Pater optime, quod ad te scribam. Hi omnes tui filii tibi se totos tradunt, optantque ut illos tuis orationibus ac sacrificiis Deo commendes, quod etiam ab omnibus patribus ac fratribus, qui in ista domo versantur, illos exigere arbitror. Vale.

Tuus minimus filius,

Monclaro.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en X.° Padre el P. M. Ignatio prepósito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: Jesus. Quadrimestre latina, (credo) sia de Coimbra del Maggio del 1556 [1].

---

[1] Non bene legerat, qui haec scripsit, sermonem in his litteris fieri de rebus etiam quae *mense Junio* gestae fuere.

DL

P. Robertus Clayssonius
Ex commissione Patris Joannis Baptistae Viola,
Patri Joanni Polanco.
Billomo, 2 Octobris 1556 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Quae a proximis literis quadrimestribus, quarto Calendas Junias scriptis, pro negotiorum varietate, quibus undequaque premimur, Reuerendae P. tuae communicanda suadet sacrae obedientiae religio, breuiter ac summatim proponemus: *quippe quae ante menstruis literis praemissis fere omnia fusius enarrauerimus.*

Igitur vt a sacramentorum atque adeo diuini verbi ministerio exordium sumamus, R dus Praepositus noster *Dominus* Baptista Violaeus, *Dominus* [2] Hieronymus Bassius [3], ego denique, licet indignus *(quamquam et Dominus Nicolaus, quantum per literariae professionis occupationes licet, scholasticorum confessionibus audiendis operam suam impertiat)*, sacramento tum Poenitentiae tum Eucharistiae administrando inuigilamus; plerisque primarii ordinis matronis, mensibus singulis sacramentum confessionis repetentibus, scholasticis vniuersis, numero facile quingentis, idem ex more facientibus, potentioribus aliquot ciuibus solito saepius hoc saluberrimum aduersus omne vitiorum venenum animi alexipharmacum sumentibus. Nec desunt qui dominico quoque die, *defaecatis conscien-*

[1] Autographae duplici folio, nn. 284 et 285 Quae deleta vel mutata a Polanco fuere, de more, *italicis* characteribus exscribemus; emendationes vero in annotationibus subjiciemus.

[2] *P[ater]*. POLANCUS.

[3] *et Nicolaus* addidit Polancus. Hic erat P. Nicolaus Bellefille, Lotharingius.

tiae penetralibus, Synaxeos mysterium frequentent, quorum numerus vberius paulatim accipit incrementum. Feriis Assumptionis Mariae Virginis supra quinquaginta *nostro ministerio* [1] coelestem illum panem exceperunt. Res hic erat inaudita ac plane insolens sacramentorum frequentatio, quae vtriusque sexus cuiusque ordinis hominibus magis magisque familiaris euadit.

Ab aegrotantibus, consolationis adferendae ac plerumque confessionis audiendae gratia, hinc inde accersimur, haud absque prouentu spiritali neutiquam poenitendo. Restitutiones haud levis ponderis passim fiunt ab his, qui nobis confitentur, Christo Domino auctore.

Feriis Natiuitatis Marianae haud exiguus communicantium coetus sacellum nostrum (a canonicis nostro relictum vsui intelligo) decorauit.

Quantum ad Euangelii ministerium attinet, Biliomi diebus dominicis ac feriis solemnioribus aut Domino Hieronymo aut mihi ecclesiastae munus iniunctum ab alterutro praestatur. Dominus Hieronymus Claromonte, apud Montemferranum [2], apud Sanctum Cyricium [3], et alibi concionatus, haud vulgare sui reliquit desiderium. *Nam apud Montemferranum, festo Eucharistiae concione habita, in proximam quadragesimam desiderabatur. Ego vero* [4] in vrbe, cui Aquasparsa [5] nomen est, in ciuitate claromontana, in oppido Cornonensi [6], apud Ambertinos, *in Monasterio Stellensi et in aliquot pagis* [7] concionibus habitis, suauem *Christi* sparsi *odorem, ita ut a Claromontensibus, ab Ambertinis, ab Aquasparsanis* [8] in proximam quadragesimam efflagitabar. Atqui iam ante annum a R.mo Domino Praesule Claromontano [9], ciuibus Issiodorensibus fides data infringi nequit. Certe verbum Dei vacuum ad nos minime reuertitur, quin penetrabilius omni gladio ancipiti, intima cor-

---

1 *apud nos.* Polancus.
2 Montferrand.
3 Saint-Cyrice? Verum nullum hujus nominis oppidum in Billomi vicinia reperimus.
4 *Per me etiam.* Polancus.
5 Aigueperse, *Puy de-Dôme.*
6 La-Corne?
7 *et aliis in locis.* Polancus.
8 suavem *Christus odorem* sparsit, *et ab eisdem fere omnibus.* Id.
9 Guilielmo du Prat.

dium [1] penetrat, pertingens vsque ad diuisionem animae et spiritus.

Quae Academiae nostrae oeconomiam spectant, ea quidem diuinae Prouidentiae benignitatem noua luce *illustrant omnibusque* [2] reddunt conspicuam. Sub ferias Natiuitatis Joannis Baptistae, Pater noster, Baptista Violaeus, cum fratrum comitatu Biliomum peruenit. Ciues ad gymnasii in proximas Magdalenes ferias praeparationem se accingunt suis impendiis, quamquam locus, scholae exercitiis modo destinatus, ad tempus dumtaxat huic vsui seruiat. Re omni probe confecta, confluit tanta discipulorum turba, vt gymnasium aegre capax sit. Nam fere quingenti classicos praeceptores [3] (qui quinque sunt numero) frequentant, exceptis his, qui theologicam lectionem accedunt, et Alphabetariis, qui intra priuatos parietes, paedagogi sui opera vtuntur. Numerus accrescit in dies magis ac magis, speramusque ante festa Natalitia frequentiorem cateruam. Delectat ciues, atque adeo canonicorum Collegium, discipulorum tanta turba diebus singulis sacrosanctum Missae sacrificium insolita quadam modestia frequentans, cui frequens hominum coetus assistit hora septima matutina. Singuli professores classici horas tres, partim auctorum enarrationi, partim discipulorum in mutuis concertationibus exercitationi, ante meridiem, ac totidem post prandium impendunt. Primariae classi praefectus est Leonhardus Masserius, qui, pridie inchoationis studiorum, orationem in bonarum artium encomium, cum summa circumstantis coronae gratia, in summo templo habuit. Alteri praeest Dominus Nicolaus Lotharingius. Tertiam administrat Lodouicus Gerardinus. Quarto ordini praesidet Jacobus Morellius Extremum locum occupat Oliuerius [4], natione Picardus, qui e collegio [5] Parisiensi in Aruerniam commigrauit. Hi probe suo funguntur munere, quo fit, vt longe lateque Societatis rumor cum illustri Christi gloria *propagetur* [6]. Ego quidem S. Lucae euangelium ex professo enarrare pergo cum auditorum benigno applausu. Certe cumulatissimus in Christi horreum nostris su-

---

1 *per ipsius gratiam* addidit Polancus.
2 *omnibus*. ID
3 praeceptores *nostros*. ID.
4 Oliverius Hameleus. Vide supra, t. III, pag. 541.
5 collegio *nostro*. POLANCUS.
6 *Propagetur* scripserat Clayssonius; sed illud delevit Polancus et restituit.

doribus fructus convehendus est, Christo, summo agricola, agrum Aruernicum excolente. Praepositus D. Baptista dextre ac solerter cum R.mo Episcopo [1] (qui huc Lutetia concessit) et ciuibus atque canonicis negotia peragit. Dominus Petrus Canalis, Rector Collegii nostri, curam sibi iniunctam fideli ac sedula industria Deo nobisque exoluit.

R.mus Dominus [2] solito nos fauore prosequitur, quem potius intendere beneficiorum cumulo videtur. Nam aedibus conductitiis in habitationem nobis traditis, supellectilem necessariam nobis comparandam curauit. Amictum singulis subministrauit, frumentum, vinum ac *ducentas libras* [3] victui necessarias suppeditauit. Pollicetur decem francorum millia Collegii aedificio extruendo, praeter redditus annuos, quos ad *quingentas sexcentasue libras* [4] pollicitus est ante annum. Calicem argenteum, cum caeteris ornamentis sacrificio necessariis, nobis subministrauit *liberalissime*. Sane liberaliter se gerit erga nos, pro sua humanitate, quam nuper exhibuit erga me, paululum valetudinarium, dum mox me Euscopiam ad se accersiuit valetudinis recuperandae gratia. R.dum Patrem nostrum haud raro, vt de negotiis cum eo conferat, ad se venire iubet. Faxit Christus vt R.di Patris nostri Ignatii, iam in coelum sublati, suffragiis negotia omnia promoueantur.

Vale, Pater obseruandissime, nostri memor apud Deum nosque uniuersis Patribus fratribusque commendatos habeto.

Biliomi, secundo Octobris 1556.

Imperio Praepositi nostri P. Baptistae.

R.dae P. tuae minimus in Christo filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

Superscriptio in quarta pagina. R.do in Christo Patri Dno. Joanni Polanco, Patri meo obseruandissimo. Romae.

Alia manu: 3. Jhus. 1556. Biliomi. Quadrimestres 2 Octobris.

Et alia: Emendata.

Vestigium sigilli.

---

[1] Gulielmo du Prat.

[2] Dominus *Episcopus*. POLANCUS.

[3] *pecuniam*. ID.

[4] *quingentos sexcentosve francos*. ID.

DLI

Thomas Romanus,
Ex commissione Patris Eleutherii Pontani,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Bibona, 3 Octobris 1556 [1].

†

La pace de Christo abondi sempre nelli cuori nostri. Amen.

Essendo la uolontà uostra, Reuerendo in Christo Padre, che ogni quatro mesi rendiamo conto a V. R. P. del stato delle cose sucesse, ho racolto certi capi de quelle cose che sonno acadute nel mese de Maggio, Giugnio, Luglio, et Agosto, quale pareuano più degne di essere annotate, le quale mando a V. R. P. con le presente; et aciò incomenciamo dalle cose priuate.

Tutti per gratia d' Iddio se sonno portati assai bene, sforzandosi ogniuno de seruare le regule, et d' edificare sopra il fondamento delli loro uoti l' edificio di tutte quante l' altre uirtude. Alchuni se sonno retrouati alquanto infermi, ma in puocho tèmpo si sonno rehauti, eccetto il nostro fratello Guido Antonio, al quale il Sig.or Iddio a ogni sua fatica et insieme con la uita ha posto fine; et quasi nel medesimo tempo nel quale habiamo saputo esser' il nostro P. Ignatio andato al cielo, perche habbiamo inteso che sia morto a l' ultimo de Luglio doe hore doppo leuato il sole, et il fratello nostro Guid' Antonio l' ha sequitato la notte sequente: et così in un' giorno l' uno et l' altro ariuati sonno al termine della uita presente.

Le scole nostre sonno assai frequentate con gran' frutto delli scolari, così nelle lettere, come nelli costumi, alchuni delli

[1] Autographae duplici folio, primo n. 168, altero non numerato.

quali essendo totalmente desperati, et poca speranza dando a noi et alli loro parenti de megliorarsi, finalmente a meglior' speranza sonno redutti. Molti ogni mese si confessano et si comunicano, et pensano de lassare il mondo et intrare in qualche religione per seruire a Iddio. Oltra di questo ne sonno stati oferti da loro parenti, accioche da noi fusseno acettati. Et sonno alcuni altri, alli quali saria molto grato stare con esso noi, ma non li acettiamo subbito, accioche col' prolongare uediamo quanto fermo stiano nelli loro buoni propositi.

Li segni della mutatione della loro uita sonno assai manifesti, conciò sia che dalle persone riceuano assai capelli, quando sonno chiamati santucci, quando hipocriti, et per beffe di santità li toccano come reliquie, il che non sarebbe si pari fossero de costumi. Li figlioli molto bene imparano la dotrina christiana, et si delettano de cantarla in casa et fuor di casa, et questo non senza grande piacere de chi l' odeno.

Il numero delli scolari sonno circa 170, et al più de ducento ne haueressimo, se non fusse la inuidia de alchuni, li quali anno seminato certi cattiui rumori de noi, et posti in timore li cittadini, accioche non mandino li loro figlioli alle nostre, ma alle loro scole. Pochi sonno quelli che uengono alle prediche et alla dotrina christiana, parte per esser cosa noua et insolita, parte anchora non anno potuto uenire per esser' occupati circa la recolta.

Nel mese di Maggio et Agosto molti se sonno confessati et communicati, et mai manca di confessare. Alli infermi quasi ogni giorno siamo chiamati. Molti inimici per gratia d' Iddio si sonno fatti amici, delli quali doi erano principali della città de Xacca: l' hospitale, il quale è apresso al collegio nostro, sempre ci da materia de confessare: l' incarcerati anchora ci danno gran' guadagnio spirituale, delli quali cinque, essendo menati a giusticiarsi [1], furono dalli nostri consolati, et uno di loro retirato dal baratro della desperatione, perche staua in questa sententia che l' anima insieme col corpo hauesse da morire.

Alcuni ciarlatani nel istesso giorno della Pentecoste erano montati in bancho per dare parole al populo, il numero del

---

[1] Prius scriptum erat *al martirio;* sed aut eadem Thomae, aut alia satis antiqua, manus id cancellavit et superscripsit *a giusticiarsi*.

quale era assai grande, ma noi fecemo che cessasseno, aciò che un giorno tanto santo non imbratasseno de parole sporche et immonde come loro sogliono.

Vna certa donna, la quale un' soldato teneua per concubina da tre anni, se fugì in questa città, facendosi comune a tutti; uenendo di poi il soldato per remenarla o per amazarla, procurassimo che ritornassero in gratia, et che si confessassino et maritassero, il che per gratia de Iddio, senza spesa alcuna loro, fu fatto.

Doe uergine hanno deliberato de consecrarsi a Christo, et molte altre il medesimo fariano, se non fosseno dalli loro parenti impedite, le quale le uoriano maritare, benche contra lor' uoglia.

L' odore di questo collegio si è sparso alle città uicine, di modo che li cittadini di Xacca, terra che si può mettere tra le più nobile di Sicilia, pensano di fare un' collegio et di questo con noi ne hanno ragionato.

Altro non dico se non ch' io domando perdonanza del tempo così pocho utilmente passato, conciosia che io doueua in questo tempo del metere fare magior messe spirituale; pur' procurarò per el tempo da uenire, ciò che insino a qui s' è mancato, de refarlo; et acciò fare lo potiamo, humilmente domandiamo l' aiuto delle orationi de V. R. P. et de tutti li altri padri et fratelli che iui in Roma stanno.

Di Biuona, a dì 3 de Otobre 1556.

Per comissione del nostro Padre Rettore.

Di V. R. P. il minimo delli figlioli uostri.

THOMASSO ROMANO.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do in Christo Padre il Padre M.o Jacobo Laynes, substituto della Compagnia di Jesus, in Roma.

Alia manu: 1556. Biuona. Quadrimestre 3 d' Ottobre. R. a 13 di Xbre.

DLII

P. Eleutherius Pontanus
P. Jacobo Laynez, Vicario.
Bibona 3 Octobris 1556 [1].

Jesus, Maria.
3 Octobr. 1556.

Pax X.i

Quae Maio, Junio, Julio et Augusto proxime elapso annotanda, ut ad te, alioquin semper occupatissimum, perferri possent, occurrunt, haec sunt.

Res priuatae, ut hic incipiam, recte Dei beneficio se habuerunt, singulis in hoc elaborantibus ut, seruatis Societatis nostrae institutis, in pace ac dilectione uiuamus: omnes, super firmissimum religiosae uitae fundamentum (triplex, dico, paupertatis, castitatis, obedientiae uotum) sedulo caeterarum uirtutum superstruunt aedificium. Aduersa ualetudine nonnulli laborarunt, uerum breui omnes conualuerunt, praeter unum Guidonem Antonium, qui simul laborare desiit et apud nos uiuere, eodem pene tempore, quo sanctissimum Patrem nostrum Ignatium ad coelos migrasse accepimus, nocte nimirum, quae diem illum pridie calendas Augusti proxime excepit. Praecessit Pater Ignatius: successit filius Guido Antonius, ut qui uiuenti maximum semper honorem detulerat, eumdem quoque morienti

[1] Apographae, duplici folio, primo n. 169, altero, cujus tantum remanet superior pars, non numerato.—Vere sunt latinum praecedentium Thomasi Romani litterarum exemplum; sed quia in quibusdam nec levis quidem momenti differunt, et ab alio, Rectore scilicet Bibonensis Collegii, subscriptae sunt, eas hic distincto loco et numero ponimus.

exhiberet. Nam cum tota nocte illa, quae Patri Ignatio fuit ultima, Guido Antonius in agone laborasset, non tamen mortuus est; uerum sub horam undecimam matutinam aut duodecimam, quo tempore P. Ignatius spiritum exhalauit, ad se reuersus: "mira, inquit, hac nocte ostendit mihi Dominus, quorum memoriam, si superuixero, nulla unquam delebit obliuio„: quae cum humilitatis conseruandae causa non aperiret, tamen subindicare uisus est, de Patris nostri Ignatii transitu aliquid sibi reuelatum; addidit enim uenisse sibi in mentem agonis Sancti Ignatii, feris Romae expositi, atque ab iisdem iugulati: quod semper sanctus senex optauerat [1]. Itaque ad sequentem noctem superuixit ut patrocinio P. Ignatii, iam in coelum recepti, tutior ex hac uita decederet. Haec de Guidonis nostri obdormitione paulo prolixius, quod iuuenis singularis humilitas, ac uita sanctissime exacta non hac tantum commemoratione, uerum longissima quoque oratione digna esset.

De scholis nostris hoc habeto: frequentari eas magno discipulorum, tum in literis, tum in moribus, fructu, quorum nonnulli cum essent perditissimi, exiguamque nobis ac parentibus melioris uitae spem praeberent, ad saniorem tandem mentem sunt perducti. Confessionis communionisque sacramenta plerique singulis mensibus percipiunt, et de mundo relinquendo cogitant. Tres ultro parentes nobis obtulerunt, si forte in nostrum illos contubernium admitteremus. Sunt et alii, quibus gratissimum esset si possent in nostram Societatem admitti: verum non statim uoti compotes fiunt, ut ostendat dilatio quam firmis radicibus innitatur, quod prae se ferunt, nobis cohabitandi desiderium; mutatae in melius uitae certissima dant indicia, quae quotidie excipiunt ab externis scommata, dum se nunc sanctos, nunc hypocritas, vocari audiunt; dum se a praetereuntibus, reliquiarum in modum, extremis digitis irrisorie attingi uident: quorumdam uero in eos usque eo procedunt odia, ut obuios non pugnis tantum, uerum lapidibus etiam impetere audeant, quibus iniuriis minime afficerentur, nisi mores illis dissimillimos haberent, a quibus haec patiuntur.

Doctrinam Xianam., qui abecedarii sunt, felicissime ediscunt, et, numerorum deliniti modulis, domi forisque decan-

---

[1] Brevissime haec attingit ORLANDINI, *Hist. Soc. Jes.*, lib. XVI, n. 16.

tant, non sine magna audientium uoluptate. Summa discipulorum centum plus minus septuaginta, ducentos facile excessuri, nisi plurimos nobis subtraheret quorumdam inuidia, qui, sparsis per urbem sinistris de nobis rumoribus, ciuibus timorem incusserunt, et ne a suis scholis abductos filios ad nostras deducerent effecerunt. Nunc ad ciues ipsos ueniamus.

Ad conciones et doctrinae christianae lectiones pauci conueniunt, partim propter rei nouitatem et insolentiam, partim quod, circa agriculturam occupati, illis interesse non potuerunt. Confessi sunt et communicarunt plurimi Maio et Augusto; nec unquam desunt qui parati sint confiteri: atque hac in parte sacerdotum ac monachorum negligentia huic nostro labori multo maximum affert in Christo emolumentum.

Ad aegrotos quotidie fere uocamur; inimici multi amici, Deo iuuante, facti sunt, quorum duo uiri erant urbis Xaccae primarii; xenodochium, in custodia publica detenti quoque, bona pars sunt nostrae messis; quorum quinque cum ad supplicium ducerentur, nostra opera non parum adiuti sunt. Vnus etiam ex desperationis barathro reuocatus, cum in ea esset haeresi, ut putaret animam cum corpore desituram. Circulatores aliquot ipso die Pentecostes in forum prodierant, populo, qui frequentissimus conuenerat uerba daturi; sed effecimus ut illis indiceretur silentium ne diem tam sanctum impuris, ut solent, vocibus profanarent. Mulier quaedam concubinaria, quae a milite (cui se a tribus annis prostituerat) profugerat, seque in hac urbe omnibus sui copiam facturam receperat, militi, qui huc eamdem uel secum reducturus uel interfecturus venerat, reconciliata est et reddita, non sine foenore; nam concubinatus in uerum matrimonium uersus est: et uterque confessus, superiorum annorum culpas poenitentia salutari diluit. Duae virgines Christo se consecrare statuerunt: plures idem erant facturae, nisi a parentibus, inuite quodammodo ac coacte, uiris essent traditae.

Iam bonus huius Collegii odor ad uicinas urbes se diffudit, ut Xacca, inter praecipuas Siciliae urbes numeranda, de Collegio Societatis extruendo cogitet, ac saepius ea de re nobiscum egerit. Quid praeterea dicam nescio, nisi ueniam orem tam infructuose transacti temporis. Dabimus autem operam, ut progressu temporis sarciatur quicquid hactenus ea in parte peccatum est; ad quod orationum tuarum caeterorumque romanorum

patrum ac fratrum patrocinium humiliter imploramus. Vale, obseruande in Christo Pater.

Biuona, quinto nonas Octobris anno 1556.

Tuorum in X.° filiorum minimus,

ELEUTHERIUS PONTANUS.

In quarta pagina haec tantum leguntur: 1556. Biuona quinto nonas Octobris. Q. S.

DLIII

P. Joannes Rethius
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Coloniae, 3 Octobris 1556 [1].

IHS

Gratia et pax Domini Nostri IESV Christi sit semper in cordibus nostris.

Missas ad nos literas de foelici R.^{di} Patris nostri Ignatii ad coelum migratione, nuper, R.^{de} Pater, recepimus. Quibus legendis primum quidem non parum contristati omnes sumus ob tanti Patris *amissionem* [2]; post uero plurimum consolati quod eum non tam amisisse, quam ad Christum praemisisse uideamur, quo et ipse praemium laboris reciperet, et nobis locum praepararet, gratiamque uberiorem impetraret.

Quoniam autem tempus *appropinquat* [3], quo R. T. de fructu

[1] Autographae, olim in vol. *Germaniae Epistolae mixtae, VII,* in quadruplici folio, nn. antiquis 275-277, recentioribus 335-338, nunc autem N. 1. Quarti folii prima facies nitida est, altera tantum continet superscriptionem. Pauca in iis emendavit Polancus, quae nos pro more indicabimus.

[2] *absentiam.* POLANCUS.

[3] *accedit.* ID.

hic collecto certiorem facere conuenit, quam breuissime id iussu Superioris nostri facturi sumus. Superioribus itaque diebus et Archiepiscopo et eius suffraganeo priuati sumus [1]: *quorum obitus plurimum angit eos, qui norunt cujusmodi sunt, qui nunc in eorum locum forte cooptandi essent. Reddit et haec* [2] res Senatum nostrum non parum solicitum *reddit*, qui hanc sibi commissam ciuitatem in uera et catholica religione conseruari perpetuo cuperet, ut multis argumentis clare ostendit. Certe sic suos in officio continet, ut nemo, quantumuis haereticus, palam aliquid committere audeat, quod a catholico alienum sit, ni forte exilio mulctari uelit. Bonos omnes unice amat, et magno honore afficit; quemadmodum et nos quotidie experimur.

Consul uterque huius anni, *pro singulari eorum in omnes religiosos et bonos charitate*, D. Arnuldus Sigenius et D. Hermannus Sudermannus [3], paterne admodum nos complectuntur. Quorum ille *cum alias* frequenter, *tum superioribus proxime diebus*, tam humaniter nobis omnem suam operam obtulit; ut in non modicam spem erectus sim, fore ut Societas nostra per illum multum adiuuetur. Hic uero nostram causam plane suam fecisse uidetur: *adeo* [4] nostro in negotio diligenter laborat, atque si proprium esset. Data occasione aliqua, *quamvis* [5] minima, honorificam admodum nostri mentionem facit apud eos, qui opem nostris rebus afferre posse putantur, nosque eis sedulo admodum commendat. Nuper etiam quemdam magni nominis uirum nostro nomine accessit, et cum eo serio plane de rebus nostris egit; et ualde eis succenset, quibus minus nostra uidentur esse cordi. Bene propterea nobis uolunt, atque id re ipsa manifeste ostendunt multi alii praeclari Senatores; imo totum fere eum ordinem deuinctum consuetudine tenemus.

Nondum tamen nobis collegium dederunt, non quod nolint (uolunt enim quam maxime) sed quia hactenus nullum uacuum

---

1 Joannes Nopel von Lippstadt, suffraganeus, vivere desiit 6.ª Julii 1556 (Braunsberger, l. c., pag. 215, annot. 3); Adolphus autem von Schauenburg, Archiepiscopus, 20.ª Septembris ejusdem anni 1556 (Gams).

2 *quae*. Polancus.

3 Arnoldus von Siegen et Hermannus Sudermann. Hansen, l. c., pag. 261 et 279.

4 *tam*. Polancus.

5 *vel*. Id.

fuit. Cum autem paucis ante diebus D. Jacobum Leichium ex nouo Coronarum collegio iusserint emigrare [1]; nobis illud tradendum plane confidimus. Haec de Senatu.

Theologi omnes et Rectores bursarum cum eorum collegis magno nos studio et beneuolentia prosequuntur; nescio quid praeclari Vniuersitati, opera ac diligentia nostrorum, accessurum sperantes. Quare et prompti ac libenter plane ad lectiones, cum studiorum humanitatis ac literarum, tum Sacrosanctae etiam Theologiae *enarrandas* nos admiserunt. Sed ea conditione, ut in facultate Theologica *promotiones susciperemus* [2]. Alienum enim a consuetudine esse aiunt, non promotis potestatem facere in scholis alios docendi. Quapropter, consiliis amicorum acquiescentes, superioribus diebus pro bacalaureatu respondimus; hodie, ut spero, ad *professionem* [3] admittendi.

A bona insuper parte ciuium, cuiuscumque tandem ea sit conditionis ac ordinis, omnique studiosa iuuentute afficimur summo honore. Ex quo facile colligimus, quo in nos Colonienses sint animo.

His omnibus uero et id accedit diuini beneficii, quod nobis deest nihil; licet redditibus nullis, aut paucis admodum adhuc iuuemur.

Interim hanc nos excolimus uineam ea ratione, qua possumus, populo concionando, confitentes audiendo, et iuuentuti aliquid interpretando. R. P. Leonardus [4] domum et filios suos regit. Sumus autem modo Sacerdotes sex, et laici decem, et hi magna ex parte nobiles. Praeter hos *est* [5] modo in exercitiis dominus cuiusdam *terrae* [6] prope Neomagum, quem nobis adiungendum prorsus confidimus. Multi etiam aliis aut nobis adscribi, aut ad exercitia admitti permultum desiderant, quorum precibus R. P. Leonardus morem gereret, nisi loci angustia prohiberetur. His omnibus ut bene sit, curat dominus Leonardus; et praeterea confessiones frequenter audit, et infirmos saepe inuisit. Vicini nostri, et multi alii, inter quos est et mater mea, singulis diebus dominicis communicare pergunt. Ego

---

1 De his quaedam apud HANSEN, l. c.
2 *ad gradus solitos promoveremur.* POLANCUS.
3 *doctoratum.* ID.
4 P. Leonardus Kessel.
5 *versatur.* POLANCUS.
6 *oppidi.* ID.

etiam in fratre lucrifaciendo multum laboraui; sed hactenus inde parum retuli, nisi bonam spem. Quare eum orationibus fratrum commendatum percuperem.

M. Franciscus Costerus in publica Schola Artium magna cum laude et omnium admiratione adolescentibus circiter ducentis interpretatur Sphaeram Joannis Sacrobusti [1]. Vnde, si non plenam messem, saltem spicas aliquot Societas collegit. M. uero Henricus Dionysius et ego, prorsus indignus, dominicis et sanctorum festis diebus, alternatim concionamur in aede Sanctae Agathae; in qua, licet hactenus paucae admodum conciones habitae sint, sitque locus a turba paulo remotior; non tamen sedulo eo uenire piget uiros et mulieres nobiles ex remotioribus urbis partibus.

Amandauit autem P. Leonardus superioribus diebus M. Henricum Dionysium Neomagium, quo multorum piis desideriis satisfaceret. Vbi et sexies aut septies in summo templo, in maxima hominum turba atque frequentia, non sine ingenti fructu est concionatus, ut exitus declarauit. Ostenderunt enim egregie tunc re ipsa Neomagenses, quam bono erga Societatem essent animo. Et collegium canonicorum ad R. V. scripturum credimus.

Frater etiam noster Henricus Dionantensis, *laicus* [2], non sine utilitate in patria et Leodii fuit. Dionanti quidem humaniter admodum exceptus fuit a canonicis et decano, qui et illi plenam illic concionandi fecit potestatem. Concionatus est in duobus templis aliquoties, et cum rumor esset eum concionem habiturum in summo templo, maior eo solito turba confluxit. Canonici huius loci, et ciues aliquot, sex de Societate habere multum desiderant, qui clerum, populum, et iuuentutem instituerent. Multi illi confiteri uolebant, multi etiam suos filios obtulerunt Societati. Leodii autem multum uidere desiderant Collegium Societatis; prius tamen unum aut alterum concionatorem, per quos Societas paulo magis populo innotesceret. In quem usum Fratrem nostrum Henricum retinuissent, si eum bona pace P.tis V.ae fieri potuisset. Necessaria non defutura promittunt.

Haec sunt, R. P., quae clementissimus Deus operari digna-

---

1 Vide supra, t. III, pag. 611, annot. 1.
2 Henricus Somalius, nondum sacerdos, natus in urbe Dinant.

tus est in his partibus per filios suos, quos sanctis tuis et fratrum omnium precibus humiliter commendamus. Salutant R. P. T. Dominus Leonardus, M. Henricus Dionysius, M. Franciscus Costerus et caeteri omnes quam officiosissime. Bene ualeat R. P. T. in Christo semper.

Coloniae Agrippinae, pridie S. Francisci A.º 1556.

Seruus tuus indignus,

JOANNES RETHIUS.

In ora inferiori folii 338, alia manu: P.e Fran.º Portugallo, Aragon, Loreto, Bologna, Ferrara, Parigi, Perugia. P. Fran.co [1].

Superscriptio in secunda pagina folii 338: † = R.do in Christo Patri M. Jacobo Laines, Uicario generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1556 = Colonia. = A M.ro Joanne Rhetio 3 Octobris = R.ta 19 Nouembris.

---

[1] Vide supra, pag. 56, annot. 1.

DLIV

Angelus Pullicinus,
Ex commissione P. Pauli d' Achillis,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Panormo, 5 Octobris 1556 [1].

IHS M.ª

La somma gratia et amor eterno di G. X.º N. S. sia sempre et cresca nelli cuori nostri. Amen.

Molto R.do in X.º Padre: Il tempo già ne amonisce scriuere alla R. P. V., secondo il costume della nostra Compagnia, tutto quello che in questi quattro mesi già passati la diuina bontà si è quì degnata per noi, suoi minimi operarii, far' a magior gloria sua et utilità del nostro prossimo. Per ciò m' ha parso tutta la summa del frutto spirituale ridurre a tre capi con quanto maggior breuità far si potrà, secondo l' ordine della santa obedientia.

Et prima comenciarò dalle confessioni, dalle quali principalmente prouiene quasi tutto il frutto spirituale. Perche oltra quella moltitudine d' ogni stato, che ordinariamente nella chiesa nostra si confessa, spetialmente nelle feste principali, sono molti che quasi ogni giorno per il medesimo effetto chiamano i nostri Padri: ma non possiamo a tutti sodisfare, perche altri sono chiamati dinanzi, o per la medesima, o uero per altra causa, altri sono impediti nei negocii di casa.

Tra quelli che s' hanno confessati, sono stati alcuni (non so se li dobbiamo chiamare concubinarii o mariti) i quali dispreg-

[1] Autographae duplici folio, primo sub n. 162, altero non numerato. – Sunt italicum exemplum litterarum Arnoldi Conchi, quas latine scriptas dedimus supra, pag. 504, n. DXLIV, ubi, si quid est, quod declaratione indigeat, jam declaratum est.

giate le ceremonie del S.mo matrimonio, contra l' antiqua et commune consuetudine di maritarsi, per la sola fede data dall' uno al altro s' erano congiunti insieme: la qual machia tanto era inuechiata, che non senza somma difficultà s' hanno possuto adurre a celebrare le legitime noze: s' ha fatto però finalmente con l' aiuto della diuina gratia che tal persone pentite di cossì grandi errori, il letto che prima haueano turpissimamente machiato, facendo de i figliuoli quasi in un certo concubinato, dopo con castissimo matrimonio lo santificassero.

Se sono anchora sedati et tolti uia molte contentioni, discordie, et odii di longo tempo et inuechiati tra mariti et mogli. L' altrui robba, che da molti se possedeua iniustamente, è stata per mano delli nostri Padri alli proprii padroni fidelmente restituita. Non pochi furno grauati et carichi de i peccati di molti anni, altri 4, altri 6, altri 8, altri 12, li quali mai dinanzi haueano confessati, che lasciato, imo gettato dalle loro spalle, tanto graue peso, non senza dolore et pianto sono stati per noi al misericordiosissimo Signore riconciliati. Molte elemosine habbiamo procurate, per le quali alcune orfane se maritassero; altre in augmento del diuino culto in uarii luoghi et monasterii, parte per sostentatione dei poueri, habbiamo distribuito.

La chiesa nostra anchora è stata liberalmente aiutata da una donna molto santa, la quale si morse li giorni passati. Peroche offerse molti scuti ad uno dei nostri Padri, con li quali s' è comprata una bella custodia deaurata, doue si conserua il Sanctissimo Sacramento. Non contenta di questo, dinanzi che s' infermasse in pericolo di morte, disponendo assai bene delle sue cose, oltra l' altre elemosine, che lasciò a poueri et religiosi, sono stati alcuni doni molto belli per furnimento della nostra sacristia. Questa donna, Padre, era uedoua, nobile et ricca, et molto diuota. Perche, oltra le domeniche, si communicaua anchora fra settimana alcune uolte: et tanto era dedita alle cose diuine, che tiraua seco non solamente la sua fameglia, la quale molto grande haueua, ma la sua madre anchora, matrona uenerabile, et altre gentil donne, con suoi essempi et essortationi, alla uera pietà: et a noi daua non poca materia di lodare l' omnipotente Dio. La cui morte la madre, fratelli, et sorelle, li serui, et finalmente li uicini tanto più grauemente hanno sentita, quanto essa era sostentatione degli altri magiori, et pru-

dente gouernatrice, et ben costumata maestra della casa sua. Diceua il P. Juuenale, suo confessore, di lei, alla qual è statto presente nella sua morte, che mai quella felice anima peccò mortalmente; qual sia stata la sua morte, la R. P. V. pò conietturare: perche tutti sappiamo questo, che non pò niuno morir male, il qual ha uissuto bene. Ma non è bisogno in ogni cosa particolare far dimora. Però quel che resta delle prediche, et delle schole, breuemente percorreremo.

Nella chiesa nostra, per comandamento della santa ubidienza, io hó cominciato da doi mesi in qua o poco più a predicare, peroche il nostro R. P. Don Paulo per le sue graui occupationi non pò commodamente a questo attendere; gli auditori restano per l' Iddio gratia sodisfatti, quanto ho possuto intender' et uedere. Si predica etiamdio in diuersi monasterii de monache, et quanto possiamo intendere, non senza frutto. Perche molti mossi per le prediche in quelli fatte, hanno mutato la passata uita et alcuni hanno intrato in religione. La dottrina christiana l' insegna il P. M. Pietro Venusto il venerdì. Li Padri et fratelli hanno le loro Parochie nella città, dal Padre destinate, doue ogni domenica s' insegna la dottrina Xiana. alli figliuoli con alcune utili essortationi, le quali ascoltano molti della plebe. Et questo basta quanto alle prediche: uegniamo alle schole.

Il numero de i scholari è assai frequente; nondimeno molto più senza dubio n' haueressimo si le schole non fussero a un certo modo rigettate et nascoste in un cantone et angolo della città. Le quale, oltra dell' incommodità che hanno per il sito della città, edificata in una gran ualle come in una concha, hanno anchora dell' altre incommodità. Perche sono edificate in loco, doue li maestri tutto il tempo dell' està con li scholari grandissimo caldo senteno, o per meglio dire, brugiano di caldo. La qual cosa hauendo inteso l' eccellenza del Vicerè, comandò per lettre al Magistrato che, si fosse in questo alcuna cosa d' emendare, che n' hauessero diligente cura.

Venne senza troppo dimora il Pretore col Senato, et tutte le schole diligentemente considerorno. Ogni schola li recitò il suo epigramma, altre greco, altre latino: li rhetorici recitorno la sua oratione in lode del senato, et ciò con tanta ammiratione et sodisfattione di tutti quanti, che oferseno se stessi in tutto quello che fosse di bisogno, et presto determinorno con spesa pu-

blica far le schole in altro luogo assai più commodo; onde speriamo che s' hauerà di raccogliere molto più gran frutto.

Benche per la diuina benignità non è poco quello che insino a questo tempo habbiamo colto. Et ciò manifestamente se uede per li buoni costumi de i scholari, molti delli quali si confessano et communicano ogni domenica: et però cossì nel spirito come nelle lettre fanno molto più frutto de gli altri, per l' aiuto più grande che riceueno del Signore in sapere più meglio et fruttuosamente spender il tempo, et non fanno gli altri che più raro frequentano i santi Sacramenti. Di quelli, che cossì spesso riceuono il santissimo Sacramento, sono molti che hanno grandissimo desiderio d' essere riceuuti nella nostra Compagnia; ma non si riceuono senon quelli che sono prima stati ben prouati et che per humil prieghi con grande instanza et ardente desiderio lo domandano, acciò dopo, soffiando un piccol uento, non si partino dal proposito ch' hanno fatto. Cinque giouani di molte buone parti, li quali da molto tempo desiderauano essere della Compagnia, pocho tempo fa sono stati riceuuti, nei quali riluce una certa speranza di bontà et santità. Un di loro è figliuolo d' un giurato di questa cità, il quale dimenticato della sua nobiltà, non altramente tra gli altri se diporta, che si fosse il più basso et uile di tutti gli altri. Il 5.° ultimamente riceuuto è di anni circa uinti doi, figliuolo d' un certo dottore di questa terra, e, come appare, ben robusto; il quale, quasi dalla fanciulleza, nelle nostre schole ha imparato greco, latino et hebreo, cossì ornato di queste et altre scientie, che con difficultà si potrebbe trouare un altro di la medesima età simile, cossì in lettre come in buone costume, quì in Palermo. Sono anchora alcun' altri forastieri che domandano et desiderano molto d' esser riceuuti; nel numero dei quali è un dottor in legi, huomo cossì d' età come di costumi graue, il quale da doi anni ha sentito di continuo certi instinti del Signore ad intrare nella nostra Compagnia, et al presente dice sentirli molto più grandi che prima: la onde con gran diligenza et instanza supplica N. P. che lo uogli riceuere quanto più presto far si pò: la qual cosa presto con l' aiuto del Signore li sarrà concessa. Perche hauerà confirmato la sua uocatione con frequente confessione et communione più che ha fatto per il passato, et con essercitii spirituali.

Queste sono, Padre, le cose in breuità che ce hanno accascate questi quattro già passati mesi, operando in noi la bontà di Dio nostro Signore. V. R. P. raccomandar si degni tutto il nostro ossequio et trauagli a Dio N. S., acciò di quelli sia glorificato, et per noi continuamente supplicare la sua diuina Maiestà ci fauorisca.

Di Palermo, alli 5 d' Ottobre 1556.

Per commissione del N. R. P. Don Paulo.

Della R. P. V. indegno in Giesu X.º figliuolo, et inutil seruo,

ANGELO POLLICINO.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in X.º Padre il P. M.º Giacomo Laynez, Vicario generale della Compagnia de Giesù. A Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Palermo. Quadrimestre delli 5 d' Ottobre.

DLV

Caesar Helmus
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Venetiis, 24 Octobris 1556 [1].

IHS

Pax Xpi. etc.

Molto R.do Padre in Xpo.

Breuemente dirò a V. R. le cose che da Maggio in qua per noi, indegnissimi figliuoli di V. R., il Signor ha operato a vtilità et salute dell' anime.

Primamente circa le confessioni, i giorni di festa et di lauoro il Padre M. Alberto [2] et io siamo stati occupati tanto, che appena mai siamo potuti andare all' hora ordinaria a pigliar la solita necessità corporale. Hauemo ascoltati assai confessioni longhe et generali, et non senza grande guadagno dell' anime: perciò che tanto questi che hanno confessatosi generalmente vltimamente, come anchora quelli che, dal principio della venuta della nostra Compagnia a questa Ill.ma Città, attendono alla confessione et communione ogni settimana, ci danno tanta speranza che habbino a perseuerar' nel buono spirito et oper' sante della giustitia, et sono tutti tanto humili, deuoti, et inferuorati de charità, che (oltre che col suo essempio tutti quanti quelli, che alla vera et salutifera penitenza, et a essercitarsi nella frequente confessione et communione, inuitano et guadagnano in effetto a Xpo., ancorche quì fossemo diece sacerdoti, non pottressimo ascoltarli in confessione, nè instruirli, come

[1] Autographae unico folio, n. 79.
[2] P. Albertus Ferrariensis. Vide supra, t. III, pag. 17.

ci pregano, nella oratione et a ben far la confessione generale). Certe persone deuote et nobili, marauigliandosi della fermezza che hanno nel star all' orationi, sogliono dir' queste o simili parole: "O Giesù buono! quanto laudabile et marauigliosa cosa è veder' questi giouani nell' orationi loro! o quanto sono humili, deuoti et feruenti! Non paiono imagini o statue immobili, quando fanno le loro orationi insegnateli dali preti del Giesù, et quando ascoltano le messe?„

Quasi tutti questi, hauendo hauto l' instruttioni ouer essercitii della prima settimana, et hauendo gustata la dolcezza dell' orationi, lettioni et raggionamenti spirituali, per non si lasciar del tutto priuar' della medesma dolcezza, si sono dispartiti in molte parti, et hanno eletti alcuni che mostrano esser stati più essercitati nelle cose spirituali, acciò ognun de essi eletti habbia cura, chi di otto, chi di diece, et conduca a qualche chiesa: et iui recitano l' officio della Madonna fin' a nona auanti la confession: poi si reconciliano et pigliano il santissimo Sacramento ogni domenica et quasi ogni festa, et quél che de tali giorni gli auanza, recitato che hanno la compieta et sette psalmi penitenziali, attendono a legger' et parlar' delle cose de Dio, et con li loro raggionamenti tanti huomini conuertono et conducono alla nostra chiesa per confessarli, che tutto mi commouono ad hauergli vna compassione grande a veder con quanto dolor' si partono, non potendosi confessar' nè pigliar' alcuna instructione o modo de orar', et generalmente come desiderano confessarsi; et tanto più che, per esser gran parte poueri, non possono supplir' nelli giorni de lauoro, bisognandogli di lauorar per uiuer'.

Quando io dichiarauo li sette psalmi penitentiali, quali lassai per li bandi fatti dalla S.ria della sanità [1] nel tempo del principio di questi sospetti, acciò niuno più predicaśse, veneua molta gente, quale con tanta attentione, silentio et deuotione pareua mi ascoltasse, che non potrei facilmente dirlo Il che mi diede occasione, che quasi tutta quella mia solita roscezza et vergogna (de la qual credo V. R. si sia accorta) mi sono sforzato a lasciar': perch' era causa che mi facea pronunciar' molto inettamente le cose; et così comincio più presto a te-

[1] Sic, ut et in latina versione *Dominio Sanitatis*.

mer' la compiacenza et gloria vana che la vergogna solita. Hora V. R. pò pensar' quello accaderia se qualch' vn de nostri di buona vita et dottrina venisse a predicar' qua: quando con tanta deuotione et attentione io, che sono sommo peccator' et indottissimo (come V. R. sa), era ascoltato da tutti: et però prego il Signore et V. R. si degni proueder' al desiderio, bisogno et deuotione di questo populo molto deuoto et sitibondo della parola de Dio.

Alcuni, sendo da noi ammoniti che, auanti d' esser assoluti, bisognauagli de restituir l' altrui, l' hanno fatto diligentemente et sono venuti a pigliar l' assolutione et a dir che se li altri confessori li hauessero come noi astretti, che l' haueriano fatto. Del tutto sia gloria et laude a Dio, autor' d' ogni bene. Di quelli che frequentano, come di sopra, li Santissimi sacramenti, tre o quattro, et forsi più, speriamo presto saranno accettati nella religione de capuccini et zocculanti. Sono alcuni altri, che desiderano venir' nella nostra Compagnia, di buone parti et conditioni; et quelli massime, de quali altre volte ho scritto a V. R., perseuerano nel istesso proposito, desiderando esser auisati da V. R. doue et quando hanno andar'.

Nel Collegio di Venegia adesso siamo quattro soli: li tre in casa attendono alli essercitii in casa diligentemente, et a far progresso nelle virtù. Piaccia al Signor' dar a tutti gratia di conoscer' et adempir' perfettamente la sua santissima voluntà.

Di Venegia, alli 24 di Ottobre 1556.

Di V. R. indegnissimo seruo in Xpo.,

CESAR' HELMI.

In altera pagina loco superscriptionis, sed eiusdem Patris Helmi manu:

Lettere quadrimestri del collegio de la Compagnia di Giesu in Venegia.

Alia manu: Jesus. 1556. Vinegia. Quadrimestre delli 24 di Ottobre.

Praecedentes Patris Caesaris Helmi litterae in latinum conversae [1].

✝
IHS

Pax Xpi. etc.

Admodum R.de in Xpo. Pater.

Paucis dicam Vestrae Reuerentiae ea, quae a mense Maii hactenus per nos, indignissimos filios V. R.tiae, Dominus peregit ad animarum vtilitatem et salutem.

Primum quidem quoad confessiones, feriatis profestisque diebus P. Albertus et ego occupati fuimus vsque adeo, vt vix vnquam potuerimus nos conferre hora consueta seu ordinaria sumptum corporis necessitatem. Audiuimus nonnullas, et eas longas et generales, confessiones, nec sine magno animarum lucro. Nam tum ii, qui nobis generaliter ac nouissime confessi sunt, verum etiam illi, qui, a principio aduentus Societatis nostrae ad hanc Ill.mam ciuitatem, hebdomariae confessioni vacant et communioni, tantam nobis praebent spem in bono spiritu et operibus sanctis iustitiae perseuerandi, et adeo omnes humiles, deuoti et in charitate feruidi sunt, vt (praeterquam quod suo exemplo quotquot ad veram salutiferamque poenitentiam et in frequenti confessione et communione sese exercendos alliciunt ac revera lucrifaciunt Xpo.), etiamsi hic decem essemus sacerdotes, non possemus eorum confessiones omnium audire, neque illis satisfacere, instruendo (ut par est et rogant) ad bene orandum et generaliter confitendum. Quidam deuoti et nobiles ipsorum stabilitatem et immobilitatem in orationibus admirantes, dicere solent haec aut his similia verba: "O bone Jesu, quam laudabile et admiratione dignum est videre hos adolescentulos in suis orationibus! o quam humiles, deuoti ac feruentes sunt! Nonne videntur immobiles statuae, quando fundunt

[1] Autographae unico folio, n. 78.—Deleta a Polanco *italicis* distinguemus; addita subjiciemus in annotationibus.

orationes suas, quas docti sunt a presbyteris Societatis Jesu, et quando audiunt sacra?„

Fere omnes ii, quum spiritualia exercitia primae hebdomadae peregerint, gustauerintque orationum, lectionum et colloquiorum spiritualium dulcedinem, ne sinant omnino se eadem dulcedine priuari, multas in partes sese distinxerunt, ac inter se quosdam in spiritualibus rebus magis versatos selegerunt, vt horum quisque curam gerat, quidam de octo, aliqui de decem, quosque ad aliquod templum ducat: ibique B.tae Mariae Virginis, vsque ad nonam, antequan confessi sint, horarias preces recitant simul. Deinde confitentur et sacram suscipiunt synaxim, singulo quoque die dominico et festo. Quod vero eis festorum superest dierum, recitatis completorio et septem poenitentialibus psalmis, vacant lectionibus diuinisque eloquiis: et suis colloquiis tot homines conuertunt conducuntque ad nostram ecclesiam ad confitendum, vt totum me commoueant ad magnam compassionem, quum videam illos magno cum dolore recedere non valentes confiteri, neque instructionem aliquam aut orandi modum generaliterque confitendi suscipere, vt desiderant: et eo magis me mouent, quo eorum pro maiori parte quum sint pauperes, profestis diebus supplere nequeunt; oportet enim eos laborare vt viuant.

Quum septem psalmos poenitentiales in ecclesia interpretarer (quos dimisi propter publicam prohibitionem a dominio sanitatis factam a principio pestiferi temporis, ne quis amplius hic concionaretur), frequens admodum adesse solebat populus, qui tanta attentione, silentio ac deuotione videbatur me auscultare, vt vix dicere possem. Id quod mihi occasioni fuit, vt omnem fere solitum meum ruborem illum seu verecundiam (quam te nosse arbitror) conatus sim a me abiicere: erat namque mihi in causa, vt inepte admodum omnia efferrem; *sicque incipiebam magis complacentiam ac gloriam vanam, quam verecundiam aut ruborem, timere.*

Hinc iam Tua R.tia animaduertere potest quid fieret, si quis ex nostra Societate, exemplari ac sancta vita ac doctrina praeditus, hic concionaretur, quando tanta deuotione atque attentione me, *summum omnium peccatorem atque indoctum (vt Tua R. bene nouit), omnes* auscultauerint. Quapropter Dominum et Tuam R. precor, vt dignemini prospicere deuotioni ac

desiderio sancto populi huius admodum deuoti sitientisque verbum Dei.

Quidam a nobis moniti vt aliena ante absolutionem restituerent necesse esse, diligenter obediuerunt, reuersique sunt *propter habendam absolutionem, et asseruerunt quod si alii*[1] confessarii eos (vt nos fecimus) astrinxissent, vtique idem effecissent. De omnibus gloria sit, laus et honor Deo, totius boni auctori.

Ex iis, qui frequenter (vt supra dixi) communicant, tres saltem aut quatuor, et forte plures, speramus in capuccinorum et zoculantium ordinem cito admittendos. Quidam alii in nostram cupiunt admitti Societatem, et illi praecipue, de quibus alias Tuae R. significaui, perseuerant in eodem proposito, cupientes a T. R. certiores fieri quo et quando *ituros esse velit*[2].

In hoc collegio Veneto nunc tantum quatuor sumus. Tres domesticis negociis diligenter attendunt et vt in virtute progressum faciant. Placeat Domino N[ostro] impartiri omnibus gratiam vt cognoscamus perfecteque impleamus eius sanctissimam voluntatem. Amen.

Venetiis, nono kal. Nouembris 1556.

T. R. P. indignissimus seruus in Xpo.,

Caesar Helmus.

In altera pagina haec manu ipsius Patris Caesaris scripta leguntur: Litterae quadrimestres collegii Societatis Jesu. Venetiis.

Alia manu: Jesus. 1556. Venetiis. Quadrimestres 24 Octobris.

---

[1] *absolutionis gratia, et affirmarunt quod si alii.* Polancus.

[2] *ituri sint.* Id.

DLVI

Alphonsus Hernandez,
Ex commissione Patris Gasparis Loarte,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Genua, 31 Octobris 1556 [1].

IHS

Admodum R.de Pater.

Gratia et pax Christi, etc.

Inardescit quippe animus meus, et ad maiora in dies aggredienda excitatur, si quid strenue in hac nostra christiana militia a nostris gestum accipio, quod et caeteris contingere non dubito; ideo, quamuis parui momenti videantur, quae hic a nobis hoc quadrimestri acta sunt, literis tamen his exaranda curaui sanctissimae obedientiae iussu, cum ut eorum uoluntati, qui ad maiora inflammantur, auditis, quae ubique gentium a nostris fiunt, tum uero maxime, ut consuetudini Societatis nostrae satisfecisse uideamur.

Exordiar *igitur primum* ab animarum profectu, ad *quarum salutem* omne nostrum consilium, studium atque diligentiam conferendam ducimus: *idcirco,* quoad nostra fragilitas patitur, medicinam illis salubrem *nitimur* afferre, confessionem nimirum sacramque Eucharistiam, ad quam sumendam frequens hominum ac mulierum multitudo ad nos confluit, tam diebus feriatis quam festis, perfrequentiorque (ut existimo) accedet, *quod* haec communicandi frequentia, ante aduentum nostrum prope inaudita, viget iam a plurimisque probatur: mirum in

[1] Autographae duplici folio, nn. 127 et 128. Eas integras exhibemus, tantum *italicis* characteribus annotando quae a Polanco vel deleta vel mutata fuere. Caeterum eas, prout e Polanci manibus evaserunt, infra exhibebimus.

modum stupescunt plerique, cum vident nos, nulla spe pretii aut mercedis adducti, confessionibus aliisque solitis Societatis nostrae ministeriis vacare: adeo enim contraria consuetudo *inualuit,* ut nonnulli arbitrentur non recte peccatorum nexibus se liberatos nisi pecunia intercesserit. Nec desunt qui dicant crebrius se ad confessionem accessuros, si pecunia, quae solui solet, illis suppe*ditaret:* ii uero, cognita *nostra consuetudine,* non raro confitentur.

Nec solum domi aut in ecclesia confessionibus audiendis vacatur, *imo et* ab aegrotis saepe Patres accersuntur. Nonnumquam et ab his, qui in triremibus commorantur: in his R. P. Doctor Loarte [1], accersitus a nobili quodam ac *ingenuo* uiro, *cui nomen est Pizarro,* integram *in* vitae illius seriem confessione audiuit. *Hic vir, cum paucis abhinc annis indorum Regnum affectasset, deprehensus, in triremes fuit relegatus* [2].

Et quoniam de confessionum frequentia nobis est sermo, minime silentio praetermittendum existimo, quonam pacto R. P. Rector opem tul*er*it *cuidam* nobili uiro, cuius animae *salus* omnium fere sententia desperabatur. Nam cum *hic* multis tentationum fluctibus a daemone agitaretur, eo redactus est, ut mortem sibi consciscere de*creuerit,* optimum fore sibi persuadens mortem oppetere, ne toties Deum peccatis lacesseret. Nactus igitur quadam die occasionem, solus in abditiori domus parte cultro pennario grauissima sibi uulnera inflixit. Dei tamen misericordia, quae praesto est omnibus, illi omnino non defuit; cum enim niteretur tempora ipsa cultro transfigere, ut nullus locus vulneris curationi relinqueretur, continuo (miraculum sane *magnum)* de manibus culter delapsus, in duas diuisus est partes, ita ut non sufficeret capitale iam vulnus inferre. His ita peractis, ipse quadam poenitentia ductus, ubi se collegit, admirans maximam Dei erga *seipsum* misericordiam, suamque detestans insaniam atque furorem, Patrem nostrum Rectorem quamprimum accersiri iubet; qui cum celeriter, ut res postula-

---

[1] P. Dr. Gaspar Loarte, qui Collegii Rector erat.

[2] Sapienter haec delevit Polancus. Nam aut *hic vir* non erat Pizarro et Patrem Gasparem Loarte fictis narrationibus fefellit, aut, si Pizarro nominabatur, eum P. Loarte, cognominis similitudine in errorem adductus, existimavit esse Ferdinandum Pizarro, qui tunc temporis adhuc vivebat et in carcere, non in triremibus, detinebatur poenas luens non quod *Indorum regnum affectasset,* sed quod alia crimina patrasse accusatus erat.

bat, accurrisset, crimina illi sua detexit magno cum animi dolore; tantoque fuit diuino accensus amore, ut, etsi vulnerum graui dolore *cruciabatur*, semper tamen Deum in ore haberet Christique passionem, cui animae suae salutem acceptam referebat. Tandem post triduum, alacri animo maximaque spe, animam exhalauit coram Patre nostro Rectore, quem nunquam a suo latere discedere volebat. *Nam (ut verum fatear)* plurimum *illi* adiumenti *attulit nostri Patris* praesentia, *qui,* proposita semper ante eius oculos diuina misericordia, *quae non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur et viuat,* abduxit a *quadam* animi desperatione, quae illius animo altis defixa radicibus inhaerebat: *hoc enim sibi persuaserat, tantam esse suorum scelerum immanitatem, ut uel diuinam etiam lenitatem atque mansuetudinem superarent.*

Cum hic celeberrimus sit portus, facilisque in Hispaniam transitus, quotidie fere hispanorum plerique ad nos veniunt flagitantes, nunc in rebus spiritualibus auxilium, nunc uero aliis in rebus, quae ad victum attinent, quibus (quoad possumus) opem ferimus. Qua in re tacere non possum quo pacto e daemonis manibus quidam *hispanus nostra opera, Deique* auxilio *intercedente,* fuerit liberatus. Cum enim ille, iamdiu egressus ex dominicanorum coenobio, cui se uotis astrinxerat, militarem disciplinam exercuisset, tandem, conscientiae stimulis agitatus, ad pristinum ordinem reuerti constituit, cui, hoc animo ex nostro egredienti collegio, statim occurrit miles quidam, cuius familiaritate in bello fuerat usus; qui miserum hunc hominem ui ad triremes ire coëgit, ut ibi stipendia militaria mereret, minis terroribusque, si id facturum negaret, perterrefaciens; itaque pauper ille, inuitus aliquandiu in triremibus detentus, occasionem quodam die nactus, ad nos confugit. R. P. Rector, cognita illius *necessitate,* eleemosyna hinc inde a nobilibus ciuibus corrogata, vestem monachalem emit, atque ita eum demisit, *quo* ad Generalem sui ordinis *proficisceretur.*

Pater noster Rector bis in hebdomada concionatur (ut de frequentibus exhortationibus, quas apud mulieres, quas conuersas uulgo vocant, habet, interim taceam) diebus dominicis et festis, necnon diebus veneris, cuius doctrina non pauci ad bonam se recipiunt frugem. Nam praeterquam quod scholasticis plurimum prodest, si quid in lectione veneris dicatur, quod

magis ad puerorum parentes attinere videatur, hortatur eos ut idem patribus inculcent: itaque filii patrum fiunt concionatores, quod, *ut omittam* maximum *afferre* emolumentum, summae *tamen* est omnibus admirationi. Sunt et alii etiam duo ex nostris, qui alio in templo, maxima cum auditorum utilitate, *legunt* diebus itidem dominicis ac festis: *itaque semper nitimur uerbum Dei ubique disseminare. Faxit Deus ut tandem aliquando fructus uberrimos colligamus.*

Pater Iacobus [1] primum sacrum celebrauit publice in ecclesia, quae non longe a collegio nostro abest; ibique Pater Rector, cum offerendi tempus accessisset, concionatus est, extollens sacerdotis dignitatem, quantaque esset reuerentia colendus. Deinde discipulus quidam Patris Iacobi habuit orationem eiusdem fere sententiae, coram frequenti multitudine, quae ibi aderat. Mirabantur plerique quam ob causam *(quod semper hic fieri solet)* nullam pateremur offerri pecuniam, *quod quidem ab* omnibus probabatur, experientia ipsa *eo tunc* cognouerunt nos non sua, sed eos tantum quaerere.

Credo iam Paternitatem Tuam aliis meis literis accepisse, chartarum ludo huiusce ciuitatis homines summopere deditos esse; consuetudinemque hanc pessimam in alteram veluti naturam esse conuersam; quam, licet expellat furca, ut ille ait, tamen usque recurrit [2]; quae labes quantum afferat detrimenti, uel hinc maxime intelligi potest, quoniam tenuissimi quique atque pauperrimi, qui per totam hebdomadam laboribus franguntur, quo possint victum sibi comparare, tanta tenentur ludendi cupiditate, ut diebus festis, quicquid maximo cum labore acquisierunt, dilapident atque profundant. Huic adeo pernicioso ac inueterato morbo fratres nostri cupientes aliquam curationem afferre, omnem (quod aiunt) mouerunt lapidem, nec desistunt adhuc; quinimo, desiderio salutis animarum maiores in dies vires spiritui suppeditante, cursitant per urbis loca *flagrantes diuino amore,* oblitique suiipsorum, libenter atque aequo animo ferunt maledicta, quae in ipsos ab improbis coniiciuntur. Denique quo difficilior est haec prouincia, quam subeunt, eo

---

[1] P. Jacobus, quem Polancus in *Chronico,* t. vi, *Doegius* appellat, Braunsberger, l. c., pag. 404 et 405, et Hansen, *Rheinische Akten,* pag. 238, *Dogius.*—Is Lovanii fuerat mense Julio anni 1553.

[2] "Naturam expellas furca, tamen usque recurret.„ Hor., *Ep.* lib. i, x, v. 24.

uberiores fructus decerpuntur; nam uidere licet fratres nostros, magna hominum caterua constipatos, ad collegium nostrum reuerti, quos uerbo diuino inescarunt. Tunc singuli nonnullos eligunt, quibus viam Christi aperiunt, atque ad confessionem sacramque communionem excitant: nec frustra; nam plerique, moribus omnino mutatis, *audientes sunt dicto fratrum, eamque* uiam ingrediuntur, quae ad aeternam salutem *recto tramite* perducit.

Denique, ne singula referens, longius quam par est progrediar, sacellum nostrum diebus festis forum mercatorum dixeris, si hominum frequentiam intueri velis; nam si sermonum, qui uicissim ibi conferuntur, habenda sit ratio, longe dissimillimum apparebit: in illo nihil, nisi de augenda re familiari, tractatur: at in hoc animarum salus in omnium ore versatur. *Hinc euenit nostros a perditis formidari, qui, simulac eos aduentare intelligunt, se in pedes coniiciunt, relicto ludo; a bonis unice amari, qui, quantum coniectura assequi possumus, bonam de nobis animo imbibere opinionem;* saepe *etenim* urbis primores Patris nostri Rectoris opera utuntur, *si quando de* rebus maximi momenti *consulatur,* praesertim inquisitores haereticae prauitatis, *qui nostro consilio atque sententia iuuari nonnunquam summis precibus efflagitant.*

Modo nobis a senatu offertur ecclesia quaedam D. Jacobi [1] cum coenobio, quod fuit monachorum *D. Augustini, quae nullum aliud incommodum prae se ferre videtur, nisi quod a ciuium frequentia aliquantulum distat. Duo tresue sacerdotes ex nostris petuntur, qui ibi commorentur; reliquis uero fit potestas manendi ubi modo est collegium nostrum:* locus sane est amoenissimus: nihilominus, *cum negotium in nostris sit manibus situm,* rebus omnibus *longa discussione* pensatis, *decernemus* tandem *quid* fieri debeat.

In hoc collegio omnia, quae in aliis fieri solent, fiunt: singulis mensibus a Patre Rectore habetur exhortatio quaedam de obedientia et regularum obseruatione, non sine magno spiritali profectu; nam qui ex se in obedientia excellere conabantur, hi modo, hisce adminiculis adiuti, maiores multo exerunt conatus,

---

[1] Ecclesia Sancti Jacobi in Carignano, olim Patrum Augustinianorum Congregationis Longobardae, postea parochialis.

ne ea in re, quae illis potissimum cordi erat, deficere videantur. Omnes sunt suis studiis satis intenti, in quibus non mediocres faciunt progressus: praeceptores neruos omnes contendunt in erudiendis discipulis, quorum numerus in dies fit maior: *modo erunt 222 et eo amplius.* Exercentur quotidie in disputationibus; die uero sabbati in classibus maioribus theses affiguntur, ut inter se argumentis mutuo confligant, in aliis vero, iuxta puerorum captum, exercitia accomodantur. Prouectiores, *decimo quinto quoque die,* post lectionem doctrinae christianae, quae diebus veneris in templo legitur, habent orationem, quam ipsi subsiciuis horis componunt, *ad quam audiendam nonnulli etiam se conferunt, praesertim puerorum patres, propinqui et familiares, qui, hisce rebus incitati, nobis suos liberos erudiendos committunt.*

Haec sunt, de quibus possumus te certiorem reddere; quae, etsi parua sunt, precamur tamen libenti animo suscipias, nosque Deo tuis in orationibus habeas commendatos.

Genuae, pridie kalendas Nouembris, anno 1556.

R. P. T. filius indignus.

Iussu R.di P. Rectoris,

† Alphonsus Hernandez.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do in X.o Padre il P. M.tro Laynez, Vicario Generale della Compagnia de Jesù, Roma.

Alia manu: Jesus. 1556. Genoua. Quadrimestres vlt.mo Octobris.

Et alia: Emend.

Praecedentes Alphonsi Hernandez litterae a P. Polanco emendatae [1].

†
Jhs

Admodum R.de Pater.

Gratia et pax Christi, etc.

Ut exordiar ab animarum profectu, ad *quem* omne nostrum consilium, studium atque diligentiam conferendam ducimus quoad nostra fragilitas patitur, medicinam illis salubrem *nituntur hi patres* afferre, confessionem nimirum sacramque eucharistiam, ad quam sumendam frequens hominum ac mulierum multitudo ad nos confluit, tam diebus feriatis, quam festis, frequentiorque (ut existimo) *in dies* accedet. Haec *enim* communicandi frequentia, ante aduentum nostrum prope inaudita, viget iam a plurimisque probatur mirum in modum; stupescunt plerique cum vident nos, nulla spe pretii aut mercedis adducti, confessionibus aliisque solitis Societatis nostrae ministeriis vacare: adeo enim contraria consuetudo *hic inualuerat,* ut nonnulli arbitrentur non recte peccatorum nexibus se liberatos, nisi pecunia intercesserit. Nec desunt qui dicant crebrius se ad confessionem accessuros, si pecunia, quae solui solet, illis *suppeteret;* ii uero, cognita *in hac parte nostri instituti ratione,* non raro confitentur. Nec solum domi aut in ecclesia confessionibus audiendis vacatur, *sed* ab aegrotis *etiam* saepe Patres accersuntur. Nonnunquam et ab his, qui in triremibus commorantur: in his R. P. Doctor Loarte, accersitus a nobili quodam ac *insigni* viro, integram vitae illius seriem *in* confessione audiuit. *Idem* opem tulit *alii* nobili viro, *de* cuius animae *salute* omnium fere scientia desperabatur. Nam cum multis tentationum fluctibus a daemone agitaretur, eo redactus est, ut mortem sibi consciscere *decerneret,* optimum fore sibi persuadens mortem oppetere, ne toties Deum peccatis lacesseret. Nactus igitur quadam die occasionem, solus in abditiori domus parte cultro pennario grauissima sibi uulnera inflixit. Dei tamen

[1] Verba, *italicis* characteribus notata, sunt quae manu propria in archetypas literas induxit Polancus.

misericordia, quae praesto est omnibus, illi omnino non defuit; cum enim niteretur tempora ipsa cultro transfigere, ut nullus locus vulneris curationi relinqueretur, continuo (miraculum sane *opportunum)* de manibus culter delapsus, in duas diuisus est partes, ita ut non sufficeret capitale iam vulnus inferre. His ita peractis, ipse quadam poenitentia ductus, ubi se collegit, admirans maximam Dei erga se misericordiam, suamque detestans insaniam atque furorem, Patrem nostrum Rectorem quam primum accersiri iubet; qui cum celeriter, ut res postulabat, accurrisset, crimina illi sua detexit magno cum animi dolore; tantoque fuit diuino accensus amore, ut etsi vulnerum graui dolore *cruciaretur,* semper tamen Deum in ore haberet Christique passionem, cui animae suae salutem acceptam referebat. Tandem post triduum, alacri animo maximaque spe *salutis aeternae,* animam exhalauit coram P. nostro Rectore, quem nunquam a suo latere discedere volebat: plurimum *enim* adiumenti *eius* praesentia *ei attulerat, qui,* proposita semper ante eius oculos diuina misericordia, abduxit *hominem ab* animi desperatione, quae illius animo altis defixa radicibus inhaerebat.

Cum hic celeberrimus sit portus, facilisque in Hispaniam transitus, quotidie fere hispanorum plerique ad nos veniunt flagitantes auxilium, nunc in rebus spiritualibus, nunc uero aliis in rebus, quae ad victum attinent, quibus (quoad possumus) opem ferimus. Qua in re tacere non possum quo pacto e daemonis manibus quidam *eorum, Dei* auxilio, *per nos* fuerit liberatus. Cum enim ille iamdiu egressus esset ex dominicanorum coenobio, cui se uotis astrinxerat, militarem disciplinam exercuisset, tandem, conscientiae stimulis agitatus, ad pristinum ordinem reuerti constituit, cui hoc animo ex nostro egredienti collegio, statim occurrit miles quidam, cuius familiaritate in bello fuerat usus; qui miserum hunc hominem ui ad triremes ire coegit, ut ibi stipendia militaria mereret, minis terroribusque, si id facturum negaret, perterrefaciens: itaque pauper ille, inuitus aliquandiu in triremibus detentus, occasionem quodam die nactus, ad nos confugit. R. P. Rector, cognita illius *penuria,* eleemosyna hinc inde a nobilibus ciuibus corrogata, vestem monachalem *ei* emit, atque ita eum demisit ad Generalem sui ordinis, *a quo in suum gregem, ut ouis, quae perierat, reductus est.*

Pater noster Rector bis in hebdomada *aut saepius* concionatur (ut de frequentibus exhortationibus, quas apud mulieres, quas conuersas uulgo uocant, habet, interim taceam) diebus dominicis et festis, necnon diebus veneris, cuius doctrina non pauci ad bonam se recipiunt frugem. Nam praeterquam quod scholasticis plurimum prodest, si quid in lectione veneris dicitur, quod magis ad puerorum parentes attinere videatur, hortatur eos ut idem patribus inculcent; itaque filii patrum fiunt concionatores, quod *et* maximum *affert* emolumentum, *et* summae est omnibus admirationi. Sunt et alii etiam duo ex nostris, qui alio in templo, maxima cum auditorum utilitate, diebus itidem dominicis ac festis, *verbum Dei proponunt*.

P. Jacobus primum sacrum celebrauit publice in ecclesia, quae non longe a collegio nostro abest; ibique Pater Rector, cum offerendi tempus accessisset, concionatus est, extollens *sacerdotii* dignitatem, quantaque esset reuerentia *colendum*. Deinde discipulus quidam P. Jacobi habuit orationem eiusdem fere sententiae, coram frequenti multitudine, quae ibi aderat. Mirabantur plerique quam ob causam nullam pateremur offerri pecuniam *(ut semper hic fieri solet); sed tandem id* omnibus probabatur, *et* experientia ipsa cognouerunt nos non sua sed eos tantum quaerere.

Credo iam Paternitatem Tuam aliis meis literis accepisse, chartarum ludo huiusce ciuitatis homines summopere deditos esse; consuetudinemque hanc pessimam in alteram veluti naturam esse conuersam; quam, licet expellas furca, ut ille ait, tamen usque recurrit; quae labes quantum afferat detrimenti, uel hinc maxime intelligi potest, quoniam tenuissimi quique atque pauperrimi, qui per totam hebdomadam laboribus franguntur, quo possint victum sibi comparare, tanta tenentur ludendi cupiditate, ut diebus festis, quicquid maximo cum labore acquisierunt, dilapident atque profundant. Huic adeo pernicioso ac inueterato morbo fratres nostri cupientes aliquam curationem afferre, omnem (quod aiunt) mouerunt lapidem, nec desistunt adhuc; quinimo, desiderio salutis animarum maiores in dies vires spiritui suppeditante, cursitant per urbis loca, oblitique sui ipsorum libenter atque aequo animo ferunt maledicta, quae in ipsos ab improbis coniiciuntur. Denique quo difficilior est haec provincia, quam subeunt, eo uberiores fructus decerpun-

tur; nam videre licet fratres nostros, magna hominum caterua constipatos, ad collegium nostrum reuerti, quos uerbo diuino inescarunt. Tunc singuli nonnullos eligunt, quibus viam Christi aperiunt, atque ad confessionem sacramque communionem excitant: nec frustra; nam plerique, moribus omnino mutatis, *eam* uiam ingrediuntur; quae ad aeternam salutem perducit.

Denique, ne singula referens, longius quam par est progrediar, sacellum nostrum diebus festis forum mercatorium dixeris, si hominum frequentiam intueri velis; nam si sermonum, qui uicissim ibi conferuntur, habenda sit ratio, longe dissimillimum apparebit: in illo nihil, nisi de augenda re familiari, tractatur; at in hoc, animarum salus in omnium ore versatur. Saepe urbis primores Patris nostri Rectoris opera utuntur, *in* rebus maximi momenti, praesertim inquisitores haereticae prauitatis.

Modo nobis a senatu offertur ecclesia quaedam D. Jacobi cum coenobio, quod fuit *quorumdam olim* monachorum; locus sane est amoenissimus; nihilominus, rebus omnibus pensatis, *decernet V. P. quid* tandem fieri debeat. Singulis mensibus a P. Rectore habetur *domi pro more* exhortatio quaedam de obedientia et regularum obseruatione, non sine magno spiritali profectu; nam qui ex se in obedientia excellere conabantur, hi modo, hisce adminiculis adiuti, maiores multo exerunt conatus, ne *ab* ea re, quae illis potissimum cordi erat, deficere videantur. Omnes sunt suis studiis satis intenti, in quibus non mediocres faciunt progressus: praeceptores neruos omnes contendunt in erudiendis discipulis, quorum numerus in dies fit maior. Exercentur quotidie in disputationibus; die vero sabbati in classibus maioribus theses affiguntur, ut inter se argumentis mutuo confligant; in aliis vero, iuxta puerorum captum, exercitia *litteraria* accommodantur. Prouectiores, post lectionem doctrinae christianae, quae diebus veneris in templo legitur, habent orationem, quam ipsi succisiuis horis componunt, etc.

Genuae, pridie kalendas Nouembris, anno 1556.

R. P. T. filius indignus.

Jussu R.di Patris Rectoris,

Alphonsus Hernandez.

DLVII

Joannes Gambarus,
Ex commissione Patris Oliverii Manarei,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Laureto, 11 Novembris 1556 [1].

†

Pax Christi, etc.

Quae praecipua *quaedam* Picentium siue Marchianorum salutem, post literas quadrimestres proximas [2], *Deus* pro benignitate sua, nostrorum tenui opera et exiguo ac contempto instrumento, operatus est, ea tibi, R.de P., *hac epistola* paucis significabimus.

Ab iis autem sumemus initium, quae in finitimis gesta sunt et propinquis urbibus atque oppidis. *Desinemus uero in ea religionis ac pietatis et literarum studia, quae tum in almo hoc Beatae Virginis oppido, tum in Sanctae Lauretanae domus Collegio nostro, in Dei honorem ac commodum proximique salutem collata sunt.*

Atque ea quidem est *Picentium hominum* de Societatis *fama, tam sancta omnium est de eius* integritate existimatio: *ut Piceni et finitimarum regionum frequentes populi ac civitates tanto Societatis* tene*antur* desiderio, ut obtestari atque *obsecrari* nunquam desinant, *dum* aliquis ex ea ad se mittatur, *qui diuturnum suum desiderium leniat ac, sanctissimae pietatis uoto dudum frustratos, aliquando compotes efficiat.* Omnibus uero satisfieri a paucis omnino cum nequeat, iis potissimum

---

[1] Autographae in duplici folio, nn. 43 et 44. Ea, quae *italicis* characteribus exhibentur, a Polanco vel cancellata vel mutata fuere. Quae pro iis ipse substituit, infra videre erit, ubi litteras, quales ab eo relictae sunt, exhibebimus.

[2] Periisse hae videntur.

consulendum esse duximus, quorum maior id necessitas exigere, quique certiorem uberioremque fructus expectationem polliceri uiderentur.

Primum itaque a Macereto [1] Picentium auspicati metropoli, eo tres profecti ex nostris, praeter habitas sacras contiones, praeter doctrinae christianae pro more Societatis lectiones, praeter auditas infirmorum firmorumque multas de peccatis confessiones, composita sunt inter seditiosos inueterata nonnulla dissidia, reparatum diuersorium pauperum, siue xenodochium, per incuriam ruinosum et occlusum iam pridem aegrotis; instaurata et coacta denuo [2] B. Hieronymi quaedam societas, quam principes ciuitatis illius ciues iam olim, ad magnum *totius paupertatis siue corporis siue animi salutis* praesidium, inierant, sensim uero dissolui ac dirimi sustinuerant, talis scilicet alicuius ad eam seruandam authoris penuria, qualium ea fuerat authoritate conflata. Qui igitur in tanto pietatis opere et sibi et pereunti proximo *cessabant*, magno id nunc, pro nostrorum praescripto, religionis ardore repetunt, statas quotidie sacras preces ad campanae signum frequentant, singulis quibusque mensibus sacrosanctae mensae conuiuia celebrant, munificentiam atque omnem pietatem et misericordiam egregie *exercentes*.

Inualuerat pro communi Italiae calamitate durior ibi annona: erat pauperum et aegrotantium, sine opulentorum ulla fere ope uel subsidio, magna multitudo. Illis uero postmodum non benigne solum et liberaliter ea societas opitulatur; verum *ipsa omnis una* eadem illa opera [3] a nostris descripta ac distributa *ciuitas* in partes tres; binae ex singulis matronae, genere nobiles, aetate grandes, et religionis eximiae electae sunt, quae, contributas ex sua quaque tribu eleemosynas, suis ex aequo sibi attributis egenis, et uel senio uel morbo languentibus, pro indigentia cuiusque dispartiantur. Haec autem omnia Rectorum siue Priorum ciuitatis sunt authoritate et studiosissima uoluntate confirmata.

Submiserat interea is, qui semper in hominis perniciem ui-

---

1 Sic; *Macerata*.

2 Quoddam est hic vocabulum emendatum et tandem cancellatum, quod legi non potest.

3 Sic a voce *verum*, quod quia obscure nimis dictum est, mutavit recte Polancus

gilat, quam iuuentus magna celebritate ciuitatis ageret, *impuram et obscenam fabulam,* cuius vel ipsa Ethnicorum theatra depuderet. Ea, propter insumptas non paruas impensas, cum prorsus impediri non posset, ne tamen pro sua libidine in ea dominaretur ac triumpharet tyrannus, *quadragenaria* a nostris, qui aderant, ipso, quo comoedia exhibenda erat, die instituta est oratio [1]. Atque ad hanc quidem tantus ciuium factus est concursus, tanta sanctissimorum frequentatio sacramentorum, uti tres, qui illi uacarent ministerio, sacerdotes, a prima luce ad multam noctem, *nec* quo cibum sumerent, uel omnino respirarent, aliquantulum otii *vix nanciscerentur.* Tantus fuit in re sanctissimae nouitatis, cum summa admiratione et pietate, in plerisque motus animorum, ut *illi, qui iter* externi facerent, ob geminum populi concursum, quem conspicerent, duas uideri sibi, alteram ad scaenas, alteram ad templa, ciuitates confluere praedicarent. Sed Christo laus et immortalis gratia, qui in tam plausibili daemonis illecebra et lenocinio, ipso uel inuito, maiorem ac potiorem partem *in virtute sua uindicatam triumphauit.* Hinc uero iam in Societatem nostram singularis eius populi *consequuta est obseruantia, maxime summi* Magistratus *erga nos beneuolentia et necessitudo, incredibilis* Gubernatoris totius picentinae regionis [2] (qui ibi sedem habet) in nostros *humanitas, de qua porro hic nihil modo, postea non remisit sed auxit in dies.*

Et cum omnia, quae nostri instituissent, ultro *concessit,* tum illud quoque promisit, nihil quod ad blasphemias et in Deum Diuosque conuitia exterminanda, circumforaneos circulatores (quod peruersissimum illud genus hominum multum ibi afflueret) pellendos profligandosque attineret, praetermissurum; sibi deinceps curam de xenodochio futuram: pro confirmanda autem inter reliquos adhuc quosdam ciues pace (quam, propter absentiam *quorumdam,* qui ad eam desiderarentur, nostri plene

---

[1] Hoc est: a nostris, qui tum Macerata versabantur, quo die comoedia exhibenda erat, quadraginta horarum oratio fuit instituta.

[2] Hunc existimamus fuisse Caesarem Gambara, Derthonensem Episcopum, de quo OLIVERIUS MANAREUS in *Commentario de rebus Societatis,* c. IX, § 27. Vide tamen in *Archivio storico italiano,* serie prima, vol. XII, pag. 398, litteras Petri Strozzi ad Galliae Regem, Maceratae datas 12 Augusti hujus anni 1556, ubi potius sermo videtur fieri de eo, qui militiae in Marchia praeerat, quam de Gubernatore, qui Pontificis nomine eam regionem administrabat.

conciliare *et perficere* nequiuissent), quinque se uiros ex omni ciuitate idoneos delecturum.

Accesserunt et duo ad Montem Sanctum (sic oppidum quoddam in Piceno uocant), vnde, quibus Societas multum *exercitari* consueuit *studiis,* amplissimum fructum retulerunt. Ad magnas enim et *in magnis summis* difficiles restitutiones quosdam induxerunt. Monasterium monacharum eius ciuitatis pristinae integritati communis et *Apostolicae* uitae *rationem* sacri conuiuii frequentatione restituerunt. *Dirae* aliquot Sathanae diu mancipatos seruituti, Christo asseruerunt; ac inter eos iuuencula, illi iam pesti ab impurissima matre destinata, eorum opera *et* Christi *ductibus,* implorato magistratus auxilio, ab turpissimo interitu reuocata fuit, et cum magistratu id effectum, ut eam ipse communem *ciuitati* adoptatam filiam apud honestas personas collocaret.

Nec minus in Sancto Seuerino, eiusdem Piceni oppido, alii ad religionis studium paucis, quas ibi habuerunt, contionibus profecerunt; ea namque mox uoluntate, haud ita pridem sibi ignotam Societatem nostram, cum populus, tum sacerdotum imprimis collegia, sunt complexi, ut non tam distare aliquo ab ea discrimine, quam eius omnino iam ueluti *partes et* membra quaedam esse uideantur. Veneratione autem tanta sunt nostros prosecuti, ut clerus omnis longo ordine, tanquam in sacris lustrationibus, procedens, ad suggestum concionatorem *deducat,* et eodem rursus honore, facta concione, *reducat.* Ex canonicis porro *honoratior* quisque *et expectatior* nostris, si sacra facerent, studiose cupideque *inseruiat,* licet obnixe illis nostri, ut in eiusmodi re par est, *renitantur reluctenturque.*

Ibi uero quatriduum commorati, Camarinum sunt progressi. Hic iam urbis Episcopus [1], qui incredibili eos contentione requisierat, *ingenti* desiderio expectarat, maiori laetitia ac uoluptate excepit. Cum eo ciuitatis *Moderator* pari de nobis opinione atque existimatione certat; ac nondum ab iis salutatus, aduentum eorum buccina iubet tota urbe *personatum* cunctis nunciari. Omnes ad *sacras conciones et* doctrinam christianam excitat, conuocat, inuitat: auersos et negligentes cum bono ac fideli *Moderatore* optimus Episcopus omnisque primus ordo

[1] Berardus Bongiovanni.

ciuitatis quotidiana sua et assidua praesentia uel inuitos allicit.

Nec defuit, Christi benignitate, tantae expectationi par exitus: ita enim cuncti P. Emmanuelis [1] *contionem* probabant, ut *nec ipsi* monachi dominicani aliique se continerent, quin id palam asseuerarent; in *sola* Societate Jesu doctrinam ac sapientiam et vim diuini Spiritus uigere. At Gubernator, haud prima contentus promulgatione, postero die tuba rursus concionatoris aduentum euulgari, *mittere ciues* omnes ad doctrinam christianam liberos suos imperauit. Methodus uero, quam doctrinae christianae tradit Societas, magnopere cunctis, Episcopo autem et *Moderatori,* uiris sapientissimis, tam uehementer placuit, ut illico typis mandari et vniuersae suae dioecesi copiam eius fieri ac distribui uoluerint [2]. Confessiones initio, ut inusitatum quippiam et insolitum, frigebant; imo nouitatem admirati plerique, quibus Societatis (ut in remotiore atque in extremis Piceni finibus seposita ciuitate) tenuis erat et nuper admodum notitia, rogitabant subinde nostros, quo importunae illae confessiones concionesque spectarent; ea quippe, si quotannis semel pro recepto more fiant, satis superque fore arbitrati. Mox autem, *ex* auditis haud ita multis concionibus, eo studio et cupiditate eorum arserunt, ita auide omnes instabant, ut nec illis nostri satisfacere, nec his illi cibo capiendo locum relinquerent. Tanta ui atque ardore sua peccata *denuntiabant* et sacram synaxim suscipiebant, ut largis in propatulo genas suas lachrymis perfunderent: et quoniam Episcopus uir est eruditus et doctrina excultus, disputabatur quotidie. Accersebat Episcopus *uiros* optimarum artium studiis instructissimos quosque, tum monachos, tum seculares. *Primus autem* semper *et uictoriam* pro sua clementia Christus *penes Patrem Emmanuelem esse uoluit, in quo mirifica sane in tota sua peregrinatione statuit exempla* [3]. *Sed* breuitatis causa mitto caetera: reconciliatas gratias, excitatos et subleuatos spiritali adiumento ac solatio in xenodochio et per ciuitatem infirmos, habitas contiones

---

[1] P. Emmanuelis de Montemayor. OLIVERIUS MANAREUS, l. c.

[2] Nihil de hcc apud nostros bibliographos.

[3] Mirum vere hoc videbitur, si cum iis conferatur, quae habet POLANCUS in *Chronico,* t. IV, pag. 43, n. 68, et t. V, pag. 111, n. 306.

in foro, pulsos ac deturbatos ex media platea circulatores, atque alia id genus multa.

Inde post 15 dies ad Mateolanos (Matelicam dicunt) profecti, incredibili amore atque honore a Praefectis eorum aduentus est exceptus. Ibi, licet importune, concionator quidam monachus, nescio quo studio ductus, magna nostros contentione oppugnaret, dum sic venerabilis et sacrosanctae Eucharistiae honorem et cultum magis tueri ac retinere putaret, si frequentem eius populo iterationem perceptionemque obstinate negaret, et a nostris passim praedicatam, strenue fortiterque impugnaret: *par* tamen ex eo *atque* ex aliis populis fructus Christo uindi[ce] praesideque perceptus est.

Fabriani, praeter *communem* totius populi fructum ex contionibus, ex doctrina christiana, ex sanctorum *communi crebritate sacramentorum,* duo ibi coenobia in pristinam religionis integritatem et vitae communitatem sunt restituta.

Praeclara uero et admirabilia, quae in Sancto Genesio (in praecipuis ea est Piceni ciuitatibus) praesertim in multis haereticis atque Ecclesiae transfugis, acta sunt. Omnes illi siquidem, *iam* obdurati diu et excaecati in ea perfidia, *omnes,* quibus ducebantur, errores insanos eiurati, *sacrosanctae* sese *Ecclesiae* reuocarunt; atque vno omnes consensu, quae ad subuertendos suorum ciuium animos nefaria conuenticula assidue celebrauerant, in fidelem et sanctam societatem, ad suam communemque ciuium salutem, ex authoritate et praescripto nostrorum, sub eorum oculos contulerunt, et in singulis mensibus solemne dominicum celebrare conuiuium instituerunt. Hoc uero tam memorabile, *quantum* multis ante annis in Piceno *non contigit.* Magna erat perditorum hominum multitudo; graues et flagitiosi errores: ipsa denique ciuitas, per insignem infamiam, improborum perfugium atque asylum lutheranorum uulgo, id quod erat, habebatur. *De eo plane quid dicam? non uideo nisi quia* digitus Dei, Patris Emmanuelis et comitum, in sancta ea peregrinatione, cursum uiasque direxit, quorum opera res tam arduas ac difficiles toties tantoque iam olim labore a grauissimis summisque uiris necquicquam agitatas, omnipotens Deus confecit ad exitusque optatos et felices perduxit. Nec ibi defuit reparandum monasterium, longe omnium, quae Picenum habet, dissolutissimum; *recuperatum uero et Christo ab interitu* (quamuis de-

plorandum magis quam excitandum uidebatur) *uindicatum,* omni conatu id modo spectat et rectis studiis contendit, ut tanto nunc uitam, religionem omnemque operam suam Christo assertori integriorem constantioremque probent, quanto eius sanctissimos ductus improbiori desertos perfidia ac nequitia repudiauerant.

Iisdem uero studiis illis atque industria Societatis Deum uehementer sibi Esium [1] placatum sensit ac propitium. Duo namque ex nostris quidem illuc concesserunt, ubi praeter *incredibiles,* quos ibi fructus *excitarunt*, ingens populo uel permansionis, uel maturae et frequentis reuersionis suae desiderium reliquerunt. Id enim, praeter omnium spem ac expectationem *(ut funditus pene labefactatum), et sibi et populo integrum atque incolume* Christo iuuante atque Episcopi authoritate suffragante, praestiterunt; in quo cardo salutis eius ciuitatis uertitur; *ex ordine siquidem sacerdotali (qui magnopere per nostros est immutatus)* grauis in omnem populum offensionis et scelerum contagio manabat. *Idem fere* Asculi, Offidae, Firmii, in Monte Lupone, Morri, [2] Monticuli [3], singulari omnium erga Societatem uoluntate, *effectum est.* Vbique autem nefanda complures grauissimorum scelerum ergastula a 15, 20, 30 et a 35 annis nonnulli perpessi, Christo vindice soluti, in filiorum Dei libertatem restituti sunt.

Sed haec in finitimis et externis peregrinationibus aestiuis acta sunt. Quod reliquum est epistolae, ad domestica et Lauretana conferemus.

Dum haec diuino munere foris geruntur, licet multa forent quae votiuae ad Beatae Virginis aedem peregrinationis frequentiam inhiberent, continui bellorum tumultus, pestilentiae grassantis formido atque suspicio, inopia ingrauescentis annonae et difficultas; fuerunt tamen omnes sacerdotes solitis uehementer exercitationibus occupati. Quoniam, etsi *infrequentior concurrat peregrinus,* nec nisi *rarus* admodum, si superiores annos spectemus, sine accuratiore peccatorum confessione tamen (ut qui ad eam modo plerique ex longinquo uentitare consuescant) pauci recedunt. Eo autem, tam bene sancteque

---

[1] *Jesi;* juxta fluvium, qui nunc *Fiumesino, fiume Esino,* dicitur, olim latine *Aesis.*
[2] *Morro di Valle.*
[3] *Montechio.*

a paucis annis institutae administrationis huius loci, in diuinis officiis et in sacris lectionibus, atque imprimis circa munus poenitentiae (quod nostrum fere collegium nunc sustinet) fama percrebuit; ut non per *Italiam* solum, sed ad *exteras* quoque nationes peruaserit: *vsque* a Mediolano certe *(vnde id per literas R. Dominus Gubernator* [1] *significatum sibi nobis retulit)* ultro citroque multi solius sanctae et *praestabilis* nouitatis uisendae studio commeant.

Principes non pauci vndique aduenerunt ut sanctissimum locum inuiserent, ac nos quidem, tam *benigna facilitate* salutatum accedentes, exceperunt: nostrum ipsi Collegium *adinuiserunt*, ut difficile dictu sit utrum eorum in nos maior *sit benevolentia* an *de tam submissa sanctaque benignitate, nostra eorumque* omnium, qui id intuerentur, admiratio. Praecipue uero id in Cardinale Augustano [2] summopere omnes *stupescunt*. Is enim non obscure eximium amorem nostri in ore atque oculis omnium declarauit. Veluti cum ad paratam in sanctissimo Dei Genitricis cubiculo sellam deduceretur, *qui* inde laudes ipsius Beatissimae Virginis ac litanias concinendas exaudiret, sellam proxime ad nos, qui in vestibulo sancti cubiculi consistebamus, transferri *imperauit;* iisque decantatis laudibus, mox in nostros aspectum conuertens, hoc amoris sui testimonium bis terque clara voce iterauit: "Vos, inquit, estis fratres mei: vos toto corde amplector„; aliaque huiusmodi nonnulla, *quibus* magna *chorus* ac *populus* admiratione *obstupefacti sunt*, adiungebat. *His accedunt quod ipse nostris sacra celebrare*, sua manu omnes corporis dominici conuiuio communicare, duas alieno tempore conciones, alteram in templo, ex statuto concionatore, alteram inter coenandum, ex uno *fratre* nostrorum adolescente auscultare uoluerit. Hic ita animum eius commouit, ut effusas etiam lachrymas ex sanctissima quadam pietatis laetitia ac uoluptate profunderet, dum Societati coelitus impartitum spiritum diuinum in tenero etiam palmite inesse demiratur. Qua *in* die bene mane institutum iter repetere statuerat, *nec* [3] insalutato

---

[1] Sermo est non de Gubernatore status Mediolanensis, qui his mensibus erat Tridentinus Cardinalis, Christophorus Madrucci, (Verri, *Storia de Milano,* cap. xxviii), sed de Gubernatore Almae Domus Lauretanae, Gaspare de Dotis.

[2] Otto Truchsess von Waldburg.

[3] Sic; sed recte deletum a Polanco.

nollet collegio discedere, in sanctissimis deliciis putare uisus est, *uel re magis ipsa ostendit,* ante *[discessum],* uilioribus nostris sacrificiorum uestimentis ac calice, in domestico nostro, licet *inornato* ac paupere prorsus sacello, rem diuinam facere; eaque peracta, pronunciatis illi sub discessum ab uno studiosorum aliquot uersibus, incredibili perfusus iucunditate, *post* paterne omnes amplexatos discessit.

In plerisque R. Augustanum Cardinalis ab Imola [1] imitatus *expressit.* Hic non ita multo post illius profectionem successit. Totidem et ipse, in templo alteram, atque in aula cum ampla *et illustri* familia alteram, conciones audire, ex nostris aliquot suae mensae adhibere, singulos quosque in sinum et paternos amplexus excipere uoluit; atque dum nonnullos diutius inter brachia retineret, alios patris, alios fratris, alios filii nomine, insigni pietatis et amoris significatione, compellauit.

Ducis Vrbini coniux [2], cum duabus filiis et magno satis comitatu, cum religionis gratia et votiuae peregrinationis huc uenisset, ipsa et filiae et reliqua omnis simul clientela nostros sibi *adoptauit* confessarios.

Atque idem pari erga Societatem beneuolentia egerunt R. Marchiae siue Piceni et Firmianorum gubernatores aliique primarii uiri, quotquot ferme aut ex itinere huc diuerterunt, aut dedita opera uenerunt. Magnam uero laetitiam et uoluptatem percipiebant, ubi hanc ecclesiam a Societate nostra administrari tanta sedulitate intellexerunt.

In ea conciones quidem fiunt, quando per caetera licet officia, et peregrinorum frequentia id patitur, aut eas aduenientes principes atque optimates postulant. Lectiones ex sacra Scriptura singulis quibusque festis diebus ac dominicis, casus autem conscientiae, iis exceptis, per reliquos dies hebdomadae praeleguntur. In oppido et xenodochio frequentes nostri adolescentes concionati sunt. Lauretani iuuenes societatem quamdam inierunt et praeceptis de uitandis maledictis ac blasphemiis, de componendis inter se discordiis, de frequen-

---

[1] Hieronymus Dandini, Caesenas. "Julio III Pontifici a secretis fuit, a quo Senatoriam purpuram obtinuit sub titulo S. Matthaei in Merulana 1552, vulgoque illi Cardinalis Imolae cognomentum adhaesit...... Obiit M.D.LVIIII, Aetatis L., UGHELLI, *Italia sacra,* t. II, col. 643-644.

[2] Victoria Farnese. OLIVERIUS MANAREUS, l.c., § 7.

tandis magis quam adhuc consueuissent sanctissimis sacramentis, ex patrum quorumdam, nostrorum authoritate et consilio, sese obstrinxerunt.

In re literaria fiunt mediocres et nequaquam poenitendi progressus. Docentur graeca et latina, atque in utraque lingua suam quisque facultatem, stylo et scriptione exercitationeque memoriae, sedulo adaugere in dies studet. Componunt rhetorici declamationes, et conficiendis uersibus exercentur. Confessarii autem nostri *ad* lectionem de casibus, in quo munere Magister Pisa [1] omnibus mirum in modum satisfacit: ex eodem, Porphyrium [2]; ex Magistro Erardo [3], *dum Magister Leonardus Calaber a ualetudine magis sit confirmatus,* Dialecticam Io. Caesarii [4] audiunt.

Ad perfectae autem religionis et pietatis in sancta vocatione incrementum magnus in dies cumulus in nostris uidetur accedere, dum quaecumque ad frangendos euincendosque non rectos animorum motus proficere intelligunt, cupidissime exposcunt, atque magna cum superiorum uoluptate amplectuntur.

Ecce tibi, R. P., *quam mirifice* paucis mensibus *opera* hic per tam contempta instrumenta *sunt effecta, quae in proximum quadrimestre atque* in posterum semper *tuis sanctissimis orationibus* ac *sacrificiis ut* maiora *suscipere ac praestare ualeant, a Domino excitanda praeparandaque* confidimus; quem ut te nobis Patrem ad sanctissimam voluntatem suam ac gloriam diu incolumem seruet, obsecramus.

Laureto, 3 id. Nouembr. 1556.

Ex R. P. Rectoris nostri iussis et huius Collegii nomine.

R. P. T. filiorum minimus et indignissimus,

Jo. Gambarus.

In eadem quarta pagina haec leguntur: Jesus. 1556. Laureto. Quadrimestres 11 Nouembris.

---

1 P. Alphonsus Pisa.

2 Vide supra, pag. 408.

3 Primo scriptum fuisse videtur *Everardo*, sed emendatum est et sub litteris non satis apparet an legendum sit *Gerardo*, an vero *Erardo*, ut nos quidem legimus. Is erat Erardus Avantianus "qui Vienna venerat.„ Polancus in *Chronico*, t. vi.

4 Hujus operis unum exemplum novimus, paucis post hunc annum 1556 editum Joannis Caesarii *Dialectica, Hermanni Raiiani scholiis necnon necnon Henrici Glareani annotationibus illustrata*. Lugduni, 1567.

Praecedentes Joannis Gambari litterae a P. Polanco emendatae [1].

†

Pax Christi etc.

Quae praecipua *ad* Picentium siue Marchianorum salutem, post literas quadrimestres, proximas, pro benignitate sua, nostrorum tenui opera et exiguo ac contempto instrumento, *Deus* operatus est, ea tibi, R.^{de} P., paucis significabimus. Ab iis autem sumemus initium, quae in finitimis gesta sunt propinquis urbibus atque oppidis.

Ea quidem est *apud Picenses* de *Societatis* integritate existimatio: *id finitimorum populorum eius apud se tenendae desiderium*, ut obtestari atque *obsecrare* nunquam desinant, *vt* aliquis ex ea ad se mittatur. Omnibus uero satisfieri a paucis omnino cum nequeat, iis potissimum consulendum esse duximus, quorum maior id necessitas exigere, quique certiorem uberioremque fructus expectationem polliceri uiderentur.

Primum itaque a Macereto Picentium auspicati metropoli, eo tres profecti ex nostris, praeter habitas sacras contiones, praeter doctrinae christianae pro more Societatis lectiones, praeter auditas infirmorum firmorumque multas de peccatis confessiones; composita sunt inter seditiosos inueterata nonnulla dissidia, reparatum diuersorium pauperum siue xenodochium, per incuriam ruinosum et occlusum iam pridem aegrotis; instaurata et coacta denuo B. Hieronymi quaedam societas, quam principes ciuitatis illius ciues iam olim, ad magnum *pauperum, tam salutis corporum quam animorum* praesidium, inierant: sensim uero dissolui ac dirimi sustinuerant, talis scilicet alicuius ad eam seruandam authoris penuria, qualium ea fuerat authoritate conflata. Qui igitur in tanto pietatis opere et sibi et pereunti proximo *deerant,* magno id nunc pro nostrorum praescripto religionis ardore repetunt, statas

[1] Omnia, quae *italicis* characteribus exhibentur, sunt manu ipsius Polanci exarata.

quotidie sacras preces ad campanae signum frequentant. Singulis quibusque mensibus sacrosanctae mensae conuiuia celebrant, munificentiam atque omnem pietatem et misericordiam egregie *excolunt*. Inualuerat pro communi Italiae calamitate durior ibi annona: erat pauperum et aegrotantium, sine opulentorum vlla fere ope uel subsidio, magna multitudo. Illis uero postmodum non benigne solum et liberaliter ea societas opitulatur, verum *omnus ciuitas*, eadem illa opera, a nostris descripta ac distributa *est* in partes tres, binae ex singulis matronae, genere nobiles, aetate grandes, et religionis eximiae electae sunt, quae contributas ex sua quaque tribu eleemosynas suis ex aequo sibi attributis egenis, et uel senio uel morbo languentibus, pro indigentia cuiusque dispartiantur. Haec autem omnia Rectorum siue Priorum ciuitatis sunt authoritate et studiosissima uoluntate confirmata.

Submiserat interea is, qui semper in hominis perniciem uigilat, *impuram et obscenam fabulam*, quam iuuentus magna celebritate ciuitatis ageret, cuius uel ipsa ethnicorum theatra depuderet. Ea, propter insumptas non paruas impensas, cum prorsus impediri non posset, ne tamen pro sua libidine in ea dominaretur ac triumpharet tyrannus, *quadraginta horarum* a nostris, qui aderant, ipso, quo comoedia exhibenda erat, die instituta est oratio. Atque ad hanc quidem tantus ciuium factus est concursus, tanta sanctissimorum frequentatio sacramentorum, uti tres, qui illi uacarent ministerio, sacerdotes *vix* a prima luce ad multam noctem, quo cibum sumerent, uel omnino respirarent, aliquantulum otii *nanciscerentur*. Tantus fuit in re sanctissimae nouitatis, cum summa admiratione et pietate, in plerisque motus animorum, ut externi, *qui illac iter* facerent, ob geminum populi concursum, quem conspicerent, duas uideri sibi, alteram ad scaenas, alteram ad templa, ciuitates confluere praedicarent. Sed Christo laus et immortalis gratia, qui in tam plausibili daemonis illecebra et lenocinio, ipso uel inuito, maiorem ac potiorem partem *sibi vindicauit*. Hinc uero iam in Societatem nostram singularis eius populi *et* Magistratus *ac* Gubernatoris totius Picentinae regionis (qui ibi sedem habet) in nostros *beneuolentia, imo et obseruantia, est consecuta*.

Et cum omnia, quae nostri instituissent, ultro *comprobauit*, tum illud quoque promisit, nihil quod ad blasphemias et in

Deum Diuosque conuitia exterminanda, circumforaneos circulatores (quod peruersissimum illud genus hominum multum ibi afflueret) pellendos profligandosque attineret, praetermissurum; sibi deinceps curam de xenodochio futuram: pro confirmanda autem inter reliquos adhuc quosdam ciues pace (quam, propter absentiam *nonnullorum,* qui ad eam desiderarentur, nostri plene conciliare nequiuissent), quinque se uiros ex omni ciuitate idoneos delecturum.

Accesserunt et duo *ex nostris* ad Montem Sanctum (sic oppidum quoddam in Piceno uocant), vnde, quibus *studiis* Societas multum *exerceri* consueuit, amplissimum fructum retulerunt. Ad magnas enim et difficiles restitutiones quosdam induxerunt. Monasterium monacharum eius ciuitatis pristinae integritati, communis et *sine proprio* uitae *rationi,* sacri conuiuii *frequentationi* restituerunt. Aliquot, Sathanae diu mancipatos seruituti, Christo asseruerunt. Ac inter eos iuuencula, illi iam pesti ab impurissima matre destinata, eorum opera, *imo* Christi, implorato magistratus auxilio, ab turpissimo interitu reuocata fuit, et cum magistratu id effectum, ut eam ipse communem *oppido* adoptatam filiam apud honestas personas collocaret.

Nec minus in Sancto Seuerino, eiusdem Piceni oppido, alii ad religionis studium paucis, quas ibi habuerunt, contionibus profecerunt; ea namque mox uoluntate, haud ita pridem sibi ignotam Societatem nostram, cum populus, tum sacerdotum imprimis collegia, sunt complexi, ut non tam distare aliquo ab ea discrimine, quam eius omnino iam ueluti membra quaedam esse uideantur. Veneratione autem tanta sunt nostros prosecuti, ut clerus omnis longo ordine, tanquam in sacris lustrationibus, procedens, ad suggestum concionatorem *deduceret,* et eodem rursus honore, facta contione, *reduceret.* Ex canonicis porro *honoratim* quisque nostris, si sacra facerent, studiose cupideque *inseruiret,* licet obnixe illis nostri, ut in eiusmodi re par est, *reniterentur.*

Ibi uero quatriduum commorati, Camarinum sunt progressi. Hic iam urbis Episcopus, qui incredibili eos contentione requisierat, *et* desiderio expectarat, maiori laetitia ac uoluptate excepit. Cum eo ciuitatis *Gubernator* pari de nobis opinione atque existimatione certat; ac nondum ab iis salutatus, aduen-

tum eorum buccina iubet tota urbe cunctis nunciari. Omnes ad doctrinam christianam excitat, conuocat, inuitat: auersos et negligentes cum bono ac fideli *Gubernatore* optimus Episcopus omnisque primus ordo ciuitatis quotidiana sua et assidua praesentia uel inuitos allicit.

Nec defuit, Christi benignitate, tantae expectationi par exitus: ita enim cuncti Patris Emmanuelis *contiones* probabant, ut monachi Dominicani aliique se *non* continerent, quin id palam asseuerarent, in Societate Jesu *vere* doctrinam ac sapientiam et vim diuini Spiritus uigere. At Gubernator, haud prima contentus promulgatione, postero die tuba rursus concionatoris aduentum euulgari, *mittique a ciuibus* omnes ad doctrinam christianam liberos suos imperauit. Methodus uero, quam doctrinae christianae tradit Societas, magnopere cunctis, Episcopo autem et *Gubernatori,* uiris sapientissimis, tam uehementer placuit, ut illico typis mandari et vniuersae suae dioecesi copiam eius fieri ac distribui uoluerint. Confessiones initio, ut inusitatum quippiam et insolitum, frigebant; immo nouitatem admirati plerique, quibus Societatis (ut in remotiore atque in extremis Piceni finibus seposita ciuitate) tenuis erat et nuper admodum notitia, rogitabant subinde nostros, quo importunae illae confessiones concionesque spectarent? Ea quippe, si quotannis semel pro recepto more fiant, satis superque fore arbitrati. Mox autem, auditis haud ita multis contionibus, eo studio et cupiditate eorum, *quae respuerant,* arserunt, ita auide omnes instabant, ut nec illis nostri satisfacere *possent,* nec his illi cibo capiendo locum relinquerent. Tanta ui atque ardore sua peccata *confitebantur* et sacram synaxim suscipiebant, ut largis in propatulo genas suas lachrymis perfunderent: et quoniam Episcopus uir est eruditus et doctrina excultus, disputabatur quotidie. Accersebat Episcopus optimarum artium studiis instructissimos quosque *viros,* tum monachos, tum seculares. Semper *autem,* pro sua clementia, Christus *Patri Emmanueli foeliciter succedere disputationes voluit.* Breuitatis causa mitto caetera, reconciliatas gratias, excitatos et subleuatos spiritali adiumento ac solatio in xenodochio et per ciuitatem infirmos, habitas contiones in foro, pulsos ac deturbatos ex media platea circulatores, atque alia id genus multa.

Inde post 15 dies ad Mateolanos (Matelicam dicunt) profecti, incredibili amore atque honore a Praefectis eorum aduentus est exceptus. Ibi, licet importune concionator quidam monachus, nescio quo studio ductus, magna nostros contentione oppugnaret, dum sic venerabilis et sacrosanctae Eucharistiae honorem et cultum magis tueri ac retinere putaret, si frequentem eius populo iterationem perceptionemque obstinate negaret, et a nostris passim praedicatam, strenue fortiterque impugnaret: *non minor* tamen ex eo, *quam* ex aliis populis, fructus Christo vindi[ce] praesideque perceptus est.

Fabriani, praeter *communem* totius populi fructum, *qui celebris est,* ex contionibus, ex doctrina christiana, ex sanctorum *sacramentorum frequentatione,* duo ibi coenobia in pristinam religionis integritatem et vitae communitatem sunt restituta.

Praeclara uero et admirabilia, quae in Sancto Genesio (in praecipuis ea est Piceni ciuitatibus), praesertim in multis haereticis atque *ab* Ecclesiae transfugis, acta sunt. Omnes illi siquidem, *prius* obdurati diu et excaecati in ea perfidia, *cunctos,* quibus ducebantur, errores insanos eiurati, *ad sacrosanctam* sese *Ecclesiam* reuocarunt; atque vno omnes consensu, quae ad subuertendos suorum ciuium animos nefaria conuenticula assidue celebrauerant, in fidelem et sanctam societatem ad suam communemque ciuium salutem, ex authoritate et praescripto nostrorum, sub eorum oculis contulerunt, et in singulis mensibus solemne dominicum celebrare conuiuium instituerunt. Hoc uero *negocium* tam memorabile *fuit, vt* multis ante annis in Piceno *quid simile non contigerit.* Magna erat perditorum hominum multitudo, graues et flagitiosi errores: ipsa denique ciuitas, per insignem infamiam improborum perfugium atque asylum Lutheranorum uulgo, id quod erat, habebatur. *Vere* digitus Dei, Patris Emmanuelis et comitum in sancta ea peregrinatione cursum uiasque direxit, quorum opera res tam arduas ac difficiles toties tantoque iam olim labore a grauissimis summisque uiris nequicquam agitatas omnipotens Deus confecit, ad exitusque optatos et felices perduxit. Nec ibi defuit reparandum monasterium, longe omnium, quae Picenum habet, dissolutissimum; quamuis *autem* deplorandum magis quam excitandum uidebatur, *recuperatum tamen X.*[i] *gratia et velut ab*

interitu vindicatum est; et omni conatu id modo spectat et rectis studiis contendit, ut tanto nunc uitam, religionem omnemque operam suam Christo assertori integriorem constantioremque probent, quanto eius sanctissimos ductus, improbiori desertos perfidia ac nequitia *prius* repudiauerant.

Iisdem uero studiis illis atque industria Societatis Deum uehementer sibi Esium placatum sensit ac propitium. Duo namque ex nostris quidem illuc concesserunt, ubi praeter *miros,* quos ibi fructus *ceperunt,* ingens populo uel permansionis, uel maturae et frequentis reuersionis suae desiderium reliquerunt. Id enim, praeter omnium spem ac expectationem, *cum ordine sacerdotali in melius mutato,* Christo iuuante atque Episcopi authoritate suffragante, praestiterunt, in quo cardo salutis eius ciuitatis *uerti videbatur;* grauis *enim* in omnem populum offensionis et scelerum *ex eo* contagio manabat. *Multa enim* Asculi, Offidae, Firmii, in Monte Lupone, Morri *et* Monticuli, singulari omnium erga Societatem uoluntate, *effecta sunt.* Vbique autem nefanda complures grauissimorum scelerum ergastula a 15, 20, 30, et a *pluribus* annis nonnulli perpessi, Christo vindice soluti, in filiorum Dei libertatem restituti sunt.

Sed haec in finitimis et externis peregrinationibus aestiuis *Dei munere* acta sunt. Quod reliquum est epistolae, ad domestica et Lauretana conferemus.

Licet multa forent, quae votiuae ad Beatae Virginis aedem peregrinationis frequentiam inhiberent, continui bellorum tumultus, pestilentiae grassantis formido atque suspicio, inopia ingrauescentis annonae et difficultas; fuerunt tamen omnes sacerdotes solitis uehementer exercitationibus occupati. Quoniam, etsi *infrequentiores concurrant peregrini,* nec nisi *rari* admodum, si superiores annos spectemus; sine accuratiore peccatorum confessione, tamen (ut qui ad eam modo plerique ex longinquo uentitare consuescant) pauci recedunt. Eo autem, tam bene sancteque a paucis annis institutae administrationis huius loci, in diuinis officiis et in sacris lectionibus, atque in primis circa munus poenitentiae (quod nostrum fere collegium nunc sustinet) fama percrebuit; ut non per *Italiae adiacentes* solum, sed ad *remotiores* quoque nationes peruaserit. A Mediolano certe ultro citroque multi, solius sanctae *huius* nouitatis visendae studio, commeant. Principes *viri* non pauci vndi-

que aduenerunt ut sanctissimum locum inuiserent, ac nos quidem tanta *benignitate* salutatum accedentes exceperunt, *et* nostrum ipsi collegium *inuiserunt,* ut difficile dictu sit, utrum eorum in nos maior *extiterit humanitas,* an omnium, qui id intuerentur, admiratio. Praecipue uero id in Cardinale Augustano summopere omnes *stupent.* Is enim non obscure eximium amorem nostri in ore atque oculis omnium declarauit. Veluti cum ad paratam in sanctissimo Dei Genitricis cubiculo sellam deduceretur, *vt* inde laudes ipsius Beatissimae Virginis ac litanias concinendas exaudiret; sellam proxime ad nos, qui in vestibulo sancti cubiculi consistebamus, transferri *iussit;* iisque decantatis laudibus, mox in nostros aspectum conuertens, hoc amoris sui testimonium bis terque clara uoce iterauit. Vos, inquit, estis fratres mei: vos toto corde amplector; aliaque huiusmodi nonnulla, *cum* magna *chori* ac *populi* admiratione, adiungebat. *Praeterea, rem diuinam faciens*, sua manu omnes *nostros* corporis dominici conuiuio communicare, duas alieno tempore conciones, alteram in templo, ex statuto concionatore, alteram inter coenandum, ex vno *fratrum* nostrorum adolescente auscultare uoluerit. Hic ita animum eius commouit, ut effusas etiam lachrymas ex sanctissima quadam pietatis laetitia ac uoluptate profunderet, dum Societati coelitus impartitum spiritum diuinum in tenero etiam palmite inesse demiratur. Qua *autem* die bene mane institutum iter repetere statuerat, *cum* insalutato nollet collegio discedere, in sanctissimis deliciis putare uisus est, ante *discessum,* uilioribus nostris sacrificiorum uestimentis ac calice, in domestico nostro, licet *parum ornato* ac paupere prorsus sacello, rem diuinam facere; eaque peracta, pronunciatis illi sub discessum ab vno studiosorum aliquot uersibus, incredibili perfusus iucunditate, *postquam* paterne omnes *amplexatus est,* discessit.

In plerisque R. Augustanum Cardinalis ab Imola imitatus *est.* Hic non ita multo post illius profectionem successit. Totidem et ipse in templo alteram, atque in aula cum ampla familia alteram, contiones audire, ex nostris aliquot suae mensae adhibere, singulos quosque in sinum et paternos amplexus excipere uoluit; atque dum nonnullos diutius inter brachia retineret, alios patris, alios fratris, alios filii nomine, insigni pietatis et amoris significatione, compellabat.

Ducis Vrbini coniux, cum duabus filiis et magno satis comitatu, cum religionis gratia et votiuae peregrinationis huc uenisset, ipsa et filiae et reliqua omnis simul clientela nostros sibi *esse voluerunt* confessarios. Atque idem pari erga Societatem beneuolentia egerunt R. Marchiae, siue Piceni, et Firmianorum Gubernatores, aliique primarii uiri, quotquot ferme aut ex itinere huc diuerterunt, aut dedita opera uenerunt. Magnam uero laetitiam et uoluptatem percipiebant ubi hanc ecclesiam a Societate nostra administrari tanta sedulitate intellexerunt. In ea conciones quidem fiunt, quando per caetera licet officia, et peregrinorum frequentia id patitur, aut eas aduenientes principes atque optimates postulant. Lectiones ex sacra Scriptura singulis quibusque festis diebus ac dominicis, casus autem conscientiae, iis exceptis, per reliquos dies hebdomadae praeleguntur. In oppido et xenodochio frequentes nostri adolescentes concionati sunt.

Lauretani iuuenes societatem quamdam inierunt, et praeceptis de uitandis maledictis ac blasphemiis, de componendis inter se discordiis, de frequentandis magis quam adhuc consueuissent sanctissimis sacramentis, ex Patrum quorumdam nostrorum authoritate et consilio, sese obstrinxerunt.

In re literaria fiunt mediocres et nequaquam poenitendi progressus. Docentur graeca et latina, atque in utraque lingua suam quisque facultatem, stylo et scriptione exercitationeque memoriae, sedulo adaugere in dies studet. Componunt rhetorici declamationes, et conficiendis uersibus exercentur. Confessarii autem nostri lectionem de casibus *conscientiae audiunt,* in quo munere Magister Pisa omnibus mirum in modum satisfacit: ex eodem Porphyrium, ex Magistro Erardo dialecticam Io. Caesarii audiunt.

Ad perfectae autem religionis et pietatis in sancta vocatione incrementum magnus in dies cumulus in nostris uidetur accedere, dum quaecumque ad frangendos euincendosque non rectos animorum motus proficere intelligunt, cupidissime exposcunt, atque magna cum superiorum uoluptate amplectuntur.

Ecce tibi, R.de Pater, *quae* paucis mensibus hic per tam contempta instrumenta *X.us effecit, et* in posterum per *tuas sanctissimas orationes ac sacrificia* maiora *praestiturum eumdem*

confidimus, quem, ut te nobis Patrem ad sanctissimam uoluntatem suam ac gloriam diu incolumem seruet, obsecramus.

Laureto, 3 Id. Nouembris 1556.

Ex R. P. Rectoris nostri iussis, et huius collegii nomine.

R. P. T. filiorum minimus et indignissimus,

Jo. GAMBARUS.

DLVIII

Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Thomae Lentuli,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Ingolstadio, 19 Novembris [1556] [1].

†

Pax Xpi.

Noui huius Collegii successum indicaturi, Reuerende in Xpo. Pater, non opinor aliquod esse operae pretium itineris nostri historiam anxie referre, praesertim cum iam saepe significatum sit iter hoc adeo faustum foelixque euenisse, ut mirandum potius quam conquerendum sit. *Quandoquidem toto hoc interuallo quod Romam et Ingolstadium interiacet, ne unus quidem omnium repertus est, qui palam dicto, nedum facto, laesos nos uellet aut incesseret. Cauponum quorumdam improbitatem experti sumus. Verum nec hoc primi neque soli* [2]. His igitur *ut notis* omissis, ea duntaxat perstringemus, quae quadrimestri hoc proxime effluxo apud nos transacta sunt.

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 234 et 235.—In iis pauca delevit, quaedam deletorum loco substituit Polancus. Illa nos *italicis* in textu typis, haec in anuotationibus describemus.

[2] Vide apud BRAUNSBERGER, l. c., pag. 722-724, "Relatio de primorum Collegii Ingolstadiensis Sociorum itinere et adventu ab aliquo ipsorum conscripta Ingolstadii a. 1558-1562."

Studio et beneuolentia *(ut inde ordiamur)* opinione maiori ab oppidanis pariter et uniuersitatis magistratu excepti sumus; praefectus vniuersitatis [1] praecipuis academiae huius comitatus professoribus [2], postridie quam appulissemus, *et* etiam *cum* [3] in diuersorio ageremus, solemniter nos inuisit, congratul*ari* [4], et aduentus nostri causam edocti, liberalissime operam suam quotquot aderant polliciti sunt: nec id modo, sed et promissa sedulo praestiterunt. Hactenus neque consilium neque auxilium ullum frustra a quopiam istorum petitum est, imo nonnulli, quod acrius partes nostras *in*tueantur, improborum calumnias euadere non potuerunt.

Facultas theologica, nono ab aduentu nostro die, nescio quot uini [5] sextariis onusta [6], gratificatura, domicilium nostrum accessit, promittens item pulchre omnia, sed quod theologorum nostrorum diligenti sedulitate et sedula diligentia opinioni suae nonnihil decedere uideat, non perinde aequa nobis creditur, non tamen studiis nostris aperte detrahit, sed potius fauet, *ita ut facile cognoscas qui erga nos affecta sit.*

Domum habitamus *et* splendidam *et altam*, adeoque capacem, ut tria facile Collegia (cuiusmodi nostrum [7] est) admittat. Caeterum penetralia eius omnia et contignationem etiam unam atque alteram uniuersitas occupatam tenet, verum idipsum absque *ullo* nostro incommodo. *Quod si aliquod esset,* minimis expensis noua pleraque fieri possent cubicula. Hanc supellectili rerum familiarium Ducis [8] liberalitas splendidissime ornauit: librorum theologis nostris suppeditatum est quantum voluerunt: in literis politioribus uberior copia esse poterat, *nam* [9] et Dux *summulam* [10] quamdam nummariam hisce libris coëmendis statuit. His *omnibus* accessit uinea quaedam mediocris, no-

---

1 "Magnificus Doctor Baptista Weber, Universitatis Rector„ *Relatio* annot. praecedenti memorata.

2 "Doctor Franciscus Zoannettus, Italus. Doctor Joannes Agricola, Camerarius. Doctor Nicolaus Frysius.„ *Ibid.*

3 *cum* etiam. POLANCUS.

4 congratul*ati ergo*. ID.

5 "Vinum *honorarium* (*Ehrenwein*) id erat.„ BRAUNSBERGER, l. c., pag. 723, annot. 6.

6 *pro more huius regionis* addidit Polancus.

7 *modo* addidit. Id.

8 Bavariae Ducis, Alberti V.

9 *sed*. POLANCUS.

10 *summam*. ID.

bis a nobili quadam matrona donata, quae quod in proximo sita sit, plurimum et uoluptatis et utilitatis simul familiae nostrae hoc autumno attulit.

Jam ne tam multa commoda frustra impensa uideantur, *patres et fratres* [1] omnes animi neruos et uires intendunt ut *aliqua saltem ex parte* et suae professioni et Ducis simul et ciuium omnium de nobis expectationi (quae quidem non parua est) satisfiat. Qua de causa factum est ut feriis hisce vindemialibus, quibus caeteris a lectionibus supersedere permissum erat, professores nostri soli omnium legerint. Inchoata sunt et tum temporis studia Hebraica.

Per idem etiam tempus Doctor Couillon [2] cum alio *quodam* latine [3] concionari coepit. Coeperunt et duo alii germani, in pagis finitimis uerbum Dei seminare. Reliqui, qui non concionantur, aut priuatim docentur, aut publicis theologorum nostrorum lectionibus intersunt. In uniuersum omnes et in literis et in spiritu iuxta progressus faciunt. Tres iam proxime mancipati sunt iuuentuti instruendae, quod *praeter* omnem [4] spem euenit; non enim erat ulla spes scholae hac hieme aperiundae; verum Dominus *medio suo instrumento* Rectore nostro et amicis *nostris* [5] tanto bono et fructu nos et iuuentutem ipsam diutius frustrari noluit. Habitae sunt et tres orationes ante studiorum initia, et quidem amplissimo auditorum consessu peroratae. Benedictus Deus in omnibus.

Pace et tranquillitate non solum domestica, sed etiam publica, fruimur summa; nisi quod haeretici, quorum hic maximus est prouentus, odio, occulto tamen, nos prosequantur. Spargebant primum rumusculos, *semel* minus dexteros, dictitantes nostrorum alios prostibulis extractos, alios excusso religionis iugo *abiisse* [6]; demum nostros, licet inter parietes contineantur, omnia tamen sacra et profana pro arbitrio suo moderari uelle. Habitae sunt ab hoc hominum genere publice declamationes, aut potius *insectiones* [7], quibus clanculum studia

1 *nri. (nostri).* POLANCUS.
2 P. Dr. Joannes Cuvillonius (Couvillon).
3 cum alio *de nostris* latine *alternatim*. POLANCUS.
4 omnem *praeter*. ID.
5 *opera* Rector*is* nost*ri* et ami*corum*. ID.
6 *huc venisse; alii*. ID.
7 *invectiones*. Alia manus a Polanci.

et mores nostrorum fratrum perstringere et obfuscare innitebantur. Verum Dominus, qui et dissimulare, et *pro tempore diutissime* [1] dissimulata acriter uindicare nouit, non solum [2] permisit ut inde aliquid detrimenti caperemus, verum effecit ut quo illi magis operam dederunt, ut quouis modo nostros *obfuscarent* [3], eo magis ueritas ipsa lumen suum diffunderet, ut populo [4] patefieret. Hi sunt qui rudem plebeculam circumueniunt, et in errorem plausibilibus quibusdam sententiis alliciunt; id tamen clanculum. Nam manifesta haeresis nulla adhuc hic grassatur. Non uisus est adhuc, qui sub utraque specie communicaret, aut ulla sacramenta contemneret: festa non admodum, ut et in aliis partibus, religiose seruantur. Porro si populus bonos duces haberet, facili negotio ad sanam mentem et pristinam religionem reduci *poterit* [5]. Sed, ut dolendum est, duces habet perditissimos [6], scortatores, negociatores, et in uniuersum omni scelerum genere coopertos. Si fratres nostri Germani in theologia progressus aliquos fecissent, aut alii linguam germanicam sonare nossent, plurimum concionibus suis in hoc oppido, et tota denique regione [7], praestare possent.

Haec sunt, Reuerende Pater, quae significanda in praesentiarum occurrebant. Superest ut nos omnes obnixe commendemus orationibus uestris sanctissimis, quo digne et cum fructu in uinea Domini operari possimus.

Dominus Jesus seruet R. V. diu nobis incolumem.

Ingolstadii, 19 Nouembris.

Ex commissione Patris nostri Rectoris,

indignus servus R. P. T.,

Theodorus Paltanus *(sic)*.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Xpo. Patri M. Jacobo Laynes Societatis Jesu Vicario Generali. Romae.

---

1 *ad tempus.* Polancus.
2 non solum *non.* Id.
3 *obscurarent.* Id.
4 populo *id.* Id.
5 *posset.* Id.
6 *in rebus spiritualibus* perditissimos. Id.
7 *hac* regione. Id.

Alia manu: Jesus. 1556. Quadrimestres Ingolstadiensis Collegii 19 Nouemb.

Et alia: Emen [datae].

Manet vestigium sigilli in cera fusca.

DLIX

Joannes de Maioribus
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Ferraria, 22 Novembris 1556 [1].

IHS

Pax X.[i] etc.

Vt in antiquam reuocer consuetudinem et sanctissimae obedientiae iussa exequar, R. P., haec, quae fratres nostri his quatuor mensibus ex hoc fertili feracique campo collegerunt, ad tuam R.[tiam] perscribere uolui, non uerborum ornatu, quem uiribus meis imparem esse certo scio, nec ea prolixitate, quae audientium animos (si forte publice legentur) fastidire solet, utar; non postremo ea breuitate res narrandas perstringam, qua non elucescant, nec intelligantur. Primum ergo, quod ad extraneos spectat, referam; deinde ad nostros ueniemus.

Quidam (ut hinc incipiam) a uiginti annis nunquam confessus, maximo cum dolore peccata sua sacerdoti ex nostris patefecit, qui magnopere Patrum nostrorum charitatem in confi-

[1] Archetypae duplici folio, primo n 89, altero non numerato.—Autographas esse affirmare non valemus, quia nusquam alias in hujus Joannis indubie autographas incidimus.

tendo, humanitatem in admonendo, laudabat; et, maximo onere deposito, se foelicem beatumque profitebatur. Nobilis quaedam hebraea et opulentissima, accepto his diebus sacro baptismate, nostris Patribus confessa est; quae sane res non paruam in ciuium Ferrariensium animis de nobis expectationem ingenerauit: praestet Dominus ut ei pro uirili respondeamus. Frater quidam, ira et furore concitatus, omnino sororem occidere destinarat; a Patre nostro eius impetus repressus, cum sorore in amicitiam rediit.

Cum frater ex nostris concionem haberet, quidam concubinarius, dolore peccatorum compunctus, confessus est nostris patribus, qui multa alia uulnera non minoris periculi detexit, ad melioremque frugem se recepit. Ab eodemque fratre hebraeus quidam ad christianam fidem accensus est, qui apprime hebraeas latinasque literas callet; (ut speramus) nostram ingredietur Societatem, cum praecipue nostros uehementer diligat, et saepius, de institutis regulisque nostris collocuturus, nos conueniat.

Alter frater his diebus praeteritis meretricibus praedicauit, quae maxima attentione illum audiebant. Quis ualeat quantum fuderint lachrimarum referre? qui planctus auditi sint recensere? Itaque tredecim firmiter statuerunt uitam deprauatam inquinatamque flagitiis relinquere, et Deo adhaerere Christumque (ut inquit Apostolus) induere proposuerunt. Idem quadam etiam die in xenodochio quodam, amplo satis, concionatus est, persuasitque curatori, ut singulis hebdomadibus, infirmis doctrinam christianam praelegeret: quod se facturum promisit, iussitque ut bis in hebdomada litaniae maiores decantarentur; ac palam infirmis dixit, ut qui uellent in xenodochio remanere, ad confessionis sacramentum sese praepararent.

Hinc etiam fratrum charitas patet, quod cum exeunt, blasphemantes (quod sane peccatum maxime hisce in partibus uiget) increpant; eos, qui legunt libros non satis honestos, aut ad religionem christianam non pertinentes, corrigunt; quod quam patienter ferant, unius exemplo coniectari potest, qui statim, admonitus a fratre, librum in terram proiecit, non ira contra fratrem commotus, sed diuinae gloriae amore adductus. Nam postea fratri summas egit gratias.

Nec illud praetermittendum esse duxi, quod cum quidam

frater a P. Rectore [1] aduocatus naui Mutina Ferrariam ueniret, in hominem quemdam, annos pene quadraginta natum, nomine tenus christianum, incidit, qui nihil prorsus de christiana fide ac religione nouerat, nec orationem quidem dominicam tenebat, nec se signo sanctae crucis munire sciebat; sacrosancta Ecclesiae instituta sacramenta, ritus, leges, caeremoniasque spernebat; firmiterque asseuerabat se nunquam moriturum; a caede multorum non alienus, omnibus uitiis flagitiisque coopertus erat; quem cum frater fidei articulos edocuisset, eum timore poenarum ac Christi amore ad bonam frugem a praua uita reuocauit, sceleraque [2] deploranda adduxit, qui se confessurum promisit. Ex hoc gaudium ingens percepit, quod cum celare non posset, signis quibusdam declarabat, aedes nostras maxima diligentia quaerebat, fratrem miris modis extollens, saepe illa iterabat. "O Apostolum Dei, o hominem benignum atque humanum.„

His diebus duo hebraei baptizati sunt opera fratrum nostrorum, plurimique ad idem munus suscipiendum praeparantur, uariis in locis detenti: in his quaedam familia integra (mirum dictu), pater, mater, una cum quinque liberis, multum sunt a R. P. Rectore ad christianam religionem profitendam incensi, qui paucis post diebus (ut arbitramur) sacrum baptisma suscipient. Nam maior fere huius ciuitatis pars iudaica est, uiri sane corporis statura praegrandes, praeclaris ingenii dotibus exornati. Hinc fratrum dolor ac feruor in dies augetur, cum tot oues ac tales a Christi grege aberrantes, et de recta uia exorbitantes uideant, ut uix cum foras exire licet, lachrymas continere possint.

Solent qui nostrum frequentant templum saepenumero mulieres impudicas et omni flagitiorum genere obstrictas (quibus Ferraria abundat) ad confessionis salutiferum sacramentum adhortari; propter quod non satis bene a ciuibus accipiuntur, sed maledictis conuitiisque incessuntur, qui tantum abest ut ulciscantur, ut etiam gratias agant.

Quaedam mulieres desperabundae se in Padum demergere

---

[1] P. Joanne le Pelletier (Pelletarius).

[2] Alia manus: *et ad scelera* deploranda adduxit.

omnino decreuerant; sed a nostris a proposito nefando ad sanam mentem reuocatae, confessionem saepius iterant ac frequenter Christi corpus suscipiunt. Nec desunt qui octo milliaribus, et eo amplius, ab urbe distantes, nostrorum charitate capti, maximo feruore nostrum frequentent templum.

Complures iuuenes maxime idonei, bonis moribus instituti, in literis ualde prouecti, instant ut recipiantur *qui a Patre pedetentim retardantur* [1].

Quidam tamen gallus optima indole, latinis graecisque literis bene eruditus, ad nostram Societatem admissus est, qui quam obediens humilisque sit non attinet dicere.

Quaedam mater, una cum filia, cum homine nequam a multis annis consuetudinem prauam habebat; quae a tanto scelere per confessionem reuocata, ad vitam in melius traducendam se recepit. Alius etiam a uiginti annis quoddam peccatum grauissimum nunquam confessori patefecerat, saepiusque Christi corpus ore inquinato sumpserat: nunc nostris apertissime detexit, grauiterque illud deplorauit.

De domesticis breuiter mihi dicendum restat. Tres sunt classes; disciputi fere centum. Praeceptores ualde laborant ut non solum literis imbuantur, sed etiam ut bene recteque uiuere discant, quod sane eo dificilius esse uidetur, quo dissolutior hisce in partibus iuuentus inuenitur [2]. Verum nullo labore instituerentur, si patrum [3] cura ad nostram diligentiam accederet. Sed uere comicum dixisse experientia ipsa demonstrat: "deteriores omnes sumus licentia„ [4].

Quapropter non minus gratum sacrificium esse Deo circa hos iuuenes magnopere laborare, quam si in remotissimas terrarum ciuitates proficisceremur, existimamus. Propterea, non sine maxima causa, hoc a te obnixe petimus, R. P., ut Dominum pro nobis ores, nosque fratrum orationibus commendari uelis, ut et ipsi nostrorum laborum participes sint, et tandem una ad patriam, ubi nulla calamitas aduersaque fortuna existit,

---

[1] Haec ipse, ut videtur, qui litteras exarabat sic mutavit: *quos P. Rector de industria remoratur.*

[2] Alia manus, nobis ignota, *existit* pro *invenitur* apposuit.

[3] *parentum* scripsit alius a Polanco.

[4] Terentius, *Heautontimorumenos*, 3, 1, 74.

peruenire ualeamus: quod nobis praestet qui uiuit per infinita secula seculorum. Amen.

Ferrariae, decimo Kal. Decembris 1556.

Ego

T. R. P. indignus seruus,

JOANNES DE MAIORIBUS.

In quarta pagina haec leguntur: Jesus. † 1556. Quadrimestres Ferrarienses 22 Nouembris.

DLX

Michaël Angelus Labaccus
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Syracusis, 30 Novembris 1556 [1].

Jhs.

Molto R.do in Christo Padre.

Pax Chri. etc.

Non bastono in uero a sufficienza le mie forze admirare, et laudare quella excelsa, et ueramente diuina, de Iddio opt.° maximo clemenza: il quale per gli padri et fratelli di questa santa Compagnia tali diuerse et stupende cose si degna operare, quali ogni giorno in tutti i Collegii della Compagnia si ueggono. Ma questo molto maggior causa d' admiratione mi da che in tanto breue tempo, cioè di un anno et mezo, tanto frutto ueggo essersi fatto in questo Collegio.

Imperoche quì non solo le domeniche et feste, ma etiamdio

[1] Archetypae duplici folio, nn. 179 et 181. Autographaene sint an apographae definire non valemus.

quasi ogni giorno, in grande moltitudine huomini et donne a gli sacramenti con incredibile desiderio concorrono. Nel tempo delle sacre lettioni, et prediche stanno con tanta cura, diligenza et studio, che mai quasi si finisce predica, che non si sentano grandissimi sospiri et lagrime, le quali senza dubbio si cognoscono uscire di uero affetto di pietà. Ma dirò quel che accade nella nostra chiesa il giorno della Magdalena. Una nobile donna (ma dalle cose spirituali tanto aliena che da tutti uana era tenuta) non so con che spirito era uenuta in chiesa; et mentre che il R.do P. Philippo [1], Rettor' di questo Colleggio, predicaua, gli fu da Iddio trapassato il cuore da una saetta tanto uehemente, che non solo lasciò li uani piaceri et solazzi dil mondo, ma etiamdio già con humilità grandissima frequenta i sacramenti, et dipoi la conuersion sua sempre ha dato et da a tutta questa città tanto buono essempio et admiratione che affatica si pottrebbe narrare.

Buona parte di questa città con grande zelo et ardente amore da opera alle cose diuine et spirituali et seguita con molta diligenza gli studii della Compagnia, di tal modo che le domeniche non restono senza gran pena di animo ueruna predica lasciare, nè ancho gli giorni del venerdì la lettione della cantica [2] che si legge, et quel che è più, nè pur un dì la messa. Facendosi agli giorni passati la oration' delle 40 hore nella nostra chiesa, ci fu di giorno et di notte grandissimo concorso. Non dico li suspiri, gridi, et pianti et altri simili segni della diuina gratia infusa del cielo nelle menti di quei, che orauano, li quali segni certo con incredibile stupor' di ciascun si odiuano, anzi chiarissimamente si uedeuano. Finalmente nel fine della oratione, predicandosi, molti di feruore furono astratti in grande agitatione di mente. Altri, esciti di se, non sapeuano doue fossero: alcuni anchora (o cosa mirabile!) tanto hauean' pianto che restorno tramortiti, et quasi niente si sentiuano. Ma che più di questa oratione dico? Certo grandimente mi marauiglio et a pene pur posso aprir la bocca a narrar le cose marauigliosissime che all' hora uedemmo. Per il che auanti seguitaremo alle altre cose.

---

[1] Philippus Cassinus.
[2] Lectio super *Canticis canticorum*.

Quì tutti li deuoti del Colleggio, non solo con tutte le forze attendono alle opere pie, ma anche tutti quei che odono mormorar' contra la Compagnia, anchorche sacerdoti et religiosi, acerbissimamente reprehendono; et principalmente questo far suole Mons.or R.mo della città [1], il quale certamente in ogni cosa dimonstra singulare affettò di amore in uerso il Collegio, massime souenendoci ne i bisogni, imprestandoci libri, dando elemosine et altre cose simili; et questo fa con tanta benignità et liberalità che par non minor cura habbia del bene et commodità del Collegio che del proprio.

Ma perche (come dice quel poeta) la uia della virtù stà posta nelle tribulationi et persecutioni, non mancano chi dicano sempre mal della Compagnia. Sonno propinqui certo chi insidiano et cercano la rovina del Collegio; et perche niente possono mandar in effetto contra dil Collegio, con iniurie et vituperii ci contradicono; et quanto più chiaramente si cognoscono perder il tempo in darno con tale iniurie et parole detrattorie, di tanto maggior rabia d'invidia si cruciano. Donde un certo prete, maestro in grammatica, con alcuni versi, i quali furono trouati fitti nella porta della scola, grauissimi mali et danni hebbe ardir di minaciar' al Collegio, et se subito non ci partiamo di qua, disse che dipoi poco tempo con grande uergogna et forse con pericolo di uita sarremo scacciati. Queste prete, benche dissimulasse esser stato autor di questa cosa, tamen non pottè star' molto ascosto: imperoche, dicendo lui spesse fiate iniuria contra li maestri del Collegio et specialmente contra l' essattor' delli studii [2], per che lui in una oratione, la qual fece in scuola presente il vescouo et gli altri gentil' huomini et signori della città, reprovò alcune parole di Laurentio Ualla [3], le qual' eran dette in uituperio della lingua greca, tali cose dico disputando quel prete con li suoi amici contro dil Collegio, facilmente fu cognosciuto dalle parole esser stato lui autor de i uersi, de quali poco auanti si disse; per il che comandò il vescouo che egli fusse posto in carcere; ma dipoi subito per li prieghi del nostro Padre lo mandò libero. Da queste cose donque

---

[1] Hieronymus de Bononia, Syracusanus Episcopus.

[2] *exactorem studiorum*, infra ipse Labaccus in versione latina; quibus verbis, ut ex sequentibus erui videtur, studiorum praefectum significat.

[3] Hujus opera de re grammatica in magno pretio erant adhuc toto saeculo XVI.

si può facilmente cognoscere quanto sia chiaro *(sic)* a tutti i buoni questo Collegio.

Ma acciò già referisca alcuna delle cose, che prouocano li frigidi petti degli huomini uani alla pietà et virtù. Questo in prima mi par esser digno di commemoratione. Per la diligenza del nostro sacristano, la qual egli usa in preparar gli altari et secondo la uarietà de i tempi in uariar gli ornamenti della chiesa, molti si eccitano et a poco a poco uanno auanti, essortati da quello, et si riducono a vita honesta et santa. Di modo che il numero de i buoni cresce mirabilmente in numero et perfectione.

Quei che ogni otto giorni si confessano et comunicano, sonno forse cento. Ma le feste solemni circa 150, o uer' 200. Accade anche al spesso che alcune nobilissime donne, baronesse et signore, accesi et infiammati del amor de Iddio, disprezzano la sua grandezza, lasciano gli ornamenti del corpo, fugono gli piaceri et se danno a Iddio. Alcune fanno confession' generale et sonno molte desiderose della pura conscienza. Ad alcune di queste se gli danno gli essercitii spirituali, alli quali loro attendono diligentissimamente. Sonno anchora altre uedoue, che totalmente se sonno dedicate a Christo, pigliando habito monastico, le quali hora danno a tutti singulare essempio di bontà. Ma che dirrò della frequenza, purità, et splendor' de vertù delle vergini, che quì concorrono? certo gli animi et ochi di ciascuno in admiratione di se convertono. Imperoche sogliono le altre nel fior della sua giouentù darsi agli piaceri et solazzi, et queste niun più dolce piacer sentono che star' in chiesa alli santi officii et essercitii, et fugir la fedità de vitii come esca di ogni immunditia et tristitia. Per la qual cosa la conuersation' loro non humana ma angelica appare. Oltra di ciò tutti questi deuoti et deuote, che habbiamo narrato, non solo attendono alla salute sua priuata, ma anche di continuo fanno oration' per quelli che cognoscono esser fuor della uera uia, et cercongli ridurre essortando, monendo, proponendogli la bellezza della uirtù et bruttezza de' vitii; et questo fanno con tanta diligenza et studio che paiono non posser hauer maggior' consolatione et acquistar più precioso thesauro, che quadagnar alcuna anima a Giesu Christo.

Nè questo mi par douerci tacere, del quale quì è fama admi-

rabile et frequente, cioè che molti honesti et nobili huomini sogliono in ogni luogo sommamente lodare et celebrare gli essercitii della Compagnia, et se alcun' ne dica male, loro disputando contra gli confondono; se gli accagia andar' in alcun luogho o città per trattare i suoi negocii, non mancano di predicare le lode della Compagnia; et questo si può cognoscer per segni euidentissimi, et spetialmente che essendosi fatta quì una comedia nella renouation deli studii, che trattaua de costumi honesti, certi gentil' huomini principali di una città, chi è discosta di quì 24 miglia, pregorono il R.do P.e Philippo che li mandasse i figlioli che recitorno la comedia, acciò iui di nuouo si facesse; tanto gli fu lodata da syracusani. Ma il Padre non uolse consentire, parendogli inconuenienti al studio della Compagnia, che non fa tal cose per arte, ma per ammaestrar' et accender' la giouentù alle lettere. In questa medesima città si trattaua di far Colleggio per la Compagnia. Per il che douendo andare lo Ill.e S.or Suero, figliol di Sua Ex.a [1] in Trapana, deliberò passar per là et condusse seco il P.e Philippo acciò la cosa si trattase più comodamente con gli consuli della città Essendo gionto colà il Padre fu receuuto da tutti benignamente et honoratamente trattato: dipoi prigato dal Vicario et Signori della città, predicò una domenica a matina nella madre chiesa con grande admiratione de tutti: finalmente ui è gran speranza di far questo Colleggio *sed messis multa, operarii autem pauci*.

Questo anchora dirrò che essendo spesso chiamati i padri a uisitar' et consolar' gli infermi, per la loro presenza et parole non solo si recreano essi infermi et si inanimano a sofferir' fatiche et dolori et se sia di bisogno la morte, ma etiamdio tutti si stupiscono della lor' pietà, purità, et principalmente della charità, uidendogli usare amore più che paterno in uerso gli infermi, et che quando son' chiamati, non si curano di proprio scommodo, ma anchorche a meza notte uanno. Ma questo basti in quanto agli essercitii della chiesa.

Hora dirremo alcuna cosa del frutto et diligentia dei scholari, parte nelle lettere et sapientia, parte principalmente nelle cose pie; et se le cose dette sonno state gioconde, queste che dirremo non posson' douer esser meno soaui. Imperoche gli

---

[1] Suerus, sive Assuerus, de Vega, Joannis de Vega, Siciliae Pro-regis, filius.

stessi parenti et altri cittadini, uedendo la modestia, buoni essempii et profetto in ogni cosa honesta delli scholari, lodano Iddio, et dicono questa città douer esser miserrima, se manchi al Colleggio: nè certo immeritamente, imperoche li figlioli di casa alla scuola similmente di scuola in casa uanno et tornano cantando, non uani canzoni, come auanti facciano, ma la dottrina christiana. Alli studii così attendono et alle disputationi et altri essercitii in scola et fuor' di scola che paiono arder' di amor' di sapientia. Di più gli suoi maestri amano incredibilmente, gli fanno honore, stanno attenti alle lectioni; che più? per il loro essempio concorreno molti al studio del Colleggio, imperoche uedendo quelli fare tanto frutto in breue tempo, loro si uergognano nè si uogliono lasciar superar da gli altri; et così ogni giorno cresce la lor uirtù et anche il numero.

Sono già circa 150 delli più nobili di questa cità, alcuni ancho per penuria di maestri son uenuti dalle montagne al studio, et benche tutti i discepoli circa le lettre son diligenti et studiosi, tamen non con minore cura inuigilano alla pietà. Imperoche talmente son desiderosi della pura conscienza che non aspettano al tempo statuto di ogni mese per confessarsi, ma molto spesso questo cercono et domandano. Altri per maggior tranquillità di mente cercono renouarsi et far general' confessione, et per ricordarsi meglio, scriuono i soi peccati. Ma che dirò di quelli, li quali benche siano giouanetti et di tanto misterio poco appaiano capaci, niente di meno uengono con tanta pietà et riuerenza al sacramento del Santissimo corpo del Signor, che danno admiratione agli uechi, chi non moueno questo col' suo essempio? Certo li stessi padri, uidendo li lor figlioli, che prima marciuano nel ocio et tutto il tempo consumauano in burle, hora tanto mutati, dicono douer esser questa cità in perpetuo schiaua del Collegio, per opera del quale così mirabilmente di honeste discipline et principalmente di pietà è ornata. Tra i discepoli sonno alcuni ingegnosi et buoni, che cercano intrar' nella Compagnia, delli quali un' giouanetto, figliolo di un' dottore, fa grandissima instantia per esser riceuuto; et benche al suo buon desiderio hanno fortemente ripugnato i suoi parenti, niente dimeno speramo che harà la vittoria.

Queste sonno le cose, Padre Reuerendo, che mi sonno occorse dir dil frutto di questo nuouo Collegio. Per la qual cosa questo

solo dirrò et farò fine. Benche la maggior et meglior parte di questa città al Collegio grandimente fauorisca, tamen (come disse di sopra) non mancano chi cercano la rouina nostra et forsi totalmente extinguer' et scacciar di qua sino alla memoria della Compagnia. Ma non possiamo diffidere donde fautore et adiutore è Christo; non ci ritarda la difficultà della guerra, doue ci è promesso il cielo. Anzi più tosto pensiamo et ci confidiamo nel Signor che alcun tempo anchor li nostri aduersarii saranno illuminati dalla diuina clementia d' Iddio; la qual cosa acciò più facilmente si faccia et acciò per mezo di questo Collegio si accresca assai bellezza et frutto alla chiesa santa, sposa di Christo, preghiamo sommamente la R.ª V.ª sia ricordeuole di questo Colleggio nelli suoi santi sacrifitii. Imperoche non dubbitiamo douer questo Colleggio esser molto aggiutato principalmente per li preghi di V. R.da P.tà et anche di tutti i Padri et fratelli.

Di Syracusa, al ultimo di Nouembro 1556.

De V. R.da P.tà inutil' seruo in Chro. Jhu.

MICHAEL ANGELO LABACCO.

Praecedentium Michaelis Angeli Labacci litterarum latina versio [1].

Jhs.

Gratia et pax X.i

Non possum equidem non vehementer admirari (perquam observande Pater) excelsamque illam vereque divinam Dei optimi maximi clementiam non laudare, qui tot et tanta per hanc minimam Societatem dignatur operari, quae quotidie ex omnibus Collegiis ad nos perferuntur; sed maiorem hoc mihi praebet admirationis causam, quod videam tam brevi tempore tantum ex hoc Collegio spiritualis fructus proventum.

Huc non diebus dominicis modo et festis, permulti, sed etiam

---

[1] Archetypae duplici folio, nn. 179 et 180.—Manus alia est ab ea, quae praecedentes exaravit, ideoque incerti etiam sumus an autographae sint necne.

quotidie fere, ad sacramenta admirabili Christi desiderio confluunt; in sacris autem lectionibus et concionibus summa intersunt diligentia, cura ac studio ut vix unquam absolvantur, quin ingentia suspiria, manantibus lachrimis, ex sincero pietatis affectu deprompta, audiantur.

Quod festo divae Magdalenae in nostro templo accidit, paucis narrabo. Nobilis quaedam mulier (sed a piis rebus adeo remota, ut omnibus passim vanitatis notaretur) in templum, nescio quo ducta spiritu, se contulerat; dumque R.dus P. Philippus, huius Collegii Rector, concionaretur, tam vehementi divini verbi tacta est fulmine, ut non modo pristinum vitae genus reliquerit, sed iam etiam magna cum humilitate sacramenta frequentet; quae quanto postea toti civitati fuerit exemplo et admirationi vix dici potest.

Bona etiam huius civitatis pars divinis rebus ardenti amore dat operam, et Societatis studia avide sectatur; ita sane ut nullam diebus festis concionem, nullum sextis feriis sermonem, qui super Canticum canticorum fit, nullum vel semel certe Missae sacrificium sine magno animi dolore intermittere videatur. Cum autem nuper preces quadraginta horarum in templo nostro exhiberentur, magna die nocteque orantium frequentia, videre erat fletus uberes, suspiria profunda atque alia id genus divinae gratiae orantium mentibus infusae signa, quae incredibili profecto omnium admiratione spectabantur: et cum sub orationis finem concio haberetur, multi ex amoris fervore, velut extra se ipsos rapti atque abducti, concione absoluta, in oratione perseverabant. Nonnulli etiam (quod dictu est mirum) adeo sese lachrimis confecerant, ut propemodum exanimati viderentur. Sed quid de his plura? stupeo prorsus vixque ad tanta enarranda vel hiscere valeo, quae tunc admiratione certe dignissima observavimus: sed ad alia pergam.

Quicumque erga Societatem bene affecti sunt non solum totis nervis, quae ad pietatem faciunt, requirunt; sed etiam eos, licet sacerdotes aut religiosos, quos contra Societatem latrare et mussitare intelligunt, acerrime reprehendunt. Imprimisque Rmus. huius civitatis Episcopus, qui singularem erga Collegium omni in re prae se fert amoris affectum et maxime in suggerendis nobis libris, nummis et quibuscumque rebus indigeamus; idque tanta benignitate, et munificentia facit, ut Collegii

salus non minori curae illi esse videatur atque propria. Veruntamen (quia ut ille ait) *publica virtutis per mala facta via est*, non desunt qui Societati detrahere conentur; sunt qui moliuntur insidias, et faces nobis perpetuo intentant; quando autem re nihil efficere valent, maledictis tamen et convitiis nos lacessunt; quantoque manifestius oleum et operam se perdere cognoscunt, tanto acerbiore invidiae rabie excruciantur. Unde et quidam Presbyter, grammatices professor, quibusdam carminibus, quae scholae valuis affixa inventa sunt, gravissima nobis mala interminari non est veritus, et nisi mox hinc fugam arripuerimus, fore, inquit, ut brevi summo cum dedecore et forsitan vitae dispendio detrudamur. Is autem, quamvis eius rei auctorem se fuisse dissimularet, tamen diu latere non potuit. Cum enim saepius contra praeceptores Collegii, ac praesertim studiorum exactorem mussitaret, eo quod in oratione, quam pro studiis renovandis in scholis coram Episcopo ac primatibus civitatis habuit, verba nonnulla Laurentii Vallae, quae ad graecae linguae dedecus faciebant, improbasset, haec, inquam, cum saepius ille contra Collegium una cum suis familiaribus iactaret, facile cognitus est fuisse versuum, quorum iam meminimus, auctor; quapropter Episcopus eum in vincula coniici iussit, sed paulo post Patris Philippi precibus eumdem dimisit. Ex his profecto quam charum sit optimis quibusque hoc Societatis Collegium haud difficulter colligi potest.

Illud etiam addam, quod torpescentium pectora ad pietatis studium non mediocriter diligentia aeditui nostri et studio in apparandis altaribus, atque adeo pro temporum vicissitudinibus variandis templi ornamentis, excitantur; et paulatim, suadente eodem, promoventur et in recte sancteque vivendi amorem illiciuntur: sic [1] bonorum numerus mire locupletatur et ornatur. Qui octavo quoque die ad confessionis et Christi corporis sacramentum accedere solent, iam centum enumeravimus; solemnioribus vero festis plus minus ducentos, nec raro accidit ut nobilissimae civitatis matronae Christi charitate accensae ac inflammatae, despectis maiorum stemmatibus, corporis ornatu et fucis abiectis, voluptatibus longe fugatis, se pietati devoveant, et conscientiam suam perfecte ab omni culpa vel in pue-

---

[1] Ms. *si*.

ritia contracta, abluere generali confessione studeant. Harum nonnullae spiritualibus exercitiis summa incumbunt diligentia: aliae etiam viduae sese Deo penitus, religionis habitu sumpto, devoverunt, quae omnibus modo singularis virtutis sunt exemplo. Quid de puellarum virginum frequentia, puritate virtutumque splendore dicam? profecto oculos omnium atque animos in suae virtutis admirationem [convertunt]. Cum enim soleant aliae in illa aetate lubrica deliciis vacare, e contra nullas omnino dulciores delicias existimant quam rebus sacris in templo interesse et ab omni peccatorum turpitudine quam longissime fugere. Quare earum conversatio non humana sed vere angelica videtur.

At hi homines, quos memoravimus, non modo animae suae saluti student, sed pias et crebro in Deum preces pro impiis hominibus effundunt eosque hortantur, monent, ac detestando vitiorum obscenitatem, virtutum pulchritudinem extollendo, ad rectam Christi viam adducere conantur; idque tanta sollicitudine curant, ut nullum se posse pretiosiorem thesaurum assequi credant, quam si aliquem Christo lucrifaciant.

Nec illud silentio praeterire possum, cuius frequentissimus hic itemque celeberrimus est rumor, complures honestos homines et iuxta splendidos, ubique Societatis spiritualia exercitia summis encomiis commendare, praedicare atque etiam a detractorum et invidorum linguis defendere. Quod si tractandi alicuius negocii causa aliquo proficisci extra Syracusas contingat, nullo pacto desistunt Societatis laudes una voce, eademque clarissima, ad coelos efferre. Hoc autem, ut alia omittam, vel ex eo colligi potest quod cum hic comoedia quaedam, pro studiorum renovatione, de moribus instituendis acta fuisset, optimates oppidi, quod hinc 24 milliaribus distat, a R.do Patre Rectore vehementer contenderunt ut discipuli, qui comoediam egissent, eo mitterentur, quo illic eamdem iterum agerent; fuerat enim illis a syracusanis admodum praedicata ac celebrata; verum quia id fieri parum decorum videbatur, Pater negavit. In eadem urbe de Collegio Societatis condendo agebatur; quamobrem cum Illmus. Suerus, Pro-regis filius, Syracusis Drepanum versus iter faceret, illac transire statuit secumque R. Patrem Rectorem duxit, quo commodius res agi posset. Eo cum Pater appulisset, benigne exceptus et honorifice ab omni-

bus est; rogatus deinde a Vicario civitatis et primatibus, in summo templo summa omnium admiratione concionem habuit; denique magno calore de condendo collegio est actum; sed *messis multa, operarii autem pauci.*

In hoc vero amplissimum charitatis fructum esse opinor, quod, cum patres Societatis ad visendos et consolandos aegrotantes saepenumero accersuntur, eorum praesentia et sermone non modo aegroti plurimum reficiantur et ad ferendas hilari animo omnes molestias atque adeo, si opus sit, mortem pro Christo adducantur; verum etiam omnes eorum pietatem, morum candorem ac praesertim charitatem admirentur, tum quod cum infirmis plusquam paterno utantur amore, tum etiam quod, nulla privati commodi ratione habita, vel intempesta nocte vocati, ire non recusent.

Iam vero de discipulorum fructu et diligentia, cum in studiis honestisque disciplinis, tum maxime in rebus piis, aliquid dicendum videtur; siquidem cum parentes atque alii cives puerorum modestiam, candidos mores et in omni re honesta profectum advertunt; civitatem asserunt, si Societate destituatur, miserrimam futuram: nec immerito sane, semper enim e domo in scholam, similiter a schola in domum, non inanes, ut prius, cantilenas, sed doctrinam christianam in ore habendo, ire ac redire consuescunt; studiis vero ita incumbunt, ita disputationibus et praeclaris litterarum exercitationibus insistunt, ut sapientiae amore atque ardore flagrare videantur. Ad haec suos praeceptores incredibili prosequuntur amore et reverentia, et attentione magna adsunt, atque eorum exemplo non pauci ad studium Societatis venire compelluntur. Cum enim illi nostros discipulos brevi tempore tantum proficere vident, pudori succumbunt, nec se ab illis superari patiuntur. Quocirca et eorum virtus quotidie crescit et numerus augetur: sunt autem circiter centum quinquaginta ex nobilissimis totius civitatis; aliqui etiam, discendi gratia, ex circumiacentibus oppidis ob praeceptorum penuriam ad Collegii scholas venere; et quamquam omnes discipuli circa rem literariam se mire studiosos exhibent, non tamen minori cura pietati invigilant. Ita enim conscientiae puritatis sunt avidi, ut praescriptum confitendi tempus non expectent, sed id saepius requirant, et exposcant. Alii ad maiorem mentis tranquillitatem, omnes confessiones reiterare, et vitio-

rum sentinam expurgare contendunt; atque etiam ne memoria fallat, peccata scripto adnotant. Quid de his loquar, qui, licet adolescentes sint et tantae rei parum capaces videantur, ad sacrum tamen Christi corpus sumendum tanta pietate et reverentia veniunt, ut etiam senes in sui admirationem rapiantur, quae *(sic)* hi suo non movent exemplo? Certe parentes ipsi, dum liberos suos, quos ocio antea turpissime marcescere ac totas noctes totosque dies alea ludere viderant, ita iam immutatos observant; civitatem dicunt Societati perpetuo mancipatam ac devinctam esse debere, cuius opera sanctissimis disciplinis exornatur et in primis pietate honestatur. Ex discipulis aliquot, spectatis moribus ac praeclaro praediti ingenio, in Societatem admitti cupiunt, ex quibus adolescens quidam, insignis cuiusdam doctoris filius, vehementius contendit et ut recipiatur efflagitat: et licet eius parentes bono filii desiderio pro virili restiterint, tamen victoriam, ut speramus, assequetur.

Haec sunt, R.de Pater, quae de novi huius Collegii fructu dicenda in mentem venerant; quare si illud unum adiecero, finem faciam. Quamquam maior pars ac melior huius civitatis Collegio impensissime favet, tamen (ut supra dictum est) non desunt qui in necem nostram conspirent, quique Societatem hinc ita extirpari et funditus tolli desiderent, ut ne vestigium quidem eius memoriae supersit; sed diffidere non possumus, ubi fautor et adiutor est Christus; immo potius fore confidimus, ut etiam hi divinae gratiae hamo aliquando capiantur, qui eiusmodi contra Societatem moliuntur. Quod ut facilius fieri queat, utque Collegii huius opera plurimum Sponsae Chri. Ecclesiae, decoris ac pulchritudinis accedat, te, pater amantissime, obsecramus ut huius Collegii in sanctis tuis sacrificiis et orationibus sis memor. Nec enim dubitamus hoc Collegium tuis imprimis ac deinde patrum omnium atque fratrum precibus plurimum adiutum iri. Vale, pater optime, nosque perpetuo commendatos habeas.

Datum Syracusis, pridie calend. Decembris 1556.

Perquam R.dae Paternitatis tuae servus inutilis,

Michaël Angelus Labaccus.

Alia manu in quarta pagina: † C. Siracusa. Pridie Calend. Decembris 1556.

DLXI

Franciscus Costerus,
Ex *commissione* R. Patris Leonardi Kessel,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Colonia, 13 Decembris 1556 [1].

IHS

Pax Christi etc.

Reuerende in Christo Pater: Tempus nos monet, ut quae hoc mense Nouembri gesta sunt, obedientiae satisfacturi ad V. R. perscribamus.

Quod ut commodius fiat, hunc ordinem seruabo: ut primum a Coloniensibus nostris exordium sumam, qui adhuc nouo iam electo Antistite, fratre nimirum demortui [2], in fide catholica perstant [3], augeturque confitentium et communicantium numerus in dies magis magisque, ut non immerito magnam spem de Colonia nostra conceperimus. Fauet nobis tota Uniuersitas cum Senatoribus omnibus et tota ciuitate, ut non obscure factis demonstrauit. Constituit namque Uniuersitas (ad hoc in concilium coacta) Magistrum Joannem Riedt [4] Collegii illius, quod nouum uocant, seu trium coronarum, Rectorem, ut in illud circa Natiuitatis Dominicae solemnitates migremus. Adque idipsum Senatus (cuius erat conferre) illi contulit [5]. Nihil nos remoratur

---

1 Autographae in *Germaniae Epistolae mixtae,* duplici folio olim n. 248, nunc autem N. 2.—Menstruae sunt, sed quadrimestrium defectum supplent.—Eas fere integras ex apographo edidit jam HANSEN, l. c., pag. 282-284.

2 "Antonius de Schauenburg, Adolphi III, defuncti, frater, 26 Octobris 1556 promotus fuerat.„ HANSEN, l. c., pag. 282, annot. 3.

3 Sic; apud HANSEN *persistunt,* vel, suggerit ipse, *praestant.*

4 Reidt. ID., *ibid.*

5 De his videndus HANSEN, l. c., pag. 273 280.—"Rhetii ingressus ad Februarium 1557 dilatus est (Vide Melz, Geschichte des Gymnasiums an Marzellen, Progr. 1886, pag. 10 et seq.).„ ID., *ibid.* pag. 283, annot. 1; vide etiam pag. 286, annot. 3.

aliud, quam quod alius, qui dudum illic Rectorem egit [1], nondum emigravit. Non dubitamus quin plurima sit operaturus Dominus per Collegium hoc, quod tantae difficultates tantique labores tandem pepererunt. Obstitit nobis hactenus uersipellis et saeuissimus hostis humani generis, timens inferendum sibi exitium, si pro uotis res nostrae succederent, sique Collegium aliquod in hac tam celebri Uniuersitate ac urbe nominatissima, et quae caput seu Metropolis est totius inferioris Germaniae, nancisceremur. Hanc enim ciuitatem ueluti ducem, cuius uestigia sequi debeant in omnibus, quae ad Religionem et mores pertinent, intuentur aliae pene omnes, ut ab huius moribus aliorum mores pendeant. Vicit tamen Leo de tribu Iuda, vicerunt merita illustrissimorum, sanctissimorum Regum, quorum hic ossa quiescunt. Vicit chorus sanctarum Virginum VRSVLAE et comitatus eius, vicit et nobilissimus Thebaeorum exercitus, qui pro nostra Colonia continuas ad Deum preces fundunt, ne a maiorum suorum fide ac Religione desciscat, sed, piis monitis adiuta, paulatim saniores mores assumat.

Magister Henricus [2] (quemadmodum superioribus literis vestram R. certiorem feci) promotus in Theologiae Baccalaureum, Psalmorum Dauidicorum enarrationem assumpsit, quos tam foeliciter interpretatur, ut omnes Theologiae Doctores, qui ante decennium Sacras Literas professi sunt, longo interuallo praecurrat, ut facile auditorum numerus testimonio esse potest. Confluunt namque plures ad eius lectiones, quam ad illius, qui a multo tempore docuerit. Dominus Deus, qui talem successum dedit, dabit et foelicem exitum. Suspensae sunt, huius Uniuersitatis more, lectiones tum propter quodlibeticas quaestiones [3], tum propter ingentia frigora, tum etiam propter festiuitatem instantem [4]. Magister Henricus Louanium profectus est certe quaedam negotia, quae Religionem concernant, admodum necessaria, compositurus. Reuersurus tamen ante haec festa, ut lectionem coeptam prosequatur.

Magister Joannes Riedt, cum occupationes futuri Collegii,

---

1 "Jacobus Leichius.„ Id., *ibid.*, annot. 2.

2 "Henricus Dionysius. Hic theologiae facultati adscriptus fuerat die 2.ª Octobris (Matrikel "Matriculae liber seu regestum„. iv fol. 220).„ Id., *ibid.*, annot. 3.

3 Vide Hansen, l. c., pag. 285, annot. 2.

4 Nativitatis Dni. N. Jesuchristi.

cuius ipse constitutus est Rector, patientur, auspicabitur Euangelium secundum Matthaeum.

Ego, fauente Domino, cum his duobus etiam in Baccalaureum promotus, post Epiphaniam librum Genesis [1] in scholis Theologorum exordiar. Det Dominus conatibus nostris prosperum successum. Has lectiones opus est ut nos tres assumamus, quod id Senatui placere nouimus, qui idipsum a nobis id postulauit. Quare pro futuro Collegio vterque Theodoricus expectabitur, Canisius nimirum et Amstelredamus [2], qui Philosophiam profiteatur; fieri enim nequit, ut utrique et Philosophicae et Theologicae lectioni aliquis nostrum par est [3] esse queat. Orauit V. R.am R.dus P. Leonardus superioribus literis, ut hos duos ad nos mittat, profuturos Coloniae, immo toti inferiori Germaniae, non in lectionibus modo, uerum in aliis quam plurimis. Conducendi nobis erunt ad tempus Praeceptores, qui has facultates profiteantur, donec illi uenerint. Cumque hi uenerint, studia iuxta morem Romanum instituemus.

Rogamus praeterea V. R. ut uenturis illis *(sic)* iubeat aliquot dialogos Magistri Andreae Frusii conferre, quos hic interdum studiosi Colonienses publice exhibeant, non enim sunt hic apud nos Frusii ulli, qui similia possint condere.

Quod autem ad nostros attinet, decem et nouem sumus in hac domo, plures futuri, nisi loci angustia prohiberet. Inter hos unus hoc mense se Societati tradidit, iuuenis optimae indolis, Gregorius nomine [4], 21 circiter annorum, hoc Februario in Artibus promouendus. Hunc, cum ego in patriam proficiscerer, ne locus ullus remaneret uacuus, P. Leonardus admisit ut in meo cubiculo Exercitia faceret, quibus ante reditum meum absolutis, nobiscum mansit, ac quotidie in pietate suique resignatione mirum in modum proficit, ut pulcherrimum exemplum sit omnibus. Promovebuntur cum illo ex nostris duo alii ingenui adolescentes. Verum sequenti anno in nostro Collegio alios creabimus magistros, diuina ope, Henricum nostrum Dionna-

---

[1] *geneseos* apud HANSEN.

[2] Theodoricus Geeraerts, seu Gerardi. natus in urbe Amsterdam, quem tamen nondum in aestate sequentis anni obtinuerat P. Leonardus. Vide HANSEN, pag. 289.

[3] Sic; sed redundat hoc *est*, nec exscribitur a HANSEN.

[4] "Sermo esse videtur de Gregorio (Fabio) Dionatensi, qui Februario mense anni 1557 *Licentiati*, Decembri vero ejusdem anni *Magistri in artibus* gradum obtinuit (Decanatsbuch IV, fol. 266, 269).„ ID., *ibid.*, pag. 284, annot. 2.

tensem et Petrum Coloniensem [1], ut ii Praeceptoribus nostris in Humanioribus studiis et Rhetorices professione auxilio esse possint. Nulli enim hic ad lectionem ullam admittuntur in huiuscemodi Collegiis, qui non prius magisterii gradum conscenderunt. Sunt insuper alii duo iuuenes Lotharingi maxime spei, qui hoc mense in Societatem sunt admissi, uerum qui ob loci istius angustias nondum in aedes nostras recipiuntur. Adduxit praeterea ex patria sua Henricus [2] unum [3] cognatulum suum, puerum optimum et sincerum omnino, staturae Rumoldi Mechliniensis. Nobilis autem ille, de quo superioribus literis ad R. V. perscriptum memini [4], studia literaria aggressus est, quae ei pro uotis recte succedunt, et in humilitate tantum promouit, ut uideatur ipsa humilitas.

Franciscus Hemerulus, in patriam profectus, res suas componit ob fratris sui obitum [5], qui ei hactenus in illis obstitit, reuersurus, uti speramus, ante festa Natalitia.

Ego quoque his diebus ex patria redii [6], ad quam, ut parentum meorum animos placarem, a R. P. Leonardo missus fui in qua non pauca Dominus operabatur. Nam tota familia nostra, mihi confessa, maximam uitae pristinae emendationem pollicebatur, et singulis mensibus communicare. Mater mea singulis dominicis diebus post aduentum meum communicare instituit, et alii multi similiter uitam mutare instituunt.

Haec sunt, R. Pater, quae de hoc mense scribenda occur-

---

1 "Henricum Somalium et saepius nominatum Petrum Hauptum.„ Id., *ibid.*, annot. 3.

2 "Henricus Dionysius (ex Noviomago).„ Id., *ibid.*, annot. 4.

3 Ubi autographae habent *unum*, ex apographo exscripsit Hansen, *noster*.

4 "In quadrimestribus litteris, quarum infra, n. 189, meminimus, dicitur hic *dominus de Hymmen (dominium illud situm est prope Noviomagum in Gueldria* [Hemmen?]).„ Hansen, l. c., annot. 5, lectorem remittens ad paginam 282, lin. 6, ubi haec leguntur: "Libenter intelligemus an..... sit in Societate et ille, de quo scripsit m. Joannes quod in exercitiis versabatur, cuiusdam loci prope Noviomagum dominus.„

5 "Agit de hoc Polancus, *ex commissione* Patris Laynez Generalis Vicarii, scribens litteris Romae 25.ª Novembris hujus anni datis ad Hemerolum, quibus, inter alia, dicitur quod Laynez conventum Sanctae Gertrudis Coloniensem (monialium O. S. D.) 'participem facit omnium bonorum spiritualium Societatis nostrae.... Tria grana benedicta tibi mittit pater vicarius, quamvis satis simus exhausti, his praesertim quae ad animas defunctorum iuvandas peculiariter conferunt, ex quibus unum mittitur, et duo ex communibus, quae tamen ipsa magnam vim habent ad animas iuvandas' (viii, fol. 98, Orig.). Hemerolus domo sua Coloniam rediit 15.ª Martii 1557; accepit autem ex suae familiae bonis septuaginta aureorum *(Gulden)* annuum reditum, quae Coloniensibus Jesuitis per Carthusianorum Priorem solvebantur (iv, fol. 118, Orig.).„ Id., *ibid.*, annot. 6.

6 Mechliniensis Coster erat.

runt. Rogamus V. R. ut nos ac Coloniam nostram in suis sacerrimis sacrificiis commendatos habeat, memor etiam amicorum nostrorum Domini Gropperi (qui cum omnibus suis summum nobis fauorem exhibet) [1], Patris Prioris Carthusianorum [2], et Doctoris Euerardi Billickii, Prouincialis Carmelitarum, singularis patroni nostri, et qui iam creditur futurus noster suffraganeus Coloniensis [3]. Hi omnes de nobis bene meriti sunt, et in hoc Collegio plurimum nobis suo fauore contulerunt. Quod quidem, licet nullis sit adhuc redditibus dotatum, nunquam tamen diuino auxilio destituetur; sed qui id nobis donauit, in illo nos ac posteros nostros est conseruaturus. Valeat V. R. in Christo.

Salutant V. R. Reuerendus P. Leonardus [4] et caeteri Patres et Fratres. Salutamus etiam omnes Patres Fratresque Romanos, quorum nos sacrificiis et precibus unice commendatos desideramus. Coloniae 13 Decembris, in festo nimirum Luciae an. 1556.

Ex mandato R. Patris Leonardi.

Indignus seruus.

FRANCISCUS COSTERUS, Mechliniensis.

Superscriptio in quarta pagina: Reuerendo in Christo Patri Magistro Jacobo Laynez, Vicario Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: Jesus. 1556. C. Colonia. A. M.ro Francisco Costero 13 X.bris R.te 17 Januarii.

Alia: Nihil penle [peculiare?]

---

[1] Joannis Gropper.

[2] Gerardus (Hamont, Hamontanus) Kalkbrenner.

[3] "Mering, die hohen Würdenträger, pag. 65.„ HANSEN, l. c., pag. 285, annot. 1.

[4] P. Leonardus Kessel, Coloniensibus sociis praepositus.

DLXII

Vincentius Romena,
Ex commissione Patris Eleutherii Pontani, Rectoris,
Patri Jacobo Laynez, Vicario.
Bivona, 27 Decembris 1556 [1].

Jhus † Maria.

Alli 27 di Dicembre 1556.

Pax Chri.

R.do in Chro. P.e, questa è la letera delli quatro mesi, la quale breuemente contiene la somma di quel che in Settembre, Ottobre, Nouembre, et Dicembre, in questo collegio biuonense ci è accaduto.

Quatro delli nostri fratelli intra questo spatio se ne sono andati al Signore; duoi nel mese di Settembre, il P.e Marino et Pietro Lorenzo, duoi l' Ottobre, Giovan Battista napoletano, et Jacobo messanese [2]. Per la morte delli quali repentina et improuista, le schuole nostre sono rimaste senza lettori, onde è accaduto che molti di giorno in giorno discepoli marchauano; molti anchora fussino ritenuti in casa sua dalli parenti, accioche non anchor essi pigliassino alcuna malatia nelle nostre schuole, spargendosi la fama per la città che li collegiani haueano tutti la peste.

Finalmente essendo ritornato il buon tempo, circa il fine di Nouembre; et essendo mandati altri nel luogo delli morti, siamo

[1] Autographae in folio unico, n. 165.

[2] Joanni Baptistae neapolitano, cognomen erat Gaianus (Vide Polanci *Chronicon*, t. vi); caeterorum, praeter Guidonis Antonii, qui hos, de quibus hic Romena, in coelum praeivit, nomina non aperiunt historici, Orlandini, Aguilera, etc.

ritornati alle lettioni solite; ma non con quel concorso di scholari sono frequentate le schuole, che erano auanti. Niente dimeno habiamo buona speranza che nel principio del' anno nuouo più uenirano alle nostre schuole, che mai auanti sieno uenuti. Adesso sono settanta, o ottanta al più, discepoli.

Insegnano nelle schuole Paolo mantouano, Giouanni Ignatio [1], Domenico bischaino [2] et Vincentio fiorentino [3] et tutti fanno i loro offitio assai bene. Il P.e Alfonso Villanouos [4] confessa li fratelli et scholari, dichiara la dottrina christiana, predicha alcuna uolta alle monache; Blasio Sanches è ministro al costome solito del Collegio. Santorum è cuoquo, Giouanni galese portinaro, Benedetto credentiero; più fratelli non sono.

Confessamo molti il Settembre et Ottobre passato, et specialmente infermi. Si sono fatte alcune paci. E entrato nella Compagnia un' giouane di Trapani ma nato di parenti spagnuoli, il quale l' habbiamo mandato a Palermo a far li essercitii et insin adesso s' ha portato assai bene et modestamente. Oltra di questo un giudice d' un certo castello, lontano di quì due giornate, essendo uenuto pocho fa a Biuona per uisitarci, ci mostrò et disse come uoleua intrare nella Compagnia, se pur noi non lo scacciassimo; huomo certo molto pio et dotto.

Il Ducha di Biuona si mostra in uerso di noi assai liberale et si ingenia di donare a questo collegio una certa Abbatia, la quale da molto anni è stata senza monachi, et è ridotta in un certo modo come spelonca. Et già penso che ha scritto di questa cosa a Roma. S' ha confessato et communicato questa natiuità del S.re con noi.

Ci è stata concessa li giorni passati una chiesetta di S.to Bartholomeo, posta a dirimpeto del nostro Collegio, per dir messa, confessare, communicare et predicare; la qual cosa (come speriamo) sarà a gran gloria de Dio, et utilità di molti.

Questo è, R.do in Chro. P.e, che questi mesi della nostra solitudine circa di noi et delli prossimi nostri si è fatto. Il S. Iddio si degni hauer queste cose accette; magior cose uolentieri haueressimo fatto; ma, essendo infermi, non possiamo. Non altro

[1] Joannes Nieto?
[2] Dominicus Andalur?
[3] Ipse litterarum auctor, Vincentius Romena.
[4] Sic perspicue in ms.; est tamen Villalobos.

saluo che molto di cuore alle orationi di V. R. ci racomandiamo.

Di Biuona, alli 27 di Dicembre del 1556.

Per commandamento del P. Rettore.

Jusserat interim ipsa cuidam famulo suo parare nobis domum Cordubae, quam P. Antonius pridem habuit ab ecclesia eamdemque habitauit. Quae cum ea commoditate careret, quae esset maxime necessaria ad aptanda gymnasia, famulus ille quaeritabat domum aliam; tandem inuenit domum quamdam domini Don *(sic)* Joannis de Corduba, patrui ducis Sesae, quam ille potius obtulit satisfactionis et amicitiae veteris gratia, quam cum Patre Antonio habuerat, quam quod esset bene affectus erga Societatem et erga decretum Patris Antonii in ingressu Societatis; aiebat enim ille "esse Teatinum esse *desatino*", quod latini *deliramentum* uocant. Postea uero cum Patris Villanouae aduentus ad Domini Don Joannis aures peruenisset, quodque ad xenodochium diuerteret donec domus parabatur, effecit illico Don Joannes cum famulo dominae Marchionae vt ad se Patrem Villanueuam adduceret, animo potius eos [1] tentandi quam apud se recipiendi. Tam sinistre enim de Societate loquebatur, vt P. Magister Auila [2], qui, perinde ac tua Paternitas, eam [3] adiuuit fauitque eius rebus atque direxit, multo magis eius [4] contradictionem, quam alicuius alterius timeret, vtpote qui primus sit huius ciuitatis. Caeterum ubi Pater Villanueua cum fratre Alfonso Lopez ad ipsum adierunt, vsque adeo illi grati fuere et in communicatione et in ratione instituti Societatis, quam explicuerunt, vt videretur Dominus noster eius visceribus Societatem inseruisse. Quare statim cum eis agere coepit, quonam pacto suas amplissimas aedes, quas bis aedificarat, Societati traderet: fuerant enim post primam constructionem combustae; constitere autem illi

---

[1] Eos; Patrem, scilicet, Franciscum de Villanueva, ejusque socium, Alphonsum Lopez.

[2] B. Joannes de Avila.

[3] Scilicet, Societatem.

[4] Domini Decani, Joannis de Corduba.

aedes triginta mille, vt aiunt, aureis. Constituerat praeterea animo suo multa alia donare, quem animum per multos dies non patefecit, tum ut certo illius voluntatis motio constaret sibi, tum ut quosdam consuleret consanguineos. Quamuis eo fuerat zelo affectus semper, vt nollet quicquam certi cum ciuitate P. Villanoua decerneret, ne ipse exclusus maneret.

Cumque super his muta neret [1], venit interim P. Franciscus, qui Corduba aberat, quo praesente magnopere fuit incitatus, et suam mentem explicauit. Habuit gratiam P. Franciscus illi, qui, non constituto negotio, Montiliam fuit profectus.

Interea nobilis dominus Joannes egit de his cum Magistro Auila, cuius sententiam semper plurimi fecit, qui cum plurimum a tanto Magistro excitatus fuisset, non potuit facere quin chirographum daret, quo se aedes daturum nobis pollicebatur, dummodo ciuitas annales quosdam redditus ab eo demeret, quibus singulis annis propter aedes ad soluendum adstrictus erat. Et cum eum certa pecunia nonnulli ciuitatis gubernatores ab illis redditibus liberassent, Praetor [2] etiam se ad idipsum adstrinxisset, non dubitauit id facere: qua quidem in re plurimum iuuit nos, quem Pater Villanoua in spiritualibus exercuerat [3]. Vigilabat interim dominus Joannes, et tantam Dei maximi misericordiam suspiciebat, cum vidisset in suis aedibus Deum in futurum esse laudandum, quem antea improbis uiris, ludis atque aliis mundi illecebris eiecerat. Verum tanta est Dei bonitas, vt in locis, ad hominum memoriam aedificatis, passus fuerit se laudari.

Sed vt de aedibus dicam, poterunt quidem in eis aedificari celebrata collegia. Dedit praeterea dominus Joannes aream, ubi poterunt Cordubenses sua gymnasia constituere. Decreuit insuper sacellum erigere simul cum arca et clathris ferreis, hoc

---

[1] Attrita est hic, qua parte plicata olim fuit, charta et desiderantur verborum fragmenta, quae ne divinando quidem reficere valemus.

[2] Voce hac *praetor* intelligendus hic venit Consilii civitatis Praeses, hispanice *Alcalde*. Vide supra, praesertim t. II, pag. 616, annot. 1.

[3] Duplex hujus sententiae sensus esse potest. Nam vel respondet iis hispanicis verbis: *en lo cual* (vel *para lo cual*) nos *ayudó mucho que el P. Villanueva le habia dado los ejercicios,* vel his: *en lo cual* (vel *para lo cual*) nos *ayudó mucho uno, á quien el P. Villanueva habia dado los ejercicios*. Si primum, tunc quem P. Villanueva in spiritualibus exercuerat, est ipse Praetor; si secundum, alius. Uter autem horum eligendus sit, dum hispanum litterarum exemplum desideratur, nescimus. Latini quidem hujus exempli syntaxis secundo potius favet quam primo.

quidem nomine, ut ibi cum fratribus sepeliatur. Signa sua, quae parietibus haerent, cupit tollere, ut nomen aedificatoris obliteretur; non enim uult sua pecunia poenas Erebi emere. Hoc sufficere ait, cum tamdiu suas pecunias et tempus a Deo sibi concessum consumpserit. Voluit ut ad se diuerterent omnes Patres ante quam in his nostris aedibus manerent.

Habuit aliquas conciones ad populum P. Franciscus, et aliquando P. Bustamantius [1].

Die diuae Catharinae, cum aptata esset haec domus, uenit P. Franciscus cum reliquis Patribus habitatum in ea, et ignorante domino quidem Joanne, qui permultos equites conuocauerat causa nos deducendi ac comitandi domum. Inuenimus domum ornatam, quae non minoris quam mille ducatis, vt aptaretur, constitit. Placuit omni populo. Et quidem, antequam de filiorum cordubensium cura ageretur, coeptum est interpretari die Diui Damasi, Summi Pontificis, hoc est, tertio idus Decembris [2]; habuit orationem hoc die de mane P. Benedictus, quam officiales Reipublicae, Gubernatores, Inquisitores et permulti alii viri illustres audiuere. Placuit quidem et multo magis cum sciuere illum pueros rudimenta grammatices discentes docturum. A prandio alii interpretari coeperunt, et paucis post diebus ita placuere populo, vt aliis Cordubensibus praeceptoribus ne unus quidem scholasticus remanserit et a praeceptoribus suis excitabantur ut ad nos uenirent. Solum quatuor grammatices classes sunt apertae, et semel rhetorica tantum interpretatur [3].

Venit post aliquot dies P. Natalis [4], qui precibus domini Joannis et Magistri Auilae motus, graecas literas et conscientiae casus, quos appellant, iussit interpretari.

---

1 P. Bartholomaeus Bustamante, Patri Francisci de Borja socius et itineris comes.

2 Haud certi sumus hujus sententiae sensum recte capere. Eum autem existimamus esse hunc: *antequam scholis, in quibus Cordubenses pueri docendi erant, initium poneretur, orationes publice, ut mos ferebat, a magistris haberi coeptae sunt.* Verum, quicumque demum horum verborum sensus sit, his corrigenda videtur Patrum Roa et Santivañez narratio, qui orationes, de quibus hic fit sermo, habitas ajunt die 13.ª Decembris; nec librariorum errori hoc discrimen, cujus jam in Polanci *Chronico,* t. iii, pag. 364, annot. 2, meminimus, adscribi potest, saltem in Santivañez, *Historia* ms., ubi addit ipse diem fuisse, *que le haze célebre el martirio de la esclarecida virgen Santa Lucia, y festivo la devocion que le tienen los pueblos como á quien tiene por su cargo la tutela de los ojos.* L. c., lib. i, cap. 12, n. 6.

3 Sic; rectius tamen, ut cum sequentibus cohaereat, *interpretabatur* vel potius *docebatur.*

4 P. Hieronymus Natalis, in Hispania tunc Commissarius.

Hic est ingeniorum magna copia; terra enim aeque fructus atque ingenia parit. Vnde Deo honori futurum speramus, praesertim cum hic in medio totius Baeticae tam late aperiat sua signa nostra Societas. Non hic vitia vigent quemadmodum in uicinis populis: quod quidem effecit, vt tamdiu hic manserit Magister Auila, cum maiorem hinc fructum speraret quam ex aliis gentibus. Nunc secum gaudet, nunc Deo preces fundit, et secum cum Simeone dicit: *nunc dimittis seruum tuum, Domine,* &c. Cognoscit iam haec ciuitas Dei misericordiam cum apertos ludos, religionem sanctam, probata uirorum exempla et aliorum profectum uideat. Habet etiam in animo uastam academiam constituere non sine copioso prouentu, quem uiri nonnulli et probi sacerdotes pollicentur. Quid dicam de scholasticis? Tercentum gymnasia nostra frequentant, de peccatis confitentur, ab omnibus bene audiunt, cum tam mutatos eorum mores uideant, tam studiorum sollicitos sentiant et doctrinae christianae studiosos. Ratio, quae in lectionibus seruatur, est eadem, quam tu seruari iubes: hanc enim P. Natalis constituit. Caietani summam [1], quae plurimi in his terris aestimatur, apte quidem, quantum ex auditorum verbis percepimus, interpretatur Doctor Plaza [2], quidam ex illis doctoribus Siguencae, alias Seguntinis, qui nuper Societatem ingressus est; literas uero graecas Pater Jaen [3], ille quidem, cuius fama ad tuas deuenit aures aliquando, qui Compluti antea publice solebat docere literas graecas. Rhetoricam auspicatus est frater Marcellus [4], sed propter suam infirmitatem hoc labore supersedit eique successit Antichius Roca [5], qui etiam Suetonium interpretatur. Pater Ramirez [6] secundas partes in grammaticis tenet, familiares epistolas, Vergilium, et quartum Antonii librum [7] laboriose scholasticis aperit. Pater Benedictus pueris grammaticae ele-

---

[1] THOMAE DE VIO, Cajetani, O. P., S. R. E. Cardinalis, *Summa de peccatis.*

[2] P. Joannes de la Plaza.

[3] P. Joannes Jaën

[4] Marcellus de Salazar.

[5] Hunc SANTIVAÑEZ appellat Joannem Roca. Vide POLANCI *Chronicon,* t. IV, pag. 444, et *Litterae Quadrimestres,* t. II, pag. 70, annot. 3.

[6] P. Michaël Ramirez.

[7] Hoc tantum indicio fulti, quod verba haec *quartum Antonii librum* praebent, quis hic liber ejusque auctor *Antonius* fuerit definire non audemus. Facilis quidem conjectura est, quoniam de re grammatica agitur, indigitari hic AELII ANTONII NEBRISSENSIS, *Introductiones in latinam grammaticem;* verum is operis sui, prout medio saeculo XVI edebatur circumferebaturque, partes non *libros* sed *tractatus* appellavit.

mentariis Catonem [1], selectas epistolas quasdam et rudimenta grammatices eis toto die ingeminat. Diebus saturnis theses defenduntur, in quibus et de grammatica et christiana doctrina et concionibus certatur. Mirantur parentes cum tam subitam filiorum mutationem uideant, abolita sint iuramenta, euanuerint ludi, doctrinam audiant: quae in singulis classibus diebus veneris enodatur, et in diebus dominicis in nostro sacello. Hanc primum inceperat aperire P. Franciscus, deinde P. Bustamantius, deinceps P. Benedictus cum summo quidem omnium applausu. Concionatus est P. Franciscus precibus Episcopi [2], in templo maximo et in aliis templis, et Bustamantius cum summa omnium admiratione vt plenis undique uiis ad eos iretur. Postea se contulit Hispalim et ad Astae aestuarium [3] Pater, inquam, Franciscus.

Remansit hic Pater Natalis ad confirmandum ciuitatis et domini Joannis pacta, et scripturis et notis mandanda. Dominus etiam Joannes postquam aes alienum dissoluerit, quotannis mille ducatos per totum suae vitae tempus nobis est pollicitus, speramusque ab eo alias aedes, in quibus religiosi professi habitare possint [4]. Sed parua haec dices, si ea comparaueris cum uita ipsius: mutatum eum uideres, christianae religionis sollicitum, et magnum quidem continentiae et uitae exemplum aliis praebet. Bone Deus, quoties nostras aedes frequentat, quoties nos de Deo loquentes audit, quoties nobiscum discumbit, comedentibus ministrat, pauimenta domus uerrit, sacellum ornat, e tapetibus puluerem excutit! Nonne haec durum fratrem mouere poterunt? nonne tepidos excitare, et currentibus calcaria addere? Quis tam incredulus, qui non credat hanc religionem [5] e coelo esse delapsam? Hic nunc uites inserit, palmites in India propagantur, et ignotos populos atque exteras gentes ad Christi cognitionem ducit. Spero et Sinarum populos et Hyperboreas gentes et Molucas insulas et denique Americam, quae jam no-

---

[1] CATONIS *disticha*, de quibus saepius in his *Quadrimestribus litteris* et in POLANCI *Chronico*.

[2] Leopoldi de Austria.

[3] Sic ab antiquis quibusdam appellatam ferunt urbem, quae nunc *Sanlucar de Barrameda* dicitur, quam significare certo vult litterarum harum auctor.

[4] Aedes, scilicet, quae *Domus professa*, vel *professorum* appellari consuevere.

[5] Vocibus his *hanc religionem*, si cum sequentibus conferantur, Societatis Jesu religio intelligenda videtur.

stram religionem sentire incipit, in futurum et breui tempore uerbum Dei nostrae religionis ope, Deo juuante, cognosci turam. Sed quid te hoc cogit dicere? Audies. Effecit P. Franciscus, vt in Astae Aestuario collegium erigeretur: expectant iam Astenses [1] vel, ut melius dicam, Lucenses nostrae religionis Patres, qui eo se conferant. O quam optimus et tutus classibus portus! O quam expedita ad Americam vt fortunentur infortunatae insulae, et ad Africae partes nauigatio! Gaudeat iam tota nostra Societas. Exultent meditatione Patres et Fratres. Nos Indiae uocant. Sed heus! uideris insanire: ad rem itaque recurrat oratio.

Biatiae paratur collegium, et magister Auila nongentos ducatos largitur in singulos annos [2].

Sed ad Cordubam ciuitatem reuertamur. Tres Patres in templis doctrinam christianam docent, et hoc incepit facere dominica secunda quadragesimae P. noster Antonius: mirarere si tantum puerorum, uirorum et mulierum concursum uidisses: neque ibi defuit dominus Joannes, et maximi templi scholae magister [3], qui silentium auditoribus imponebant, et tantum puerorum numerum instruebant. Audiebant attente homines uocemque praeeuntis sequebantur. Hoc itaque Patrisque Benedicti concionibus, nonnullisque exhortationibus, quae ad moniales et [in] vinculis detentos habentur, fit aliquantum satis maximae penuriae [4], quam Patris Francisci atque Bustamantii conciones huic populo reliquere. Mora praeterea aduentus Patris Doctoris Torres [5] efficit, vt eorum praesentiam amplius desideremus, quem inquisitores instando quidem petunt; ad sua placita decernenda alios etiam Patres efflagitant, patres, in-

---

[1] *Astenses* frequentius vocantur incolae oppidi *Jerez de la Frontera,* quod *Asta Regia* dici solet.

[2] Sermo est de urbe hispanice dicta *Baëza.* "Cuantas ocasiones le vinieron á la mano (agit de B. Joanne de Avila) de fundar seminarios, colegios, estudios, que estuviesen á nuestro cargo, tantas lograba su solicitud, y allanaba dificultades su autoridad. Universidad, Escuela y Colegio de colegiales, que fundó en Baeza por su consejo el canónigo Rodrigo Lopez de Córdoba, le persuadió eficazmente lo entregase á la Compañía. Lo mesmo en Córdoba de otro Seminario, que fundó con su hacienda el Doctor Pedro Lopez, médico de el Emperador Carlos V. En la ciudad de Jerez de la Frontera intentó lo mesmo: despues en Almodóvar su patria.„ SANTIVAÑEZ, oper. cit., p. I, c. 6.

[3] Ille, scilicet, canonicus, qui hispanice *Maestrescuela,* scholae magister vocatur.

[4] Sic; loco tamen *penuriae,* clarius fortassis diceretur *fami, siti, audiendi divini verbi cupiditati,* aut quid his simile.

[5] Patris Michaëlis de Torres, nuper Baeticae provinciae praepositus.

quam, doctos, quales id negotii exposcit. Huic autem Prouinciae est magis opus hoc hominum genere quam aliis, propter doctrinam proximis annis Hispali seminatam, quae detinet hominum animos non vtcumque perturbatos [1]: vt igitur nostrorum documenta recipiantur, alta fundamenta iecerint necesse est; Deus autem optimus maximus nobis concedat vt nostrae propriae cognitionis fundamenta noscamus.

De nostri Collegii professoribus supra meminimus, uno dempto fratre Marcello, qui, relicta rhetorica propter suam corporis valetudinem, pueros infimae classis interdum exercet et gerit vices Patris Jaën. Superest nunc vt tibi saltem reliquorum et nomina et numerum ob oculos ponamus: numerus quidem omnium est decem et octo. Rector noster Pater Antonius. Pater Zárate [2] est fratrum omnium confessarius; praefectus ecclesiae, P. Pertusa [3], qui nunc primum ad nos e Lusitania venit; debilis defectu naturae, audit confessiones interdum. Duo sunt dumtaxat scholastici, qui grammaticam audiant. Cauallar alter [4], qui et ministrum iuvat, Ramirez [5] alter, qui hactenus aeditui ministerium subiit. Bernardus [6], qui tum popinae tum capellorum munus exercet; Josephus, qui scribendo aliosque comitando occupatur; Garcia obsonator et procurator [7]; Galar, recens Compluti ingressus [8], in popina exercetur. Egidius, qui etiam modo ingressus est ad ministerium agibilium, refectorium, hortum, vestium cellam, diligenter curat. Ego etiam inter eos, licet abortiuus, ministri officium gero.

Ecce Pater, ecce tui Collegii filii, qui tuam benedictionem deposcunt, qui tuis se orationibus et sacrificiis committunt, non solum tuis sed omnium etiam Patrum ac fratrum quotquot isthic degunt; petuntque ab eis impetrent a Domino vt suam vo-

---

[1] Haeresis lutheranae semina jactare Hispali inceperant Dr. Constantinus de la Fuente, Aegidius et alii. Vide MENENDEZ Y PELAYO, *Historia de los Heterodoxos españoles,* t. II, c. IX, SANTIVAÑEZ, l. c.

[2] P. Alphonsus de Zárate.

[3] P. Gundisalvus Pertusa. Vide supra, t. II, pag. 94.

[4] Frater Didacus de Cavallar, scholasticus.

[5] Frater Antonius Ramirez.

[6] Vide supra, pag. 696.

[7] De his duobus, Josepho et García, nihil certi affirmare possumus, cum eorum nomina ab iis, qui fusius hujus Cordubensis Collegii originem enarrarunt, praetermissa sint.

[8] Fr. Michaël Galar, Pampilonensis. POLANCO, *Chronicon,* t. IV, pag. 407, annot. 3.

luntatem semper nouerint, sentiant, eamque ad unguem adimpleant.

Cordubae, Calendis Martiis [1].

Tuae Paternitatis indignissimus filius in Domino,

PETRUS NAUARRO.

Pag. 671, annot. 1.ae adde: Harum litterarum hispanum exemplum, ex *Historia varia,* t. I, fol. 337-339, editum est in *Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 510-518, ibique earum auctor esse dicitur P. Ignatius de Acebedo; verum id, licet probabilitate sua non careat, omnino certum dici non potest, cum nec litterae in *Historia varia* auctoris nomen praeferant, imo ipse, qui in *Historia varia* antiqua monumenta collegit eisque inscriptiones, quibus dignoscerentur, apposuit, P. Christophorus de Castro, harum litterarum auctor quis esset definire non est ausus; scripsit enim: *Copia de carta del P. de Lisboa, 4 de mayo 1554, á N. P. Ignacio, quenta del fructo de 4 meses.*

Pag. 716, col. 2, lin. 10, adde: 545, 549.

Pag. 717, col. 2, inter lineas 38 et 39, insere: Crescentiis, Suetonius de, 18.

Pag. 718, col. 2, inter lineas 38 et 39, insere: Fernandez de Velasco, Anna, Theodosii II, Ducis de Bragança, uxor, 406.

Pag. 721, col. 2, inter lineas 9 et 10, insere: Maria, Caroli V soror, Hungariae Regina, Flandriae Gubernatrix, 413, *et inter lineas 31 et 32:* Mello, Joannes de, Silvensis Episcopus, communiter Algarviensis dictus, 442, 453, 461.

Pag. 724, col. 1, inter lin. 8 et 9, adde: Rivera et Morejon, Joannes de, Methymnae del Campo Abbas, 60, 61, 83, 426, 431.

[1] Desideratur annus, sed nulli dubio locus est quin hoc anno 1554 scriptae litterae sint. Cf. POLANCO, ORLANDINI, ROA, SANTIVAÑEZ, etc., ubi agunt de Collegii hujus Cordubensis institutione.

In tomo tertio.

Pag. 213, post litteras Antonii Cordeses adde sequentes:

CCCXL bis

P. Marcus Georgius,
Ex commissione Patris Michaëlis de Bayrros,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 31 Decembris 1554 [1].

†
Jhus Maria.

Mui Reuerendo en Christo Padre.

La graçia y amor de Jesuchristo nuestro Señor sea siempre en nuestro continuo fauor y aiuda. Amen.

Para escreuir á V. P. lo que en estes 4 meses passados el Señor se ha dignado obrar por los que están en este collegio, diré lo primero del P. Manoel Hernandez y Pero [2] de Sanctacruz, los quales, despues de venidos de la çiudad de Eluas (á do el P. Maestro Miron [3] los auia embiado á peticion del Infante Cardenal [4], como por otras tendrá V. P. entendido [5]), fueron otra vez embiados por el Padre á la misma çiudad en el principio del Agosto passado, por ser ansí neçessaria para satishazer á la deuoçion de los moradores della, los quales embiaron çiertos hombres honrrados aquí á pedirlo al Cardenal, y el Cardenal lo pedió al Padre otra vez. Del fructo que el Señor allí hizo por ellos nos escreuió el P. Pero de Sancta Cruz vna carta, en la qual principalmente se contenia lo que se sigue:

---

[1] Autographae duplici folio, nn. 630 et 633: ex volum. anni 1555.—Est etiam apographum quoddam exemplum in *Historia varia*, t. I, fol. 445.

[2] Obsolevit jam pene forma haec scribendi pronunciandique hispanum nomen *Pedro*.

[3] P. Jacobus Miron, Provincialis.

[4] Henricus, Eborensis Archiepiscopus.

[5] Eas vide supra, t. II, pag. 610 et seq

Nosotros llegamos, charíssimos hermanos, á esta çiudad de Eluas al otro dia que de ay partimos, á donde fuimos reçebidos con mucha alegría y consolaçion de todo este pueblo, y maiormente de nuestros charíssimos deuotos, los quales con su feruor (como supieron que aviamos de venir el dia de ántes) nos salieron á recebir al camino, á donde estuuieron toda la tarde aguardándonos, hasta que ia desconfiados se boluieron para casa. Fué tanta su consolaçion luego al otro dia, quando nos vieron, que fueron luego a pedir albiseras [1] á sus amigos; y ansí ellos con nosotros, nosotros con ellos, todos nos consolamos en el Señor. Hallamos tambien la çiudad paçífica, bendito Dios, sin ruidos ningunos: y aunque en la deuoçion de las confesiones algunos auian retroçedido, empero quedaron muchos, los quales por la bondad de Dios sustentan la flaqueza de los otros, y perseueran con mucha deuoçion en lo que quedaron, dellos á ocho dias, dellos cada mes, otros más frequenter. Las caxetas [2], á do se echan las penas de los juramentos [3], ia no renden tanto, lo que es señal de se auer emmendado en ello.

Despues que llegamos, luego al otro dia, les hizo el Padre doctrina, y concurrió á ella mucha gente, como á quien era desseado; y el dominguo seguiente predicó en la iglesia maior, tambien con mucha satisfaçion y alegría del pueblo, el qual salia alabando á Dios por les auer querido tornar á consolar con doctrina tan sancta y tan buena.

Todo este tiempo, hasta el dia de nuestra Señora de la Assumption, tuuimos muchas confessiones; espeçialmente la bíspera de nuestra Señora estuuimos en la iglesia hasta despues de las nueue horas de la noche, porque auia perdones en ella, y teníamos mucha gente, por no la desconsolar; y aun, despues que vyne á casa, oy dos hombres, y oyera más, syno por no aver rezado nona ni bísperas.

Tambien fuimos al estudio de grammática que aquí ay ha hablar á los estudiantes, para que se apareiassen todos para se confessar para el dia de nuestra Señora, y les suadió el Padre que de allí adelante lo hiziessen tambien cada mes, como lo hacen los estudiantes ay en Euora en el collegio de la Compa-

---

[1] Id est, *albricias;* latine, infra, *nuncii praemia.*
[2] *Cajitas,* latine *capsulae.*
[3] Vide supra, t. II, pag. 614.

ñía. Todos tuvieron por bien con su maestro de lo hazer para nuestra Señora; y assí se confessaron parte dellos con nosotros, y parte con otras personas: y si vuiese quien los animasse y lo llevasse adelante, se haria mucho fructo en ellos. El dia de la Assumption de nuestra Señora los Hermanos de la sancta Misericordia con otra mucha gente reçebieron el Sanctíssimo Sacramento en la iglesia maior, vltra de otra mucha gente, que lo reçebió en cada vna de las parochias con mucha deuoçion.

Ansí mismo por la bondad del Señor se ha augmentado en esta çiudad vna obra de misericordia, que es enterrar los muertos, porque á do ántes no se hallauan muchas ueçes hombres, que se quisiessen vestir en los hábitos de la misericordia para lleuar la tumba, aora, gloria á Dios, sobran para ello, y se ruegan vnos á otros que los dexen vestir.

Tambien va mucha gente en esta ciudad á acompañar al Sanctíssimo Sacramento todas las vezes que sale de qualquiera de las parochias, con mucha deuocion y sylentio, para lo qual no he visto tanta gente junta como en esta çiudad, que es grande, gloria á Dios.

Juntáronse tambien los clérigos en la iglesia maior, á donde el Padre les hizo vna plática muy buena, tratándoles en ella con quánta reuerencia y limpieza se deurian llegar á los sanctíssimos sacramentos de la confession y communion, y el buen exemplo que deurian dar de sus mismas personas, para gloria de Dios y exemplo de todo el pueblo.

Nosotros muy pocas vezes estamos desocupados por auer muchos enfermos en esta çiudad; y ansí nos occupamos ó en confessiones, ó en los visitar, quando las confessiones nos dan lugar: y tambien en hacer pazes; aunque, bendito sea Dios, son pocas, por la tierra estar en paz. Los desta çiudad, como supieron que nos avíamos de boluer tan presto, sentieron tanto nuestra partida, que es confusion harto grande para nosotros, diziendo que era peccado irnos desta tierra, pues se hacia tanto fructo en ella.

Hasta aquí es de la carta del P. Pero de Sanctacruz, el qual juntamente con el P. Manoel Hernandez se boluieron para esta çiudad al medio de Setiembre, porque el P. Maestro Myron assí lo auia ordenado, para que el P. Manoel Hernandez al principio de Octobre, que aquá se empieçan las lectiones, boluiesse

otra uez á proseguir la doctrina, que de primero aquí hazia á los hombres, vltra la que los maestros hazen en sus classes á los discípulos: y ansí empeçó el primer dominguo de Octobre, y hasta aora por la gracia del Señor se ha augmentado byen el auditorio y hecho grande fructo en ellos; porque, proponiéndoles el Padre vna vez el provecho de la frequentaçion en el sancto sacramento de la confesion y communion, y exhortándoles á que vna vez lo hiziessen á lo ménos cada mes, se assentaron luego en vn cathálogo cinquenta que lo querrian hazer, y despues creçió el número hasta se assentarem ciento y treinta destos para se confessarem y comulgarem en nuestra iglesia; y ansí lo hazen, aora vnos, aora otros, que es gran consolaçion de verlos y gran gloria del Señor: y sin dubda creo que si esta doctrina se hiziera en lugar á do pudieran tambien oirla las mugeres, como la oyen los hombres, viniera vn gran número dellas para se confessar y comulgar frequentemente; empero al presente no puede ser, por no ser el lugar cómmodo para ello. Esto es quanto á la doctrina del P. Manuel Fernandez.

Veniendo á lo que toca á nuestras escuelas, diré primeramente á V. P. cómo el dia de San Remigio, que es el primero de Octubre, se tuuo aquí el principio de las lectiones, el qual se hizo bien, loado nuestro Señor, en vna aula capaçíssima de gente. La órden que se tuuo en él fué esta. Despues de los estudiantes auerem oido missa y estar en sus assyentos, y el maestro de rethórica subido en la cáthedra, vno de sus discípulos, que sustentaua las conclusiones de rethórica, hizo luego vna oraçion, no muy grande, mas muy buena, y con despeio. Despues luego le argumentaron sus condiscípulos y algunas otras personas de fuera, y el maestro presidia, endereçando al sustentante y declarando los argumentos quando era menester, y resoluiendo algunas cosas que occurrian. Auia por las paredes muchas oraçiones de los discípulos y muchos versos, assí dellos como de los maestros, de diversos géneros de verso, y algunos en griego. Las oraciones vnas eran en loores de la pobreza, otras de la riqueza, otras del Infante Cardenal, y otras de cosas semeiantes: y vltra destas vuo muchas otras, que hazian los argumentantes al proponer de los argumentos, y assí duraria este acto çerca de tres horas. A la tarde fué la cosa más solemne, porque vyno el Infante Cardenal, y con él su so-

brino D. Antonio [1] y otros caualleros y personas doctas, y algunos religiosos y canónigos, de manera que vuo vn grande auditorio; y luego el hermano que leye la 2.ª classe, que se dize Marcos Nuñez, hizo vna oraçion que duraria poco ménos de vna ora; y acabada ella, el discípulo, que sustentava las conclusiones de rethórica, hizo al mismo Cardenal otra oraçion breue en griego, y luego le argumentaron algunos, haziendo tambien sus oraçiones al Cardenal; y otros le dixieron algunos epigrammas, que los maestros de casa les auian dado para esso; y despues de todo reçitaron al Cardenal tres estudiantes mochachos vna manera de égloga, un cármen exámetro de buena materia, que el maestro de la 2.ª classe auia compuesto, y reçitáronla muy bien, de manera que el auditorio quedó muy satisfecho y contento, y assí se acabó el acto. Túuose esta órden en este prinçipio açerca de las conclusiones y oracion del hermano, por quererlo assí el Infante Cardenal, el qual no vyno syno á la tarde.

En lo demas que toca á las escuelas se proçedió hasta aora segun los exerçitios acostumbrados de letras y de virtud, y en todo con fructo, gloria al Señor.

Muchos de los estudiantes en estos 4 meses pidieron ser reçebidos en la Compañía con grande instantia, maiormente estos dias passados, que estuuo aquí el P. Maestro Miron; de los quales recibió á tres; vno dellos era de la 2.ª classe, á la qual auia venido de la 4.ª en seis ó syete meses, y otro de la terçera; y ambos estos son ia embiados á Coymbra. El terçero era ia de la primera classe, y presto se partirá tambien para Coimbra en compañía de vn saçerdote, que el P. Miron tambien recebió aquí, vltra de los tres estudiantes, el qual esperamos seruirá mucho á nuestro Señor en la Compañía. Vltra destos ay otros, que tambien tienen instado por lo mismo; empero el Padre los dilata hasta que sean más hombres; y con la gracia del Señor la primera buelta que por aquá diere los recibirá. Muchos dellos, no contentos con la confession de cada mes, se confiessan cada ocho dias y comulgan, y generalmente tienen grande reuerençia y respecto, no solamente á sus maestros, mas á todos los de casa.

---

[1] Vide supra, t. 1, pag. 613, annot. 3.

En la lection de casos de consçiençia, que se leye á los sacerdotes, se tiene tambien con la aiuda del Señor hecho buen fructo, y están los oyentes, á lo que demostran, muy contentos della, y tambien el Cardenal satisfecho del aprovechamiento de sus sacerdotes; y por esso quiere complir el número de treynta, á que dee stipendio aquí para oirem esta lection, y otra que les leye otro maestro, que él mismo tiene para ello, tambien de casos de consçiençia: y vltra de los á que él da estipendio, ay otros que la oyen sin él, y sin dubda se espera gran seruiçio de nuestro Señor desta obra, porque estos saçerdotes son de diversas partes del Arçobispado, vnos de vn lugar y otros de otro: y despues de byen instruidos en lo que toca á las confesiones y administration de los sacramentos, pueden aiudar y aprovechar mucho á las ánimas suyas y de los próximos. El modo y exerçiçios que se tiene con ellos en esta leçion son los mismos que en otras tengo escripto á V. P.

Los sacerdotes que al presente están en este collegio, vltra del P. Rector, son quatro, de los quales el vno (que es el P. Manoel Hernandez, de que açima dixe) está enfermo desdel prinçipio de Deziembre: los otros se occupan en oir las confesiones de los estudiantes, que al presente son trezientos poco más ó ménos, y de otras personas deuotas: y si ouiesse aquí más confesores, avria más confesiones. Algunas vezes van á visitar los que están para morir; y los dias passados, yendo vno á oir de confesion á vna persona, hizo amistades entre dos ó tres, y otro entre cinco personas. Tambien vn dia destos venieron aquí dos personas deuotas [á] pedir algunos Padres ó hermanos para hazer pazes entre vna persona y otras tres ó quatro que estauan en odio, y se temian entre ellas contiendas y pleitos y offensas de nuestro Señor; mas con su aiuda se concluyó la paz, pediéndose perdon de rodillas y no sin lágrimas.

Vltra de lo dicho no se offreçe al presente otro que escreuir á V. P., sino que aora por Nauidad nos mudamos ia de los palaçios del Rey, á do posáuamos, para el nuestro collegio, en el qual quedamos bien aposentados, maiormente quanto á los cubícolos; y mucho mejor lo estarémos despues que se acabare de todo la obra, porque al presente andan aún aquí muchos officiales, y por eso no vsamos aún de algunas casas *(sic)*, de que despues avemos de vsar. Plazerá al Señor que será todo

para maior seruiçio suyo y gloria. Ay por acabar algunas de las classes, y la iglesia, y algunas otras casas *(sic)* que no están de todo acabadas: empero entre tanto ay otras, á do leerán los maestros hasta ser acabadas las proprias. Está el Infante Cardenal contento de nos uer ia passados á el collegio, y viene á él muchas vezes, y haze que se dee prissa en la obra. Nuestro Señor ordene todo para su maior allabança, y quiera por su bondad darnos graçia con que entendamos su diuina voluntad, y perfectamente la cumplamos. Amen.

En la bendicion y oraçiones de V. P. nos encomendamos todos.

De Euora á 31 de Deziembre de 1555 [1].

Por commission del P. Miguel de Bayrros,

MARCOS JORGE.

Superscriptio in quarta pagina: † Al mui R.do en Christo Padre el P. Maestro Ignacio Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1555. Quadrimestre d'Euora di 31 di Decembre.

Praecedentium Patris Marci Georgii litterarum latina versio [2].

IHS

R.de in Christo Pater.

Gratia et amor D.ni nostri Jesu Cristi nos semper iuuet, et actionibus nostris assidue faueat. Amen.

---

[1] Sic perspicue in autographo; verum qui monumenta in prioribus tribus *Quadrimestrium* voluminibus edita inspiciat simulque consideret harum litterarum latinam versionem infra statim exhibendam, quae data scribitur *2.° (id est pridie) calendas Januarii Anno 1555,* intelliget facile sermonem fieri de mense Decembri anni 1554, ideoque inter litteras anni 1554 has esse reponendas.

[2] Ex vol. *Quadrimestres anni 1555.* Autographae duplici folio, nn. 631 et 632.—In iis quaedam suppressit, quaedam suppressorum loco substituit manu propria Polancus Illa nos in textu *italicis* describemus, haec ad paginae calcem subjiciemus.

Vt ad P. T. ea nunc scribam, quae his superioribus 4.or mensibus per huius collegii operarios Dominus dignatus est efficere, dicam imprimis de Patribus Emmanuele Ferdinando et eius socio Petro Sanctae Crucis, qui post suum primum Eluis reditum (eo enim a P. M.tro Myrone missi, Principe Cardinale postulante, iuerant, vt ex aliis literis P. T. potuit intelligere) [1] iterum eodem ab eodem Patre missi sunt, ineunte mense Augusto, etenim pietati ac deuotioni incolarum illius vrbis fuit obtemperandum, ex quibus nonnulli uiri nobiles ad hanc vrbem venere, qui hoc ipsum a Principe Cardinali exposcerent, quorum ille precibus commotus, idem iterum a P. Myrone petiuit. De *commodo et* spirituali fructu, *quem praepotens Deus ibidem per illos operatus est* [2], literas accepimus a P. Petro Sanctae Crucis, quibus haec fere *quae sequuntur praecipue* continebantur.

Venimus, charissimi fratres, in hanc vrbem Eluas altera die, quam inde profecti sumus, ubi magna hilaritate et gaudio totius populi excepti sumus, praesertim piorum hominum nobis charissimorum, qui cum primum die vno antea aduentum nostrum cognouissent, ardenti animi desiderio nobis *obuiam in itinere ueniunt, in quo* [3] totum tempus illius diei vespertinum praestolantur, donec desperantes domum redeunt; sed tanta laetitia postera die affecti sunt, dum nos vident, vt ad amicos statim cursitarint, boni nuncii praemia postulantes; *intense sane omnes gauisi sunt; nec minus nos illis, quam illi nobis iucundi in Domino extitere;* inuenimus itaque ciuitatem *nullis perturbationibus agitatam,* pace et tranquillitate fruentem, Deo gratias; et quamquam a deuotione frequentum confessionum defecerant nonnulli, alios tamen plerosque inuenimus Dei bonitate aliorum infirmitatem sustinentes, et in proposito perseuerantes, partim octauo quoque die, partim singulis quibusque mensibus, partim etiam frequentius. Capsulae, in quibus eorum, qui iurassent mulctae recondi solitae erant, non tantum habent reditus, id, quod signum emendationis credimus.

---

1 Haec, quae in autographo uncinis clausa sunt, linea, partim subter, partem super ducta visuntur, quasi in transcribendo praetermittenda essent: at facile patet legenti iis praetermissis sententiam mancam fore.

2 Horum loco scripserat Polancus inter lineas *subsequuto;* sed, eo deleto, apposuit in ora chartae *qui opera illorum ibi ceptus est.*

3 Haec non Polanci sed ignota quadam manu ita emendata sunt: *processerunt obviam ac* in *via.*

Postquam huc venimus, sequenti die statim sermonem P. [1] habuit ad illos, ad quem magnus concursus est factus, tanquam ad rem multum diuque desideratam. Item die dominica sequenti in templo summo concionatus est summa approbatione hilaritateque populi, qui, e templo exiens, magno applausu Deo gratias agebat, qui se iterum voluerit tam sancta ac bona doctrina consolari. Toto hoc tempore usque ad festum Assumptionis Dominae nostrae frequentes habuimus confessiones, praesertim pridie huius festi, quo die ad nonam usque noctis horam in templo permansimus, ne multitudinem populi magnas indulgentias consecuturam (quae tunc concedebantur) discessu nostro desolaremur; quam etiam ob causam, postquam domum rediuimus, *duorum hominum* [2] confessiones audiui, *ac certe plurium audiuissem, nisi adhuc ex precibus horariis nonae et vespertini temporis officium superesset mihi recitandum.*

Iuimus praeterea in ludum grammatices scholasticos allocutum, vt ad confessionem faciendam hoc festo *Dominae nostrae* se pararent, quibus suasit Pater non solum vt hoc tempore, sed vt idem etiam singulis mensibus facere consuescerent, sicut moris est in nostris scholis; acceptum id gratumque omnibus, tam praeceptori, quam discipulis fuit, vt in hoc festo confiterentur. Eorum itaque confessiones partim nos, partim alii audiuere; et sane quidem, si adesset qui eos admoneret et ad virtutum studia incitaret, non dubito quin multum in eisdem promouissent.

Item hoc festo Assumptionis *Dominae nostrae, sanctae* Misericordiae societas cum aliis plerisque sanctissimam Eucharistiam in summo templo acceperunt, ut alios omittam permultos, qui idem ipsum in sua *quisque* [3] paroecia pie ad deuote fecerunt. Insuper (Dei bonitate) in hac vrbe pium quoddam opus, sepeliendi videlicet mortuos, incrementum cepit; nam vbi ad hoc temporis vix adesse poterant, qui lugubres vestes *sanctae* Misericordiae induerent, pheretri baiulandi gratia, nunc tanta est eorum, qui hoc munus exequi libenter velint, frequentia, vt

[1] Inseruit hic Polancus vocem *Emmanuel* (Fernandez).
[2] *Quorumdam etiam.* POLANCUS.
[3] Prius scriptum erat *quorumque.*

supersint (gloria Deo summo), et alii alios orant, vt indui ad id munus exequendum permittantur.

Tantus etiam fit populi concursus ad sanctissimam Eucharistiam comitandam, quoties a quauis paroecia ad aegrotos deportatur, quantum nunquam ad eam rem vidisse memini.

Ad sacerdotes etiam (qui omnes idcirco in summum templum confluxerant) sermonem, meo iudicio optimum, idem Pater habuit, quo illis explicuit quanta puritate et reuerentia ad sanctissima sacramenta, communionis scilicet ac confessionis, esset accedendum; quantum et oporteret vitae pure *et eleganter* actae exemplum ipsos aliis (ad Dei gloriam) exhibere. Nos uero rarissime vacamus propter aegrotos, qui in hac vrbe abundant, quibus invisendis, aut etiam confessionibus audiendis dies nobis consumuntur: nonnunquam etiam, cum datur locus, aliquos in gratia *ponere* [1], etsi huius generis pauca admodum *reperimus* [2], quia Dei beneficio perturbationes cessarunt: pacem amat et concordiam haec ciuitas, quae quidem, postquam intellexit nos tam cito redituros, ita aegre nostrum discessum pertulit, ut magnae nobis confusioni id fuerit; dicebant enim peccatum esse nos hinc discedere, vbi tanta et tam magna spiritualis fructus susciperentur incrementa.

Hactenus ex literis P. Petri Sanctae Crucis, qui ipse simul cum P. Emmanuele Ferdinando ad hanc vrbem ad dimidiatum Septembrem rediit; sic enim a P. M. Myrone fuerat constitutum, vt ille P. Emmanuel, ineunte mense Octobris (quo etiam tempore hic nostrae lectiones incipiunt), doctrinam [3], quam antea *facere* [4] solitus erat, prosequeretur. Nam praeter eam, quam quisque praeceptorum suis discipulis in scholis *faciunt* [5], hanc ille hominibus *faciebat* [6]. Coepit itaque ille 1.º die dominico Octobris: ad hoc autem temporis crescit, Dei bonitate, et auditorum numerus et profectus, quibus cum semel *P.* [7] expo-

---

[1] Emendatum hoc fuerat sic: pon*imus*. Verum delevit id Polancus et addita littera *m* voci praecedenti *gratia*, scripsit in margine: *redire mutuam curamus*. Ideo tandem legendum est: in gratia*m redire mutuam curamus*.

[2] *fiunt*. POLANCUS.

[3] doctrinam *christianam*. ID.

[4] *exponere*. ID.

[5] *proponit*. ID.

[6] *aliam exponebat*. ID.

[7] *Ille pr. (pater)*. ID.

suisset summam vtilitatem et spirituale commodum in sanctissimae communionis et confessionis frequentia positum, adhortareturque vt hoc saltem semel singulis mensibus efficerent, statim nomina dederunt, ut cathalogo describerentur ex illis 50, qui id se facturos libenter profitebantur; sed postmodum istorum numerus usque ad 130 creuit, qui omnes hoc ipsum in nostro sacello religiosissime exequuntur, nunc hi, nunc illi, pulchrum sane visu et Dei *summa* gloria [1]; atque equidem credo si doctrina haec in loco mulieribus etiam patenti *fieret* [2], illarum multitudo multo etiam maior quam hominum conflueret ad eadem sacramenta suscipienda, quod in praesentiarum fieri nequit propter loci incommoditatem. Haec de doctrina P. Emmanuelis habuimus dicenda.

Vt tandem ad ea, quae ad nostras scholas spectant, veniamus, *inde a principio sumam initium:* in festo *igitur* Sancti Remigii, quod 1.ª die mensis Octobris celebratur, nostrum quoque lectionum principium optime, laus Deo, in domo quadam capacissima celebratum est: is vero ordo in eo est obseruatus: audita re sacra, postquam sedem quisque suam occupauerat, et Magister rhetorices suggestum ascenderat, unus *suorum* discipulorum, qui rhetorices axiomata defendenda susceperat, orationem *non prolixam, sed satis bonam*, praesenti animo et sine perturbatione habuit: deinde et discipuli et quidam alii foris aduentantes argumentantur; a Praeceptore, dissertationibus praefecto, in argumentis diriguntur, et illa interdum, cum opus est, declarantur, breuiter quarumdam rerum quae occurrebant summa exposita. Affixae erant parieti descriptae orationes permultae, et carmina tam praeceptorum quam ipsorum discipulorum, tam graece, quam latine, varii generis orationum, quaedam in paupertatis, *quaedam diuitiarum,* quaedam in ipsiusmet Principis Cardinalis laudem, compositae; et insuper aliae de aliis similibus tractantes, exceptis his, quas etiam in proponendis argumentis ipsi, qui argumentabantur, pronuntiabant, quibus omnibus tres horae consumptae sunt. At vesperi multo celebrius res peracta est: interfuit Princeps Cardinalis, nepos illius, Dominus Antonius, nobiles alii et viri docti, religiosi

---

[1] et *ad* Dei *magnam* gloria*m*. POLANCUS.

[2] *proponeretur*. ID.

nonnulli et canonici, ita tandem vt pulchra quaedam auditorum concio circumstaret. Hic statim frater secundanus praeceptor, cui nomen est Marco Nonio, orationem habuit, quae horam plus minus consumpsit, qua absoluta, et alia graecanica ad eumdem Cardinalem habita est ab illo eodem disciplo, qui axiomata rhetorices defendebat: contra quem illico nonnulli argumentantur, prius ad Cardinalem *orantes* [1], epigrammata alii recitant, ipsis a praeceptoribus nostris ad id tradita. Postremo scholastici tres pueri quamdam veluti eclogam, carmine heroico, de rebus bonis ac sanctis, quam secundanus praeceptor composuerat, ita pulchre decantarunt et egerunt proprie, vt iocundum valde et auditu quam suave omnibus id fuerit. Huiusmodi autem ordo in disceptationibus et oratione fratris idcirco est obseruatus, quia sic Cardinali visum fuit, qui solum vesperi interfuit.

Quoad alia, in solitis exercitiis literarum uirtutumque diligenter elaboratur, et ex omnibus uberes fructus nascuntur, Deo Dominoque gloria. Scholasticorum multi his 4.^{or} mensibus, ut ad Societatem nostram admitterentur vehementer postularunt, praesertim his superioribus diebus, cum P. M.^{ter} Myron *praesens* aderat, a quo ex illis tres fuerunt admissi, quorum unus secundae classis erat, ad quam ille (cum quartae esset) 6 aut 7 mensium spatio conscendit: alter tertiae (qui duo iam Conimbricam missi sunt); tertius 1.^{ae}, et is breui Conimbricam mittetur simul cum sacerdote, qui *quoque* [2] a P. M. Myrone ad Societatem *hic* receptus est, in qua illum speramus multum Domino Deo seruiturum: hoc ipsum plures alii non minus ardenter petunt; verum a Patre in constantiorem aetatem prorogatur; sed in 1.º (Deo dante) illius ad nos aduentu admittentur. Ex illis non pauci non satis sibi existimantes, si singulis mensibus peccata sua fateantur, octauo quoque die id faciunt, et sacram communionem deuote accipiunt, et demum uniuersim omnes summopere reuerentur, non modo praeceptores, sed et omnes domesticos.

De lectione quoque sacerdotum, de casibus conscientiae, id queo dicere, multum Dei beneficio accepisse utilitatis ex illa

[1] *oratione habita.* POLANCUS.
[2] *etiam.* ID.

auditores, omnesque esse contentos, quoad possumus iudicare. Id, credo, intelligens Cardinalis, voluit idcirco plures alios eodem stipendio alere, ita vt numero 30 essent, qui hanc nostram lectionem audirent, simul et alteram de casibus quoque conscientiae, quam alius praeceptor, a Cardinale accitus, exponit. Sunt praeterea praeter hos, qui stipendiis Cardinalis sustentantur, multi alii, qui nostram lectionem sine stipendiis libenter audiunt. Hinc procul dubio summ*us honor et* [1] Dei gloria speratur; nam sacerdotes hi ex uariis locis huius dioecesis confluunt, qui sane quidem, postquam necessariis omnibus ad confessionem et aliorum sacrorum vsum satis instructi fuerint, suae ac proximorum saluti *si studuerint*, ualde proderunt; modus autem et exercitia, quae in ea lectione habentur, eadem sunt, quae iam pridem ad P. T. scripsimus: proinde de his nihil dicemus.

Sacerdotes sunt in hoc Collegio, excepto P. Rectore, 4.or, quorum unus, P. Emmanuel Fernandez, de quo supra, aegrotat iam inde a principio Decembris: reliqui confessionibus scholasticorum audiendis occupantur, qui nunc numero 300 sunt plus minus: interdum etiam aliorum confessiones audiunt, quarum quidem, si plures confessarii essent, plures audirent. Praeterea ii, qui morti appropinquant, nonnumquam inuisuntur. Nuper autem, cum unus ex nostris cuiusdam confessionem auditum iret, duos aut tres *amicos fecit* [2]; alter quinque: insuper his diebus viri quidam deuoti ac pii *Patres aut fratres* aliquos postularunt, qui pacem componerent inter *vnum et alios* tres aut 4.or, inter quos magnae erant contentiones et lites cum summa Dei iniuria: at ille sua misericordia effecit ut in gratiam redirent, et prouoluti genibus veniam inuicem, non sine lachrymis, postularent.

Haec fere erant ad P. T. scribenda: hoc solum reliquum est, quod in festo Natalis Domini aedes mutauimus, et ex regio palatio, ubi adhuc habitabamus, in nouum collegium migrauimus, ubi satis commode habitamus, praesertim quoad cubicula, sed multo melius habitabimus absoluto hoc opere toto; nondum enim propter turbationes opificum, quos necesse est hic

---

[1] summ*a*. POLANCUS.
